ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ

ΤΜΗΜΑ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

IVLIANI IMP. OPERVM

PARS SECVNDA.

Interpretibus CAROLO CANTOCLARO, *ſupplicum libellorum in Curia Magiſtro:*

ET

PETRO MARTINO MORENTINO, *Nauarro.*

Digitized by Google

Digitized by Google

ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ.
ΚΑΙΣΑΡΕΣ.

IVLIANI IMP.
CAESARES.

C. CANTOCLARO *Interprete.*

QVādoquidem ludendi facultatem Deus tribuit (ſunt enim Saturnalia) neque ego quicquam iocoſum, aut facetum noui: curâ & cogitatione dignum videtur, ô amice, de rebus minimè ridiculis ſermonem inſtituere. AM. Anne aliquis, ô Cæſar, adeò rudi eſt ingenio & rerum imprudens, vt ſeriò & accuratè iocari & ludere velit? Ego verò ſemper exiſtimaui ludum nihil aliud eſſe,

ἘΠΕΙΔΗ δίδωσιν ὁ θεὸς παίζειν (ἔστι γὰρ Κρόνια) γελοῖον δὲ οὐδὲν, οὐδὲ τερπνὸν οἶδ' ἐγὼ, τὸ μὴ καταγέλαστα φράσαι, φροντίδος εἶναι ἄξιον ἔοικεν, ὦ φιλότης. Εἶτα τίς οὕτω παχύς ἐστι καὶ ἀρχαῖος, ὦ Καῖσαρ, ὥστε καὶ παίζειν πεφροντισμένα; ἐγὼ δὲ ᾤμην τὴν παιδιὰν ἄνεσίν τε εἶναι τῆς

ψυχῆς, καὶ διανάπαυσιν τῶν φρον-
τίδων. Ὀρθῶς γε σὺ τοῦτο ὑπο-
λαμβάνεις· ἀλλ' ἐμοὶ δὲ οὐ
ταύτῃ ἔοικεν ἀπαντᾶν τὸ χρῆ-
μα· πέφυκα γὰρ οὐδαμῶς
ἐπιτήδειος οὔτε σκώπτειν, οὔ-
τε παρῳδεῖν, οὔτε γελοιά-
ζειν. ἐπεὶ δὲ χρὴ τῷ νόμῳ
πείθεσθαι τοῦ θεοῦ, βούλει
σοι ἐν παιδιᾶς μέρει μῦθον διε-
ξέλθω, πολλὰ ἴσως ἔχοντα ἀ-
κοῆς ἄξια; Λέγοις ἂν καὶ μά-
λα ἀσμένως· ἐπεὶ καὶ αὐτὸς οὐκ
ἀτιμάζω τοὺς μύθους, οὐδὲ παν-
τάπασιν ἐξελαύνω τοὺς ὀρθῶς
ἔχοντας· ἀκόλουθά σοί γε καὶ
φίλα τῷ σῷ, μᾶλλον δὲ τῷ
κοινῷ Πλάτωνι διανοούμενος,
ἐπεὶ καὶ αὐτῷ πολλὰ ἐν μύθοις
ἐσπούδασται. Λέγεις ναὶ μὰ
Δία ταῦτα ἀληθῆ. Τίς δὲ, καὶ
ποδαπὸς ὁ μῦθος; οὐ τῶν πα-
λαιῶν τις, ὁποίους Αἴσωπος ἐ-
ποίησεν; ἀλλ' εἴτε πλάσμα λέ-
γεις Ἑρμοῦ; πεπυσμένος γὰρ
ἐκεῖθεν σοι φράσω· ὃ εἴτε ἀ-
ληθὲς οὕτως ἔχει, εἴτε μίξις
τίς ἐστιν ἀμφοῖν ἀληθοῦς καὶ ψευ-
δοῦς, αὐτὸ ἐπιδείξει τὸ πρᾶ-
γμα. Τουτὶ μὲν οἷον ἤδη μυ-

quàm animi remiſſionem, &
curarum ſedationem. I v l.
Rectè tu quidem iſtud : ſed
mea ratio ab hac ratione ab-
horret. Nec enim vnquam
ita naturâ comparatus fui,
vt ad dicteria iacienda, & ad
irridendum, & riſum com-
mouendum aptus & idoneus
eſſem. Sed quoniam legi
Dei parendum eſt, vis vt ti-
bi oblectamenti loco fabu-
lam recenſeam, nonnihil
fortaſſe auditu & cognitio-
ne dignum habituram? A m.
Næ tu fidenter dixeris. Et-
enim fabulas non minimi fa-
cio, neque prorſus reiicien-
das puto, quæ ad rectam vi-
uendi rationem ducunt. At-
que ego hac in re conſenta-
nea nimirùm tibi, atque ea-
dem cum Platone tuo, vel
potiùs noſtro ſentio, à quo
multa ſeria & grauia fabulis
ſunt pertractata. I v l. Vera
ſanè dicis. Sed quęnam tan-
dem iſthæc erit fabula? an
priſcarum aliqua, cuiuſmodi
Æſopus factitauit? An verò
de Mercurij commento, vt
verba faciam admones? Hoc
enim, vt ab eo accepi, tibi
narrabo, quod an verum ſit,
an falſa veris immixta conti-
neat, res ipſa ſtatim indica-
bit. A m. Verùm tu ſatis ſu-

Digitized by Google

pérque præfationi, quantum fabulam narraturo, imò & orationem habituro ſuffi-ciat, operæ impendiſti, age iam ſermonem ipſum, qualis fuerit, expone. IVL. Accipe igitur.

Romulus cùm pro Saturnalibus faceret, omnes Deos & Cæſares ad conuiuium inuitauit. Pręparati verò erant ad diſcumbendum thori, Diis quidem in ſuprema cœli regione, Olympum vocant.

--- Sedes vbi firma Deorum
Creditur. ---

Illuc enim fertur conceſſiſſe poſt Herculem Quirinus: ſi quidem ipſum hoc nomine, famæ quæ de eius diuinitate percrebuit, parentes, appellare fas eſt. Illic igitur præparatum erat Diis conuiuium. Sub ipſa verò Lunæ concauitate in ſuprema aëris parte, Cæſares prandio excipere viſum eſt. Eò autem illos & corporum leuitas, vt erant amicti, & Lunæ ipſius circumuolutio ſuſtulit. Itaque quatuor lecti ſtrati erãt, vt Deos maximos decebat, magnificè exſtructi & decori. Et in Saturni quidem lecto ex ebeno nitente confecto, diuinus & immenſus

θικῶς ἅμα, καὶ ῥητορικῶς ἐξείργασαί σοι τὸ προοίμιον. ἀλλά μοι τὸν λόγον αὐτὸν ὁποῖός ποτέ ἐστιν, ἤδη διέξελθε. Μανθάνοις ἄν.

Θύων ὁ Ῥωμύλος τὰ Κρόνια, πάντας ἐκάλει τοὺς θεούς, καὶ δὴ καὶ αὐτοὺς τοὺς Καίσαρας. κλῖναι δὲ ἐτύγχανον παρεσκευασμέναι, τοῖς μὲν θεοῖς ἄνω, κατ' αὐτό, φησίν, οὐρανοῦ τὸ μετέωρον.

Οὔλυμπόνδ' ὅθι φασὶ θεῶν
ἕδος ἀσφαλὲς αἰεί.

Λέγεται γὰρ μεθ' Ἡρακλέα παρελθεῖν ἐκεῖσε καὶ ὁ Κυρῖνος, ᾧ δὴ χρὴ καλεῖν αὐτὸν ὀνόματι τῇ θείᾳ πειθομένους φήμῃ. Τοῖς μὲν οὖν θεοῖς ἐκεῖσε παρεσκεύαστο τὸ συμπόσιον. ὑπ' αὐτὴν δὲ τὴν Σελήνην, ἐπὶ μετεώρου τοῦ ἀέρος, ἐδέδεκτο τοὺς Καίσαρας δειπνεῖν. ἀνεῖχε δὲ αὐτούς, ἥ τε τῶν σωμάτων κουφότης· ἃ περ ἐτύγχανον ἠμφιεσμένοι· καὶ ἡ περιφορὰ τῆς σελήνης. κλῖναι μὲν οὖν ἔκειντο τέτταρες, εὐπρεπεῖς τοῖς μεγίστοις θεοῖς. ἐβένου μὲν οὖν ἦν ἡ τοῦ Κρόνου στιλβούσης, καὶ πολλὴν ἐν τῷ μέλανι,

καὶ θείαν αὐγὴν χρυσίζουσαν· ὥστε οὐδεὶς οἷός τε ἦν ἀντιβλέπειν. ἔπασχε δὲ τοῦτο, πρὸς τὴν ἔβενον ἐκείνην τὰ ὄμματα δι' ὑπερβολὴν τῆς λαμπηδόνος· ὅπερ οἶμαι πρὸς ἥλιον, ὅταν αὐτοῦ τῷ δίσκῳ τις ἀτενέστερον προσβλέπει. Ἡ δὲ τοῦ Διός, ἦν ἀργύρου μὲν στιλπνοτέρα, χρυσίου δὲ λευκοτέρα, τοῦτο, εἴτε ἤλεκτρον χρὴ καλεῖν, εἴτε ἄλλό τι λέγειν, οὐ σφόδρα ἐκ τῶν μεταλλευομένων εἶχέ μοι γνωρίμως ὁ Ἑρμῆς φράσαι. Χρυσοθρόνω δὲ παρ' ἑκάτερον ἐκαθιζέτην, ἥ τε μήτηρ, καὶ ἡ θυγάτηρ, Ἥρα μὲν παρὰ τὸν Δία, Ρέα δὲ παρὰ τὸν Κρόνον. Τὸ δὲ τῶν θεῶν κάλλος, οὐδὲ ἐκεῖνος ἐπεξῄει τῷ λόγῳ, μεῖζον εἶναι λέγων αὐτό, καὶ νῷ θεατόν, ἀκοῇ δὲ καὶ ῥήμασιν οὔτε περιστεῖλαι ῥᾴδιον,
γ. παραδε-χθῆναι οὔτε ‟ παραδέξασθαι δυνατόν. Οὐκ οὕτω τις ἔσται (κἂν ἐπαγγέλληται μεγαλόφωνος) ὥστε τὸ μέγεθος ἐκεῖνο φράσαι τοῦ κάλλους, ὁπόσον ἐπιπρέπει τῇ τῶν θεῶν ὄψει. Προεκέκλιτο δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς, ἑκάστῳ

ſplendor ſub nigredine deliteſcens, vt nemo contrà aſpicere poſſet, elucebat. Itaque oculis in eo intuendo, eadem propter magnitudinem fulgoris eueniebant, quæ Solis orbem intentiùs contemplantibus accidere ſolent. Iouis verò lectus erat quidem argento lucidior, & auro candidior, quod tamen an electrum, an alio quopiam metalli nomine appellari deberet, non ſatis certò & perſpicuè poterat mihi Mercurius explicare. At in aureo throno aſſidebāt vtrinque mater & filia, Iuno quidem Ioui, Rhea verò Saturno. Deorum autem pulchritudinem neque ille oratione perſequutus eſt: Maius aliquid eſſe dicens, quodque mentis contemplatione perluſtrandum eſſet: & ad cuius cognitionem, auditu aut verbis peruenire non ſit facile, vt quod oratione comprehendi aut concipi minimè poſſit. Nemo quantumuis copiâ aut orationis vbertate præditus, excellentem pulchritudinē aſpectus Deorum pro dignitate eloqui aut effari valeret. Reliquis quoque Diis omnibus præparata erant ſedilia, in quibus pro

Digitized by Google

cuiuſque antiquitate accumberent. Neque verò inter eos vllum fuit diſſidium. Etenim, quemadmodum rectè finxit Homerus, ab ipſis Muſis, opinor, edoctus, vnicuique Deorum proprius, vbi ipſum conſiſtere fas eſt, attributus eſt locus, quo priuari aut moueri nullâ vnquam ratione poteſt. Quamobrem cùm venienti patri aſſurgunt, id citra tumultum & ſedium confuſionem faciunt, neque quiſquam aſſignatum locum tranſgreditur, aut alter alterius rapit & occupat. Siquidem quæ ſibi conueniunt, eorum nemo non nouit. Sic igitur Diis in orbem ſedentibus, Silenus, Dionyſio iuueni & venuſto Ioui patri proximo, proximus, vt educatorem & inſtitutorem par erat, aſſedit: cuius conſuetudine plurimùm delectari, eique admodùm cupidè & propenſo animo adhærere videbatur, quo Deû alioquin ſuâ ſponte luſus iocique ſtudioſum, & gratiæ datorem, ſalſis & ridiculis dictis ſæpiùs vtendo exhilararet. Inſtructo verò & indicto Cæſaribus conuiuio, primus ingreſſus eſt Iulius Cæſar, qui præ gloriæ cupi-

θρόνος ἢ κλίνη κατὰ πρεσβείαν. ἤριζε δὲ οὐδείς· ἀλλ' ὥσπερ Ὅμηρος ὀρθῶς ποιῶν ἔφη, δοκεῖ μοι παρὰ τῶν Μουσῶν αὐτῶν ἀκηκοώς, ἔχειν ἕκαστον τῶν θεῶν θρόνον, ἐφ' οὗ πάντως αὐτῷ θέμις καθῆσθαι στερεῶς, καὶ ἀμετακινήτως. ἐπεὶ καὶ πρὸς τὴν παρουσίαν τοῦ πατρὸς ἐξανιστάμενοι, ταράττουσι οὐδαμῶς τὰς καθέδρας, οὐδὲ μεταβαίνουσιν, οὐδὲ ὑφαρπάζουσιν ὑπ' ἀλλήλων. γνωρίζει δὲ ἕκαστος ὃ προσῆκεν αὐτῷ. Πάντων οὖν τῶν θεῶν κύκλῳ καθημένων, ὁ Σειληνὸς ἐρωτικῶς ἔχειν δοκῶν μοι τοῦ Διονύσου καλοῦ καὶ νέου, καὶ τῷ πατρὶ τῷ Διὶ παραπλησίου· πλησίον αὐτοῦ, ἔθρεψε ὡς οἷα, καὶ παιδαγωγὸς, καθῆστο, τά τε ἄλλα φιλοπαίγμονα, καὶ φιλογέλωτα, καὶ χαριτοδότην ὄντα τὸν θεὸν εὐφραίνων· καὶ δὴ καὶ τῷ σκώπτειν τὰ πολλὰ, καὶ γελοιάζειν. Ὡς δὲ καὶ τὸ τῶν Καισάρων συνεκροτεῖτο συμπόσιον, εἰσῄει πρῶτος Ἰούλιος Καῖσαρ, ὑπὸ φιλοτιμίας αὐτῷ βου-

λοτίμως ἐρίσαι τῷ Διὶ περὶ τῆς μοναρχίας. εἰς ὃν ὁ Σειληνὸς βλέψας· ὅρα, εἶπεν, ὦ Ζεῦ, μή σοι ὁ ἀνὴρ ὅδε ὑπὸ φιλαρχίας ἀφελέσθαι καὶ τὴν βασιλείαν διανοηθείη. καὶ γάρ, ὡς ὁρᾷς, ἐστὶ μέγας καὶ καλός· ἐμοὶ γοῦν εἰ καὶ μηδὲν ἄλλο, τὰ γοῦν περὶ τὴν κεφαλὴν ἐστὶ προσόμοιος. Παίζοντος ἔτι ταῦτα τοῦ Σειληνοῦ, καὶ τῶν θεῶν οὐ σφόδρα προσεχόντων αὐτῷ, Ὀκταβιανὸς ἐπεισέρχεται, πολλὰ ἀμείβων, ὥσπερ οἱ χαμαιλέοντες, χρώματα· καὶ νῦν μὲν ὠχριῶν· αὖθις δὲ ἐρυθρὸς γινόμενος· εἶτα μέλας, καὶ ζοφώδης, καὶ συννεφής· ἐλύετο δὲ αὖθις εἰς Ἀφροδίτην, καὶ Χάριτας. ἤθελε δὲ τὰς βολὰς τῶν ὀμμάτων, ὁποῖός ἐστιν ὁ μέγας ἥλιος. οὐδένα γὰρ οἱ τῶν πάντων ἀντιβλέπειν ἠξίου. καὶ ὁ Σειληνός· βαβαί, ἔφη, τοῦ παντοδαποῦ τούτου θηρίου! τί ποτ᾽ ἄρα δεινὸν ἡμᾶς ἐργάσεται; παῦσαι, εἶπεν, ληρῶν, ὁ Ἀπόλλων· ἐγὼ γὰρ αὐτὸν τουτῳὶ Ζήνωνι παραδοὺς, αὐτίκα ὑμῖν ἀποφανῶ χρυσὸν ἀκήρατον. ἀλλ᾽ ἴθι,

ditate, & excellenti ſtudio, Ioui patri contentionem de regno mouere velle videbatur. In hunc Silenus intuens, Vide, inquit, Iupiter, ne vir hic præ dominandi deſiderio, regni tibi eripiendi conſilia ineat. Eſt enim, vt vides, magnus & pulcher, mihique, ſi qua alia in re, ſanè capite perſimilis. Hęc adhuc ludente Sileno, neque dum Diis admodum ad ea quæ dicebantur, animum mentémque aduertentibus, Octauianus prodiit in medium, modò hos, modò alios (vt Chamæleontibus moris eſt) colores aſſumens, nunc pallidus, mox rubens, deinde niger, nebulis & caligine obductus, poſtremò tamen ad Venerem, Gratiáſque ſe referebat. Hic & oculorum fulgore proximè ad Solem accedere videri volebat, nec quenquam ſe ex aduerſo intueri ſuſtinebat. Eo conſpecto Silenus exclamauit: Papæ! quàm varium hoc animal! nempè nobis aliquid mali inferet. Cui Apollo: deſine nugari, inquit, hunc enim ego vbi huic Zenoni tradidero, mox ipſum vobis exhibebo tanquam aurum purum & incorruptũ. Heus

tu,

Digitized by Google

tu, inquit Zenon, alumni mei curam habeto. Ille verò dicto audiens, deinde paulùm admodum præceptorum Octauio obcantans, tanquam ſi quis Zamolxidis incantationes in aurem ſuſurraret, præſtitit eum virum probum & frugi. Tertius acceſſit ad ipſos Tiberius, grauis vultu, & truculentus aſpectu, neſcio quid prudentiæ & militaris virtutis præ ſe ferens: Quo ad cathedram conuerſo, ſeſe oculis obtulerunt cicatrices à tergo infinitæ, vitiligines, impreſſæ cuti labes & notæ quædam, plagæ graues, & vibices ex intemperantia & cruditate lepræ & impetiginis in modum inuſtæ. At Silenus:

Longè alius mihi nunc, ô Hoſpes, quàm antè videris,

Quæ cùm diceret, viſus eſt ſolito grauior. Itaq; ad eum Dionyſius: Quid ita, ô patercule, ſeria loqueris? Perculit me ſanè ſenex iſte Satyrus, ait: fecitque vt mihi nec cogitāti exciderint Muſæ Homericæ. Quin tibi aures euellet, inquit Dionyſius. Fertur enim & hoc in grammaticum quendam admiſiſſe. Ille verò, reſpondit

εἶπεν ὁ Ζήνων, ἐπιμελήθητι τοῦ ἐμοῦ θρέμματος. ὁ δὲ ἐπακούσας, εἶτα ἐπάσας αὐτῷ μικρὰ τῶν δογμάτων· ὥσπερ οἱ τὰς Ζαμόλξιδος ἐπῳδὰς θρυλλοῦντες, ἀπέφηνεν ἄνδρα ἔμφρονα, καὶ σώφρονα. Τρίτος ἐπεισέδραμεν αὐτοῖς Τιβέριος, σεμνὸς τὰ πρόσωπα καὶ βλοσυρός, σῶφρόν τε ἅμα καὶ πολεμικὸν βλέπων. ἐπιστραφέντος δὲ πρὸς τὴν καθέδραν, ὤφθησαν ὠτειλαὶ κατὰ τὸν νῶτον μυρίαι, καυτῆρές τινες, καὶ ξέσματα, καὶ πληγαὶ χαλεπαί, καὶ μώλωπες, ὑπὸ τῆς ἀκολασίας καὶ ὠμότητος ψῶραί τινες, καὶ λιχῆνες, οἷον ἐκκεκαυμέναι. Εἶτα ὁ Σειληνός.

Ἀλλοῖός μοι, ξεῖνε, φαίνης νέον, ἠὲ τὸ πάροιθεν,

εἰπὼν, ἔδοξεν αὐτοῦ φαίνεσθαι σπουδαιότερος. καὶ ὁ Διόνυσος, τί δῆτα, εἶπεν, ὦ παππίδιον, σπουδάζεις; καὶ ὅς, ἐξέπληξέ με ὁ γέρων οὑτοσὶ, ὁ Σάτυρος ἔφη, καὶ πεποίηκεν λαθόμενον ἐμαυτοῦ, τὰς Ὁμηρικὰς προβαλέσθαι Μούσας. ἀλλά σε, εἶπεν, ἕλξει τῶν ὤτων. λέγεται γὰρ αὐτὸς, καὶ γραμματιστὴν τινὰ τοῦτο ἐργάζεσθαι. οἰμώζων μὲν

οὖν, εἶπεν, ἐν μικρῷ νησιδίῳ (τὰς Καπρέας αἰνιττόμενος) τὸν ἄθλιον ἁλιέα ψήχεται. ταῦτα ἔτι παιζόντων αὐτῶν, μετεισέρχεται θηρίον πονηρόν· εἶτα οἱ θεοὶ πάντες ἀπέστρεψαν τὰ ὄμματα· κᾆτα αὐτὸν μὲν ἡ Δίκη δίδωσι ταῖς ποιναῖς. αἱ δὲ ἔρριψαν εἰς τάρταρον. οὐδὲν οὖν ἔσχεν ὁ Σειληνὸς περὶ αὐτοῦ φθέγξασθαι. τοῦ Κλαυδίου δὲ ἐπεισελθόντος, ὁ Σειληνὸς ἄρχεται τοὺς Ἀριστοφάνους Ἱππέας ᾄδειν ἀντὶ τοῦ δήμου κολακεύων δῆθεν τὸν Κλαύδιον. εἶτα πρὸς τὸν Κυρῖνον ἀπιδών· ἀδικεῖς, εἶπεν, ὦ Κυρῖνε, τὸν ἀπόγονον ἄγων εἰς τὸ συμπόσιον, δίχα τῶν ἀπελευθέρων Ναρκίσσου καὶ Πάλλαντος. Ἀλλ' ἴθι, εἶπε, πέμψον ἐπ' ἐκείνους. εἰ βούλει δὲ καὶ τὴν γαμετὴν Μεσσαλῖναν. ἔστι γὰρ ἐκείνων δίχα, ποῦ τῆς τραγῳδίας τὸ δορυφόρημα, μικροῦ δέω φάναι, καὶ ἄψυχον. Ἐπεισέρχεται λέγοντι τῷ Σειληνῷ Νέρων μετὰ τῆς κιθάρας, καὶ τῆς δάφνης. εἶτα ἀποβλέψας ἐκεῖνος πρὸς τὸν Ἀπόλλωνα·

Silenus, in ſolitudine inſulæ plorans (Capreas ſcilicet innuebat) miſerum piſcatorem defricando conficiat licet. Hæc inuicem iocantibus aduenit fera atque immanis bellua, quam Nemeſis, quæ iuſtitiæ præſidet, vt ab ea Deos omnes vultum oculóſque auertere vidit, pœnis & diris vltricibus torquendam tradidit. Illam verò hæ præcipitem traxerunt in tartarum. Sic igitur cùm prærepta Sileno in Caium aliquid dicendi facultas eſſet, Claudio introeunte, Silenus principium Comœdiæ Ariſtophanis, quæ Equites inſcribitur, canere incœpit, nomine totius populi; ſcilicet ipſi Claudio gratificans. Deinde conuerſus ad Quirinum: Iniurius es, inquit, ô Quirine, qui hunc tuum nepotem in hoc conuiuium inducas ſine libertis Narciſſo & Pallante. Imò & vnà cum illis, ait, ſi tibi videtur, vxorem quoque eius Meſſalinam accerſi iube. Sine illis enim videtur hic, parum abeſt, quoddam tragicum ſatellitium mutum & inanimum. Hæc dicenti Sileno, ſuperuenit Nero citharam geſtans, & lauro redimitus. At Silenus in Apollinem detor-

quens oculos: Hic ad tui imitationem, inquit, ſe comparat. Cui Rex Apollo: Ego quidem huic, inquit, quamprimùm coronam eripiam. Nec enim me in omnibus eſt æmulatus: atque adeò in quibus me imitari voluit, valdè peruerſus mei extitit imitator. Illum igitur Cocytus ademptâ coronâ repentè in præceps rapuit. Poſt hunc multi & vndique ſimul accurrerunt, Vindices, Galbæ, Othones, Vitellij. Quibus conſpectis Silenus, ait: Vbinam tantam Imperatorum turbam inueniſtis, ô Dij? ſuffocamur præ fumo. Huiuſmodi enim feræ ne quidem maximè neceſſariis & coniunctis parcunt & ignoſcunt. Deinde Iupiter de repentè ad Serapim fratrem ſuum conuerſus, Veſpaſianũ oſtendens, Mitte & hunc parcum & reſtrictum virum, quàm citiſſimè fieri poterit ex Ægypto, qui hanc flammam extinguat. Huius verò ſeniorem filium iube ludere cum Venere publica: iuniorem verò feræ Siculæ proximum, ferreis vinculis conſtringito. Ad hos quoque ſe contulit ſenex, aſpectu pulcher & decorus, (Lucet enim

ἐστὶ, εἶπεν, ὅτι σε παρασκευάζεται. καὶ ὁ βασιλεὺς Ἀπόλλων· ἀλλ' ἔγωγε αὐτὸν, εἶπεν, ἀποστεφανώσω ταχέως· ὅτι με μὴ πάντα μιμεῖται, μηδὲ ἐν οἷς με μιμεῖται, γίνεταί μου μιμητὴς δίκαιος· ἀποστεφανούμενον δὲ αὐτὸν ὁ Κωκυτὸς εὐθέως ἥρπασεν. Ἐπὶ τούτῳ δὲ πολλοὶ καὶ παντοδαποὶ συνέδραμον, Βίνδικες, Γάλβαι, Ὄθωνες, Βιτέλλιοι. καὶ ὁ Σειληνὸς, τούτων, εἶπε, τῶν μονάρχων τὸν δῆμον πόθεν ἐξεύρετε, ὦ θεοί; τυφούμεθα γοῦν ὑπὸ τοῦ καπνοῦ· φείδεται γὰρ οὐδὲ τῶν ἀναγκαιοτέρων ταυτὶ τὰ θηρία. καὶ ὁ Ζεὺς ἀπιδὼν πρὸς τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Σάραπιν, καὶ τὸν Οὐεσπασιανὸν δείξας, πέμπε, εἶπε, τὸν σμικρίνον τοῦτον ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου ταχέως, ἵνα τὴν φλόγα ταύτην κατασβέσαι. τῶν παίδων δὲ, τὸν πρεσβύτερον μὲν, παίζειν κέλευε μετὰ τῆς Ἀφροδίτης τῆς πανδήμου· τὸν νεώτερον δὲ, τῷ Σικελικῷ θηρίῳ παραπλησίως κλοιῷ δῆσον. Παρῆλθεν ἐπὶ τούτοις γέρων ὀφθῆναι καλὸς, (λάμπει γὰρ

ἐστὶν ὅτε καὶ ἐν τῷ γήρᾳ τὸ κάλλος) ἐντυχεῖν πραότατος, χρηματίσαι δικαιότατος. ἠδέσθη τοῦτου ὁ Σειλινὸς, καὶ ἀπεσιώπησεν· Εἶτα ὁ Ἑρμῆς, ὑπὲρ δὲ τούτου, εἶπεν, οὐδὲν ἡμῖν λέγεις; ναὶ μὰ Δία, ἔφη, μέμφομαι γὰρ ὑμᾶς τῆς ἀνισότητος. τῷ γὰρ φονικῷ θηρίῳ τρεῖς πέντε νείμαντες ἐνιαυτοὺς, ἕνα μόλις ἐδώκατε τούτῳ βασιλεῦσαι. Ἀλλὰ μὴ μέμφου, εἶπεν ὁ Ζεύς· εἰσάξω γὰρ ἐπὶ τούτῳ πολλοὺς καὶ ἀγαθούς. Εὐθέως οὖν ὁ Τραϊανὸς εἰσήρχετο, φέρων ἐπὶ τῶν ὤμων τὰ τρόπαια, τό τε Γετικὸν, καὶ Παρθικόν. Ἰδὼν δὲ αὐτὸν ὁ Σειλινὸς ἔφη, λανθάνειν τε ἅμα καὶ ἀκούεσθαι βουλόμενος· ὥρα νῦν τῷ δεσπότῃ Διὶ σκοπεῖν, ὅπως ὁ Γανυμήδης αὐτῷ φρουρήσεται. μετὰ τοῦτον ἐπεισέρχεται, βαθεῖαν ἔχων τὸν πώγωνα ἀνὴρ σοβαρὸς, τά τε ἄλλα, καὶ δὴ καὶ μουσικὴν ἐργαζόμενος, εἴς τε τὸν οὐρανὸν ἀφορῶν πολλάκις, καὶ πολυπραγμονῶν

for. τοῦτον

& aliquando in ſenectute decor vultus) aditu facilis & perhumanus, & in rerum adminiſtratione æquiſſimus & continentiſſimus. Hoc delectatus Silenus, conticuit. At illi Mercurius: Nihilne tu habes quod nobis de iſto dicas? Sanè per Iouem, inquit: Etenim ego vos inæquabilis varietatis accuſo. Priori enim immani, & cædibus dedito tyráno quindecim annos, huic ne annum quidem integrum imperium tenere induliſtis: Sed ne reprehende, Iupiter, inquit, Ego enim poſt hunc multorum proborum copiam immittam. Illicò igitur ingreſſus eſt Traianus, humeris geſtans trophęa Getica & Parthica. Hunc Silenus conſpicatus, quamuis ſubmiſsâ voce loqueretur, intelligi tamen volens, hæc verba protulit. Hoc tempore maximè ſumma cura & diligentia eſt adhibenda domino Ioui, quo illi cuſtodiatur Ganimedes. Poſt hunc progreditur vir prolixâ barbâ venerandus, reliquis quidem diſciplinis, ſed muſicis præcipuè exercultus & ornatus. Hunc cùm ſæpiùs in cælum oculos attollentem, & ſollicitè occulta, & non in

vulgus enuntianda inquirentem conſpexiſſet Silenus, ait: Quid vobis videtur hic ſophiſta? Num Antinoum quærit? Illi verò veſtrûm aliquis renunciet non hîc eſſe adoleſcentem, arque ita hominis nequitiam & laſciuiam comprimat & coërceat. Deinde ad hos accedentem virum, non quidem rerum venerearum, ſed reipublicæ gubernandæ peritum cernens Silenus, ait: Papæ! vt pauci ſermonis eſt! Hunc ego ſenem reor eſſe aliquem ex his, qui cuminum ſecanr illuc. Poſt hunc verò ingrediente duorũ fratrum pari Vero & Lucio, Silenus grauiter frontem contraxit: Neque enim illudere, aut dicteriis impetere vllam in partem porerat, præcipuè Verum, quamuis ſtudioſè agitaret & inquireret quæ circa filium & vxorem deliquerat: In hanc, quia immoderatiùs defunctam luxiſſet, alioquin non probam: quod ad illum attinet, quia ruentis imperij nullam rationem habuiſſet, cùm generum reipub. ſtudioſum & frugi haberet, quem ſummæ rei præponi longè fuiſſet vtilius, quique filio eius, meliùs

τὰ ἀπόρρητα. τοῦτον ἰδὼν ὁ Σειληνὸς ἔφη, τί δὲ ὑμῖν ἐστὶν ὁ σοφιστὴς δοκεῖ; μῶν Ἀντίνοον τῇδε περισκοπεῖ; φρασάτω τις αὐτῷ μὴ παρεῖναι τὸ μειράκιον ἐνθαδί, καὶ παυσάτω τοῦ λήρου καὶ τῆς φλυαρίας αὐτόν. Ἐπὶ τούτοις ἀνὴρ εἰσέρχεται σώφρων, οὐ τὰ εἰς Ἀφροδίτην, ἀλλὰ τὰ εἰς τὴν πολιτείαν. Ἰδὼν αὐτὸν ὁ Σειληνὸς ἔφη, βαβαὶ τῆς μικρολογίας· εἷς εἶναί μοι δοκεῖ τῶν διαπριόντων τὸ κύμινον, ὁ πρεσβύτης ἐστί. ἐπεισελθούσης δὲ αὐτῷ τῆς τῶν ἀδελφῶν ξυνωρίδος, Βήρου καὶ Λουκίου, δεινῶς ὁ Σειληνὸς συνεστάλη. παίζειν γὰρ οὐκ εἶχεν, οὐδὲ ἐπισκώπτειν, μάλιστα δὲ τὸν Βῆρον· καὶ τοι καὶ τούτου τὰ περὶ τὸν υἱόν, καὶ τὴν γυναῖκα πολυπραγμονῶν ἁμαρτήματα· τὴν μέν, ὅτι πλέον, ἢ προσῆκεν, ἐπένθησεν· ἄλλως τε οὐδὲ κοσμίαν οὖσαν· τὸ δέ, ὅτι τὴν ἀρχὴν συναπολλυμένην περιεῖδεν, ἔχων καὶ ταῦτα σπουδαῖον κηδεστήν, ὃς τῶν τε κοινῶν ἂν προέστη κρεῖττον, καὶ δὴ καὶ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ βελ-

τιον δὴ ἐπεμελήθη, ἢ αὐτὸς αὑτοῦ. καίτοι οὖν ταῦτα πολυπραγμονῶν, ᾔδειτο τὸ μέγεθος αὐτοῦ τῆς ἀρετῆς· τὸν γε μὴν υἱέα, οὐδὲ τοῦ σκωφθῆναι νομίσας ἄξιον, ἀφῆκεν. ἔπιπτε γὰρ καὶ αὐτὸς εἰς γῆν, οὐ δυνάμενος ἵστασθαι, καὶ συνομαρτεῖν τοῖς ἥρωσιν. προσέρχεται Περτίναξ, ἐν τῷ συμποσίῳ τὴν σφαγὴν ὀδυρόμενος. Η Δίκη δὲ αὐτὸν κατελεήσασα· ἀλλ' οὐ χαιρήσουσιν, εἶπεν, οἱ τούτων αἴτιοι, καὶ σὺ δὲ, ὦ Περτίναξ, ἠδίκεις κοινωνῶν τῆς ἐπιβουλῆς, ὅσον ἐπὶ τοῖς σκέμμασι, ἧς ὁ Μάρκου παῖς ἐπεβουλεύθη. Μετὰ τοῦτον ὁ Σεβῆρος ἀνὴρ πικρίας γέμων κολαζόμενος. ὑπὲρ τούτου, εἶπεν ὁ Σειληνὸς, οὐδὲν λέγω· φοβοῦμαι γὰρ αὐτοῦ τὸ λίαν ἀπηνὲς, καὶ ἀπαραίτητον. ὡς δὲ ἔμελλεν αὐτῷ τὰ παιδάρια συνιέναι, πόῤῥωθεν αὐτὰ διεκώλυσεν ὁ Μίνως. ἐπιγνοὺς δὲ σαφῶς, τὸν νεώτερον ἀ-

quàm ipſe ſibi, conſuluiſſet. Quæ omnia cùm diligenter ſcrutaretur & excuteret, tamen vehementer eius virtutis magnitudinem venerabatur & ſuſpiciebat. Huius filium ne quidem dignum in quem aliquod facetum dictum coniiceret, ſpontè ſilentio præteriit. At ille, cùm inter Heroas conſiſtere & conuerſari nequiret, in terram decidit. Acceſſit & Pertinax, cædem ſibi illatam in medio conuiuio deflens: cuius Nemeſis, quæ iuſtitiæ præeſt, miſeratione commota: Equidem huius facti authores, inquit, haud quaquam ex eo magnam ſunt lætitiam percepturi: quamuis tu quoque Pertinax & in hoc iniquè egeris quod conſiliis adhibitus, coniurationis quâ Marci filius occubuit, videaris fuiſſe particeps, & conſcius. Poſt hunc Seuerus in puniendo vehemens & acerbus. Ego verò hunc, inquit Silenus, irridere ſuperſedeo. Nec enim paruum mihi ipſius inexorabilis ſæuitia, & immanitas terrorem incutit. Eius autem filios, cùm ſe patri coniungere vellent, Minos ſatis longo ab eis diſſitus interuallo, vetuit. Verùm ſimul atque alterum

ab altero liquidò dignoſcere potuit, iuniorem quidem miſſum fecit, ſeniorem verò digna ſuis facinoribus ſupplicia ſubiturum amandauit. Nec multò pòſt Macrinus cautus homicida, deinde adoleſcens ab Emeſa ciuitate oriundus, longè neſcio quo locorum à ſacris clauſtris repulſus eſt. Sed Alexander Syrus qualemcunque locum inter poſtremos nactus, ſuam calamitatem querebatur & deplorabat. Quem Silenus irridens: O te hominem amentiſſimum, & nullius planè conſilij, qui ad tantum dignitatis faſtigium elatus, tuas res ex animi tui ſententia non adminiſtraſti, ſed tuas pecunias matri commiſiſti, neque tibi in mentem venit, longè ſatius & vtilius eſſe eas amicis impartiri, quàm ſibi recondere. Sed ego, inquit, Nemeſis omnes eos quicunque ſceleris in hunc commiſſi conſcij & participes fuerunt, ſupplicio afficiendos tradam. Sic itaq; miſſo facto adoleſcente, ecce Gallienus vnà cum patre acceſſit intrò. Hic quidem adhuc vinculis captiuitatis ſuæ oneratus: ille verò ſtolâ & inceſſu vtens molliori mulierum ritu. In priorem Silenus hæc luſit:

ἀφῆκε· τὸν δὲ πρεσβύτερον τιμωρείαν ἔπεμψε τίσοντα. Μακρῖνος ἐνταῦθα σοφὸς μιαιφόνος· εἶτα τὸ ἐκ τῆς Ἐμέσης παιδάριον, πόῤῥω που τῶν ἱερῶν ἀπηλαύνετο περιβόλων. Ὅ γε μὴν Σύρος Ἀλέξανδρος ἐν ἐσχάτοις που καθῆστο, τὴν αὑτοῦ συμφορὰν ποτνιώμενος. καὶ ὁ Σειληνὸς ἐπισκώπτων αὐτὸν, ἐπεῖπεν, ὦ μωρὲ, καὶ μέγα νήπιε, τηλικοῦτος ὤν, οὐκ αὐτὸς ἦρχες τῶν σεαυτοῦ, τὰ χρήματα διδοὺς τῇ μητρὶ, καὶ οὐκ ἐπείσθης, ὅσῳ κρεῖττον ἀναλίσκειν ἦν αὐτὰ τοῖς φίλοις, ἢ θησαυρίζειν. ἀλλ᾽ ἔγωγε, εἶπεν ἡ Δίκη, πάντας αὐτοὺς, ὅσοι μεταίτιοι γεγόνασι τούτων, κολασθησομένους παραδώσω· καὶ οὕτως ἀνείθη τὸ μειράκιον. Ἐπὶ τούτῳ παρῆλθεν εἴσω Γαλλιῆνος μετὰ τοῦ πατρός· ὁ μὲν, τὰ δεσμὰ τῆς αἰχμαλωσίας ἔχων· ὁ δὲ στολῇ τε καὶ κινήσει χρώμενος μαλακωτέρᾳ, ὥσπερ αἱ γυναῖκες· καὶ ὁ Σειληνὸς πρὸς μὲν ἐκεῖνον·

Τίς ἐστιν ὁ λευκολόφας
Πρόσθεν ὃς ἡγεῖται τοῦ στρατοῦ;

ἔφη. πρὸς δὲ τὸν Γαλλιῆνον,

Ὃς καὶ χρυσὸν ἔχων πάντη τρυφᾷ, ἠΰτε κούρη.

Τούτῳ δὲ, ὁ Ζεὺς εἶπε τῆς ἐκεῖσε θοίνης ἐκβῆναι. Τούτοις ἐπεισέρχεται Κλαύδιος, εἰς ὃν ἀπιδόντες οἱ θεοὶ πάντες, ἠγάσθησάν τε αὐτὸν τῆς μεγαλοψυχίας, καὶ ἐπένευσαν αὐτοῦ τῷ γένει τὴν ἀρχὴν, δίκαιον εἶναι νομίσαντες, οὕτω φιλοπάτριδος ἀνδρὸς, ἐπὶ πλεῖστον εἶναι τὸ γένος ἐν ἡγεμονίᾳ. Τούτοις ἐπεισέδραμεν Αὐρηλιανὸς, ὥσπερ ἀποδιδράσκων τοὺς εἴργοντας αὐτὸν παρὰ τῷ Μίνωι· πολλαὶ γὰρ αὐτῷ συνίσταντο δίκαι τῶν ἀδίκων φόνων, καὶ ἔφευγε τὰς γραφὰς, κακῶς ἀπολογούμενος. Ηλιος δὲ ὁ ἐμὸς δεσπότης, πρός τε τὰ ἄλλα βοηθῶν, οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ πρὸς τοῦτο αὐτῷ συνήρατο, φράσας ἐν τοῖς θεοῖς, ἀλλ' ἀπέτισε τὴν δίκην, καὶ ἐλήλυθεν ἡ δοθεῖσα ἐν Δελφοῖς μαντεία,

Quis candidus hic galea eſt,
Qui agit copias prior?

In Gallienum verò:

Hic aurum geſtat tener vndique more puellæ.

Hos duos autem Iupiter iuſſit ab iis quæ iſthic celebrabantur epulis egredi. Ad hos etiã introducitur Claudius, in quem cùm omnes Dij vultus oculóſque defixiſſent, in magna admiratione, cum propter animi magnitudinem habuerunt, tum etiam annuerunt ipſius poſteris rerum potiri: iuſtum eſſe exiſtimantes tam amantis patriæ viri poſteritatem, quàm diutiſſimè principem in republica locum obtinere. Ad hos etiam accurrit Aurelianus, tanquam feſtinato curſu ſe ab eorum conſpectu proripiens, qui illi negotium faceſſebant apud Minoa. Etenim multis exagitabatur criminationibus multarum cædium iniuſtè perpetratarum nomine, quibus quaſdam improbas defenſiones prætexens, cauſæ dictionem effugit. Sol verò dominus meus, & in reliquis opem ferre ſolitus non minimo quoque illi adiumento hac in re fuit, palàm inter Deos prædicans, ipſum pœnas dependiſſe, & oraculum apud Delphos redditum eueniſſe,

Iudicium,

Digitized by Google

Iudiciū, ſi quis quæ fecit perferat, æquum eſt.

Conuenit & Probus, qui intra ſeptem annos nondum completos, ſeptuaginta inſtaurauerit vrbes, & multa quoque domi prudenter inſtituit. Huic licet iniqua paſſo, magnus à Diis in multis rebus habitus eſt honos, cùm ob id maximè, quòd eius percuſſores tanti ſceleris ergò ipſi pœnas luerunt. Illum tamen Silenus nihilo ſecius irridere & cauillari conatus eſt. Et multis illum tacere iubentibus: Sinite, inquit, eos qui ſequentur ex iſto prudentiores euadere. An ignoraſti, ô Probe, medicos melicrato amaris medicamentis infuſo, iucundiora propinare? Tu verò, qui nihil vnquam cuiquam condonaſti, cùm in tota tua ratione longè ſeuerior & aſperior, quàm par erat, fueris, iniquam, ſed tamen meritam calamitatem pertuliſti. Nemo enim aut equis, aut bobus, aut mulis, nedum hominibus rectè præfuerit, niſi eorum gratiæ & volūtati aliquid dederit, vt ſit cùm medici ægrotorum cupiditatibus in leuibus rebus indulgent, quò illos ſibi in maio-

Εἴκε πάθοι τά κ' ἔρεξε, δίκη τ' ἰθεῖα γένοιτο.

Τούτῳ συνέρχεται ὁ Πρόβος ἑβδομήκοντα πόλεις ἀναστήσας ἐν οὐδὲ ὅλοις ἐνιαυτοῖς ἑπτά, καὶ πολλὰ πάνυ σωφρόνως οἰκονομήσας, ἄδικα μὲν πεπονθώς, ὑπὸ τῶν θεῶν ἐτιμᾶτο, τά τε ἄλλα, καὶ τὸ τοὺς φονέας αὐτοῦ τὴν δίκην ἐκτῖσαι· σκώπτειν δὲ ὅμως αὐτὸν, ὁ μὲν Σειληνὸς ἐπειρᾶτο, καίτοι πολλῶν αὐτῷ σιωπᾶν παρακελευομένων· ἀλλ' ἐᾶτε, ἔφη, νῦν γοῦν δι' αὐτοῦ τοὺς ἑξῆς φρενωθῆναι. οὐκ οἶσθα, ὦ Πρόβε, ὅτι τὰ πικρὰ φάρμακα καταμιγνύντες οἱ ἰατροὶ τῷ μελικράτῳ προσφέρουσι; σὺ δὲ αὐστηρὸς ἦσθα λίαν, καὶ τραχὺς ἀεὶ, εἴκων δὲ οὐδαμοῦ. πέπονθας οὖν ἄδικα μὲν, εἰκότα δὲ ὅμως. Οὐ γὰρ ἔστιν, οὔτε ἵππων, οὔτε βοῶν ἄρχειν, οὔτε ἡμιόνων, ἥκιστα δὲ ἀνθρώπων, μή τι καὶ τῶν κεχαρισμένων αὐτοῖς συγχωροῦντα· ὥσπερ ἔσθ' ὅτε τοῖς ἀσθενοῦσι οἱ ἰατροὶ μικρὰ ἐνδιδόασιν, ἵν' ἐν τοῖς μείζοσιν ἔχωσιν αὐτοὺς

Digitized by Google

πιθομένοις. Τί τοῦτο, εἶπεν ὁ Διόνυσος, ὦ παππίδιον, φιλόσοφος ἡμῖν ἀνεφάνης; Οὐ γὰρ, ὦ παῖ, ἔφυ, καὶ σὺ φιλόσοφος ὑπ' ἐμοῦ γέγονας; οὐκ οἶσθα, ὅτι καὶ ὁ Σωκράτης ἐοικὼς ἐμοὶ, τὰ πρωτεῖα κατὰ τὴν φιλοσοφίαν ἀπηνέγκατο τῶν καθ' ἑαυτὸν ἀνθρώπων, εἰ τῷ Δελφῷ πιστεύεις ὅτι ἐστὶν ἀψευδής; ἔα τοίνυν ἡμᾶς μὴ πάντα γελοῖα λέγειν, ἀλλὰ καὶ σπουδαῖα. ἔτι διαλεγομένων αὐτῶν πρὸς ἀλλήλους, ὁ, δὲ Κᾶρος ἅμα τοῖς παισὶν, εἰσφρῆσαι βουληθεὶς εἰς τὸ συμπόσιον, ἀπηλάθη παρὰ τῆς Δίκης. καὶ ὁ Διοκλητιανὸς ἄγων μεθ' ἑαυτοῦ Μαξιμιανώ τε τὼ δύω, καὶ τὸν ἐμὸν πάππον Κωνστάντιον, ἐν κόσμῳ προῄειν. εἴχοντο δὲ ἀλλήλων τὼ χεῖρε, καὶ ἐβάδιζον, οὐκ ἐξ ἴσης· ἀλλ' οἷα χορός τις ἦν περὶ αὐτὸν, τῶν μὲν ὥσπερ δορυφορούντων, καὶ προθέειν αὐτοῦ βουλομένων, τοῦ δὲ εἴργοντος. οὐδὲν γὰρ ἠξίου πλεονεκτεῖν. ὡς δὲ " σύνιε κάμνοντος ἑαυτοῦ, αὖθις δι-

κ. ξωνίς

ribus obſequentes præſtent. Quid ita, ô patercule, inquit Dionyſius, te nobis philoſophum derepentè exhibuiſti? Non & tu, ô fili, inquit ille, in philoſophicis quoque diſciplinis à nobis es inſtitutus & eruditus? An neſcis & nobis perſimilem fuiſſe Socratem, qui primas inter ſuæ ætatis philoſophos tenuit? ſiquidem tu Delphicum oraculũ minimè mendax eſſe perſuaſum habes. Liceat igitur nobis per te non omnia ridicula dicere, ſed ſeria & grauia leuibus nonnunquam miſcere. Hæc illis inter ſe diſſerentibus, Carus vnà cum filiis ad conuiuium accedere voluit, ſed à Iuſtitia repulſam tulit. Deinde Diocletianus ſecũ ducens Maximianos duos, & auum meum Conſtantium, cum ſplẽdido ornatu in medium progreſſus eſt. Hi quidem manibus ſe inuicem tenebant, neque ex æquo gradiebãtur, ſed Diocletianum chori in modum circunſtabant: quos ſibi ille apparitorum vice fungi, & pręire volentes, prohibebat. Nihil enim ſibi præcipuum arrogare ſtudebat. Vt verò pariter cum aliis incedere cœpit,

cùm ſe oneris mole premi & vrgeri ſentiret, omnia quæcunque humeris geſtabat inter eos partitus, ſolutus & expeditus iter faciebat. Horum concordiam Dei admirati, longè digniori præ multis aliis loco ſedere præceperunt. At Maximianum acerbè & intemperanter ſeſe gerentem, Silenus non dignum duxit, quem dicteriis inceſſeret: ſed in cœtum & conuiuium Imperatorum non admiſit. Non ſolùm enim erat in omnis generis libidines effuſus & intemperans, verùm etiam rerum nouarum cupidus, & perfidię plenus, neque in omnibus tetrachordo concors. Quamobrem ipſum Nemeſis continuò in fugam coniecit, fugitque neſcio quò locorum: nec enim mihi in mentem venit ea de re Mercurium percontari. Ab hoc & adnatus eſt huic in omnibus concordi tetrachordo alius grauis, durus, & turbulentus tonus. Hos igitur duos ne quidem cœtus Heroum limen attingere numen illud quod iuſtitiæ præeſt, permiſit. Licinium verò eò vſque loci progreſſum, propterea quòd multa turpia & nefaria ſcelera commiſerat, quàm-

ὁδεὶ ἅπαντα ἃ ἄφερεν ἐπὶ τῶν ὤμων, αὐτὸς " διαπόλυτος ἐβάδιζεν. γ. ἀνάλυτος ἠγάσθησαν οἱ θεοὶ τῶν ἀνδρῶν τὴν ὁμόνοιαν, καὶ ἐπέτρεψαν αὐτοῖς παρὰ πολλοὺς πάνυ καθῆσθαι. Δεινῶς δὲ ὄντα τὸν Μαξιμιανὸν ἀκόλαστον, ὁ Σιληνὸς ἐπισκώπτειν μὲν οὐκ ἠξίου, ὁ δὲ τῶν βασιλέων οὐκ εἰσεδέχετο συσσίτιον. Οὐ γὰρ μόνον τὰ εἰς Ἀφροδίτην ἦν παντοίως ἀσελγὴς, ἀλλὰ καὶ φιλοπράγμων, καὶ ἄπιστος, καὶ οὐ τὰ πάντα τοῦ τετραχόρδου συνῳδῶν. ἐξήλασεν οὖν αὐτὸν ἡ Δίκη ταχέως· εἶτα ἀπῆλθεν οὐκ οἶδα ὅπη γῆς· ἐπελαθόμην γὰρ αὖθις παρὰ τοῦ Ἑρμοῦ πολυπραγμονῆσαι. Τούτῳ δὴ τῷ παναρμονίῳ τετραχόρδῳ παραφύεται δεινὸν, καὶ τραχὺ, καὶ ταραχῶδες σύστημα. Τὼ μὲν οὖν δύο, οὐδὲ τῶν προθύρων ἅψασθαι τῆς τῶν Ἡρώων ἀγορᾶς ἡ Δίκη συνεχώρησεν. Λικίνιον δὲ μέχρι τῶν προθύρων ἐλθόντα, πολλὰ καὶ ἄτοπα πλημμελοῦντα,

ταχέως ὁ Μίνως ἐξήλασεν. Ὁ Κωνσταντῖνος δὲ παρῆλθεν εἴσω, καὶ πολὺν ἐκαθέσθη χρόνον· εἶτα μετ' αὐτὸν τὰ παιδία. Μαγνεντίῳ γὰρ οὐκ ἦν εἴσοδος, ὅτι μηδὲν ὑγιὲς ἐπεπράχει, καίτοι πολλὰ ἐδόκει πεπρᾶχθαι τῷ ἀνδρὶ καλά. οἱ θεοὶ δὲ ὁρῶντες, ὅτι μὴ ταῦτα ἐκ καλῆς αὐτῷ πεποίηται διαθέσεως, εἴων αὐτὸν οἰμώζειν ἀποτρέχοντα. οὔσης δὲ τοιαύτης τῆς ἀμφὶ τὸ δεῖπνον παρασκευῆς, ἐπόθουν μὲν οὐδὲν οἱ θεοί, πάντα γὰρ ἔχουσιν· αὐτῶν δὲ τῶν Ἡρώων ἐδόκει τῷ Ἑρμῇ διαπειρᾶσθαι· καὶ τῷ Διῒ τοῦτο οὐκ ἀπὸ γνώμης ἦν. ἐδεῖτο δὲ καὶ ὁ Κυρῖνος, ἤδη τινὰ μετάγειν ἐκεῖθεν παρ' ἑαυτόν· Ἡρακλῆς δέ, οὐκ ἀνέξομαι, εἶπεν, ὦ Κυρῖνε· διὰ τί γὰρ οὐχί, καὶ τὸν ἐμὸν Ἀλέξανδρον ἐπὶ τὸ δεῖπνον παρεκάλεσας; σοῦ τοίνυν, εἶπεν, ὦ Ζεῦ, δέομαι, εἴ τινα τούτων ἔγνωκας ἄγειν πρὸς ἡμᾶς, ἥκειν τὸν Ἀλέξανδρον κέλευε. Τί γὰρ οὐχὶ κοινῇ τῶν ἀνδρῶν " ἀποπειρασόμενοι, τοῦ βελτίο-

γ. ἀποπειρώμενοι τῷ βελτίονι τιθέμεθα

citiſſimè Minos profligauit. Conſtantinus autem acceſſit intrò, & longo temporis ſpatio ſedit. Secundū ipſum & eius filij. Nec enim Magnentio patuit aditus, quia nihil vnquam ſani fecerat. Licet enim ab ipſo multa egregiè geſta videri poſſint, quia tamen Dij perſpexerunt hæc non à recto & confirmato animi iudicio profecta eſſe, fugientem eum in luctu dimiſerunt. Huiuſcemodi igitur erat prandij apparatus: Et Deos nihil quidem deficiebat, ſunt enim omnia in eorum manu & poteſtate. Mercurius autem, Heroum conuiuiū non omnibus ſuis numeris abſolutum, atque adeò aliquid ei deeſſe cenſebat: nec ab hoc Iouis ſententia abhorrebat. Poſtulabat verò & Quirinus iamdudum vt aliquem alium ex ſuis illuc introduceret. Non feram, ô Quirine, inquit Hercules. Cur enim & non meum Alexandrū huic conuiuio adhibuiſti? Te igitur, ô Iupiter, inquit, oro atque obteſtor, ſi quem horum ad nos conſtituiſti intromittere, Alexandrum venire iube. Cùm enim palàm de viris fortibus periculum facturi ſumus, cur præſtan-

Digitized by Google

tiore caremus? Iuſta & rationi conſentanea dicere Ioui patri Alcmenæ filius viſus eſt. Et in cœtum Heroum ingrediente Alexandro, neque Cæſar ipſe, neque quiſquam alius aſſurgere dignatus eſt. At ille cathedram accipiens, quam ipſi vacuam fecerat Seueri filius (etenim propter fratricidium ab Heroum conſuetudine repulſus fuerat) ſedit. Quo facto in Quirinum Silenus iocans: Vide, inquit, ne hi omnes cum hoc vno Græco comparari digni ſint. Per Iouem, inquit Quirinus, inter eos opinor eſſe quamplures ipſi nullâ re inferiores. Tanta autem hunc mei poſteri ſunt admiratione proſecuti, vt ſolum eum inter duces exteros & vocent & cenſeant Magnûm, non quo eum maiorem reliquis apud ſe natis iudicent, ſeu quòd plus æquo ſibi fauent, & ſuis ſtudent, ſeu fortè quia ita res habet. Illud verò cuiuſmodi ſit, poſteà certò cognoſcemus, vbi de viris periculum fecerimus. Quæ cùm dixiſſet Quirinus, erubuit. Ex quo facilè perſpectum eſt ipſum ſuorum poſterorum cauſſâ vehementer laborare, ne in

νος δεόμεθα; Δίκαια λέγειν ὁ τῆς Ἀλκμήνης ἐδόκει τῷ Διΐ. καὶ ἐπεισελθόντος αὐτοῦ τοῖς Ἥρωσιν οὔτε ὁ Καῖσαρ, οὔτε ἄλλος τις ἐπανίστατο. καταλαβὼν δὲ σχολάζουσαν καθέδραν, ἣν ὁ τοῦ Σεβήρου παῖς ἐπεποίητο ἑαυτῷ (ἐκεῖνος γὰρ ἀπελήλατο διὰ τὴν ἀδελφοκτονίαν) ἐνεκάθισε. καὶ ὁ Σειληνὸς ἐπισκώπτων τὸν Κυρῖνον· ὅρα, εἶπε, μήποτε οὗτοι ἑνὸς ὦσιν οὐκ ἀντάξιοι τουτουὶ τοῦ Γραικοῦ. νὴ μὰ Δία, εἶπεν ὁ Κυρῖνος, οἶμαι πολλοὺς εἶναι μὴ χείρονας. οὕτω δὲ αὐτὸν οἱ ἐμοὶ τεθαυμάκασιν ἔκγονοι, ὥστε μόνον αὐτὸν ἐκ πάντων, ὅσοι ξένοι γεγόνασιν ἡγεμόνες, ὀνομάζουσι καὶ νομίζουσι μέγαν. οὐ μὴν ὅτι καὶ τῶν πρὸ ἑαυτοῖς γεγονότων οἴονται μείζονα τοῦτον, ἴσως μὲν ὑπὸ φιλαυτίας παθόντες, ἴσως δὲ καὶ οὕτως ἔχοντες· εἰσόμεθα δὲ αὐτίκα μάλα τῶν ἀνδρῶν ἀποπειρώμενοι. Ταῦτα μάλιστα λέγων ὁ Κυρῖνος ἠρυθρία, καὶ δῆλος ἦν ἀγωνιῶν ὑπὲρ τῶν ἀπογόνων τῶν ἑαυτοῦ, μήπου τὰ

δευτερεῖα λαβόντες οἴχωνται.
μετὰ τοῦτο ὁ Ζεὺς ἤρετο τοὺς θεούς,
πότερον χρὴ πάντας ἐπὶ τὸν ἀ-
γῶνα καλεῖν, ἢ καθάπερ ἐν τοῖς
γυμνικοῖς ἀγῶσι γίνεται, ὁ τοῦ τὰς
πολλὰς ἀνελομένου νίκας κρα-
τήσας, ἑνὸς περιγινόμενος, οὐ-
δὲν ἔλαττον δοκεῖ κἀκείνων γε-
γονέναι κρείττων, οἳ προσεπά-
λαισαν μὲν οὐδαμῶς αὐτῷ, τοῦ
κρατηθέντος δὲ ἥττους ἐγίνοντο.
καὶ ἐδόκει πᾶσιν ἡ τοιαύτη σφό-
δρα ἐμμελῶς ἔχειν ἐξέτασις.
ἐκήρυττεν οὖν ὁ Ἑρμῆς, παρεῖ-
ναι Καίσαρα· καὶ τὸν Ὀκταβιανὸν
ἐπὶ τούτῳ· Τραϊανὸν δὲ ἐκ
τρίτου, ὡς πολεμικωτέρους.
Εἶτα γενομένης σιωπῆς, ὁ βα-
σιλεὺς Κρόνος βλέψας εἰς τὸν
Δία, θαυμάζειν, ἔφη, πολε-
μικοὺς μὲν αὐτοκράτορας ὁρῶν
ἐπὶ τὸν ἀγῶνα τουτονὶ καλουμέ-
νους, οὐδένα μέντοι φιλόσοφον.
ἐμοὶ δέ, εἶπεν, οὐχ ἧττόν εἰσιν
οἱ τοιοῦτοι φίλοι. καλεῖτε οὖν εἴ-
σω καὶ τὸν Μάρκον. Ἐπεὶ δὲ καὶ ὁ
Μάρκος κληθεὶς παρῆλθε, σε-
μνὸς ἄγαν ὑπὸ τῶν πόνων ἔχων
τά τε ὄμματα, καὶ τὸ πρόσωπον
ὑπό τι συνεσταλμένων, κάλλος

ſecundis partibus hærerent.
Poſt hæc Iupiter apud Deos
propoſuit, an oporteret
omnes decertare, an verò
iſtud certamen ad gymni-
corum morem inſtituendum
foret. In quibus qui illum
vicit qui plures aſſecutus eſt
palmas, vnius victor cæteris
quoque præſtare cenſetur,
qui ab eo, de quo victoriam
retulit, ſuperati ſunt, licet
cum ipſis in certamen non
venerit. Et ea quidem iudi-
cij faciendi ratio tanquam
valdè apta & explicata, ab
omnibus Diis communi vo-
ce & ſententiâ eſt approba-
ta. Edixit igitur Mercurius
primum adeſſe Cæſarem,
deinde Octauianum, ter-
tium Traianum tanquã bel-
licoſiores. Hinc facto ſilen-
tio, rex Saturnus Iouem in-
tuitus: Miror, inquit, belli-
câ laude illuſtres Imperato-
res ad hoc certamen voca-
tos, Philoſophum verò ne-
minem, quamuis hi quoque
non minùs mihi chari ſint
quàm reliqui. Vocate igitur
& intrò Marcum. Et ille qui-
dem accerſitus adfuit grauis
& conſtans valdè, tùm ocu-
lis, tùm vultu, præ animi
contentione, aliquantulùm
ſeuero & nonnihil contracto

ſimili, pulchritudinẽ, quam nemo imitatione aſſequi poſſet, in eo demonſtrans, quòd eſſet horridus, & incomptus. Erat enim barbâ prolixâ, & amictu ex omni parte frugali & modeſto. Denique propter paucitatem alimentorum corpus illi erat ſplendidius & nitidius, ipſius lucidiſſimi, vt arbitror, & puriſſimi ignis inſtar. Illo verò intra ſacra ſepta intromiſſo, Dionyſius cœpit dicere: O Saturne rex, & Iupiter pater, vtrum aliquid imperfectum & deprauatum inter Deos verſari fas eſt? Quibus nihil reſpondentibus: Atqui accerſamus & huc, inquit, aliquem voluptatis ſectatorem. Sed huc, Iupiter ait, quemquam pedem inferre nefas eſt, qui noſtra non reuereatur, & probet. Fiat itaque, reſpondit Dionyſius, de eo circa veſtibulum iudicium: &, ſi ita videtur, tùm demùm adhibeamus hominem, non quidem omninò bellicæ virtutis inexpertem, ſed voluptatum fruitione & deliciis emollitum. Venit igitur ad limen vſque Conſtantinus. His ita decretis (iam enim quâ ratione ipſos certamen

δὲ ἀμήχανον ἐν αὐτῷ τούτῳ δεικνύων, ἐν ᾧ παρεῖχεν ἑαυτὸν ἄχομψον, καὶ ἀκαλλώπιστον. ἥ τε γὰρ ὑπήνη βαθεῖα παντάπασιν ἦν αὐτοῦ, καὶ τὰ ἱμάτια λιτὰ καὶ σώφρονα, καὶ ὑπὸ τῆς ἐνδείας τῶν σιτίων ἦν αὐτοῦ τὸ σῶμα διαυγέστατον, καὶ διαφανέστατον, ὥσπερ αὐγὴ, οἶμαι, τὸ καθαρώτατον καὶ εἰλικρινέστατον φῶς. Ἐπεὶ δὲ οὗτος ἦν εἴσω τῶν ἱερῶν περιβόλων, ὁ Διόνυσος εἶπεν, ὦ βασιλεῦ Κρόνε καὶ Ζεῦ πάτερ, ἆρα ἄξιον ἐν θεοῖς ἀτελές εἶναί τι; τῶν δὲ, οὐ φαμένων, εἰσαγάγωμεν οὖν ἵνα καὶ ἀπολαύσεως ἐραστὴν ἐνθάδε. καὶ ὁ Ζεὺς, ἀλλ' οὐ θεμιτὸν εἴσω φοιτᾶν, εἶπεν, ἀνδρὶ μὴ τὰ ἡμέτερα ζηλοῦντι. Γινέσθω τοίνυν ἐπὶ τῶν προθύρων, εἶπεν ὁ Διόνυσος, αὐτοῦ ἡ κρίσις. ἀλλ', εἰ τοῦτο δοκεῖ, καλῶμεν ἄνδρα, οὐκ ἀπόλεμον μὲν, ἡδονῇ δὲ, καὶ ἀπολαύσει χειροηθέστερον. ἤχετο οὖν ἄχρι τῶν προθύρων ὁ Κωνσταντῖνος. ἐπεὶ δὲ ἐδέδοκτο καὶ τοῦτο· ἵνα γὰρ ἔχῃ τρόπον αὐτοῖς ἁμιλλᾶσθαι, γνώμη

Digitized by Google

προσυτέθη· καὶ ὁ μὲν Ἑρμῆς ἠξίου λέγειν ἕκαστον ἐν μέρει περὶ τῆς ἑαυτοῦ, τίθεσθαι δὲ τοὺς θεοὺς τὴν ψῆφον. οὐ μὴν ἐδόκει ταῦτα τῷ Ἀπόλλωνι καλῶς ἔχειν· ἀληθείας γὰρ εἶναι καὶ οὐ πιθανότητος, οὐδὲ αἱμυλίας ἐν θεοῖς ἔλεγχον καὶ ἐξέτασιν. βουλόμενος δὲ ὁ Ζεὺς ἀμφοτέροις χαρίζεσθαι, καὶ ἅμα προσάγειν ἐπὶ πλέον αὐτοῖς τὴν συνουσίαν· οὐδὲν, εἶπε, κωλύει λέγειν τε αὐτοῖς ἐπιτρέψαι, μικρὰ τοῦ ὕδατος ἐπιμετρήσαντας ἡμᾶς· εἶτα ὕστερον ἀνερωτᾷν, καὶ ἀποπειρᾶσθαι τῆς ἑκάστου διανοίας. καὶ ὁ Σειληνὸς ἐπισκώπτων, ἀλλ' ὅρα, ὦ Πόσειδον, μὴ νομίσαντες αὐτὸ νέκταρ εἶναι, Τραϊανός τε, καὶ Ἀλέξανδρος ἅπαν ἐκφορήσωσι τὸ ὕδωρ, εἶτα ἀφέλωνται τοὺς ἄλλους. καὶ ὁ Ποσειδῶν, οὐ τοὐμοῦ ὕδατος, εἶπεν, ἀλλὰ τοῦ ἡμετέρου πόματος, ἐρασταὶ τὼ ἄνδρε ἐγενέσθην. ὑπὲρ τῆς σεαυτοῦ τοι γὰρ οὖν ἀμπέλων μᾶλλον, ἢ τῶν ἐμῶν πηγῶν, ἄξιόν ἐστι σοι δεδιέναι. Καὶ ὁ Σειληνὸς δηχθεὶς, ἐσιώπα, καὶ τοῖς ἀγωνιζομένοις ἐκ τούτου τὸν

γρ. δὴ ὅπως, μὴ νομίσαντες

inire oporteret, ſententia dicta fuerat) Mercurius quidē cenſebat ſigillatim vnumquemque oportere de ſeipſo dicere, deinde Deos de ſingulis ſuffragia ferre. Hæc Apollini non rectè ſtatui videbantur. Etenim veritatem, non perſuaſionis vim, aut dicendi ſuauitatem à Diis perpendi & examinari. Sed Iupiter, cùm vtriſque gratificari cuperet, ſimul & eorum conſuetudinē in longius tempus ptoducere: Nihil prohibet, inquit, ad aquę rationem, quam vnicuique ad certum modum menſurámque largiemur, ipſos iubere dicere: deinde interrogare, & ſingulorum ſenſus intimos explorare. Ad hoc Silenus facetè admodū Neptuno illudens: Sed vide, ô Neptune, ne Traianus & Alexander nectaris loco aquam omnem exſorbeant, ſicque dicendi facultatem reliquis præripiant. Cui Neptunus: Haud equidem meæ aquæ, ſed veſtræ potionis auidiores illi viri fuerunt. Tuis igitur te vineis, quàm me meis fontibus timere magis conuenit. At Silenus morſus, conticuit, ſeque toto animo deinceps ad certantes

tantes conuertit. Tum Mercurius huiuſmodi præconio eſt vſus:

Diuiſurus adeſt egregia,
Palmarum præmia nobilium,
Iam iámque moras
Tempus ſuadet ponere lentas,
Atque auribus excipere hæc, mea quæ
Præconis vox nuntia profert:
Multorum ô ſeruitute priùs
Reges populûm colla premētes
Infeſtam, quos hoſtibus haſtam
Acuiſſe iuuat, ſimul & magnam,
Prudenti conſilio, mentem,
Animúmque, controuerſum agite,
Ad hoc vos ſiſtite iudicium:
Vitæ ſumma fuit, ſeu ſapere,
Damnis malè ſeu vexare quibus
Inimicos, & multa in amicos
Animo magno cōferre bona,
Poſita eſt vitæ meta beatæ.
Siue voluptate frui, finem
Sibi qui conſtituêre laborum.
Connubia epulaſq; celebrare,
Rebuſq; oculos paſcere lætis:
Tunicis quoque mollibus ornari,
Simul & manibus ſummis, opere
Vario nitidas gemmas gerere,
Queis viſa beatiſſima res eſt:
Ioui erit dein victoria curæ.

νοῦ προσεῖχεν. Ερμῆς δὲ ἐκήρυττεν·

Αρχὴ μὲν ἀγώνων καλλίστων
Αθλων ταμίας.
Καιρὸς δὲ καλεῖ μηκέτι μέλλειν,
Αλλ' ἀκούοντες τὴν ἡμετέραν
Κήρυκα βοὴν, οἱ πρὶν βασιλεῖς
Εθνεα πολλὰ δουλωσάμενοι,
Καὶ πολέμοισιν δάϊον ἔγχος
Θήξαντες, ὁμοῦ γνώμης τε μέγαν
Πινυτόφρονα νοῦν, ἴτ' ἐς ἀντίπαλον
Ισταθε κρίσιν, οἵ τε φρόνησιν
Τέλος ὀλβίστης ἥγεσθε βιοτῆς,
Οἷς τ' ἀντιβίοις κακὰ πόλλ' ἔρξαι,
Χρηστὰ δὲ φίλοις, τέρμα βιότου
Νενόμισο, καὶ ὅθ' ἡδίστην
Απόλαυσιν ἔχειν, τέρματα μόχθων,
Δαῖτας καὶ γάμους, ὄμμασι τερπνὰ,
Μαλακάς τε φέρειν ἐσθῆτας, ὁμοῦ
Λιθοκολλήτοις περὶ χεῖρας ἄκρας
Ψελιοῖσι, φαίη μακαριστότατον.
Νίκης δὲ τέλος Ζηνὶ μελήσει.

Τοιαῦτα τοῦ Ἑρμοῦ κηρύττοντος, ἐκληροῦντο· καί πως συνέδραμε τῇ τοῦ Καίσαρος ὁ κλῆρος φιλοπρωτίᾳ. τοῦτο ἐκεῖνον μὲν ἐποίησε γαυρότερον καὶ σοβαρώτερον. ἐδέησε δὲ διὰ τοῦτο [τοῦ] μικροῦ καὶ φυγεῖν τὴν κρίσιν ὁ Ἀλέξανδρος. ἀλλὰ παραθαρρύνων αὐτὸν, ὁ μέγας Ἡρακλῆς ἐπέσχε. Δεύτερος δὲ ἐπ᾽ ἐκείνῳ λέγειν ἔλαχεν ὁ Ἀλέξανδρος· ἐπὶ δὲ τῶν ἑξῆς, οἱ κλῆροι τοῖς ἑκάστου χρόνοις συμπαρῆλθον. ἤρξατο οὖν ὁ Καῖσαρ ὧδε.

Ἐμοὶ μὲν, ὦ Ζεῦ καὶ θεοὶ, γείνασθαι ἐν τηλικαύτῃ συνέβη πόλει, μετὰ τοσούτους ἄνδρας, ὥστε τῶν μὲν, ὅσον οὐ πώποτε ἄλλη πόλις ἐβασίλευσε, βασιλεύειν· ταῖς δὲ ἀγαπητὸν, καὶ τὰ δεύτερα κομίσασθαι. Τίς γὰρ πόλις ἀπὸ τρισχιλίων ἀνδρῶν ἀρξαμένη, ἐν οὐδὲ ὅλοις ἔτεσιν ἑξακοσίοις, ἐπὶ γῆς ἦλθε πέρατα τοῖς ὅπλοις; ποῖα δὲ ἔθνη πολλὰ τοσούτους ἄνδρας ἀγαθούς τε, καὶ πολεμικοὺς παρέσχετο, καὶ νομοθετικούς; θεοὺς δὲ ἐτί-

Huiuſmodi igitur à Mercurio habito præconio, ſortes duxerunt: Et ſors quidem quodāmodo Cæſaris in omnibus rebus principem locū obtinendi cupiditati concurrit. Quæ res eum hilariorem multò & alacriorem reddidit. Quamobrem parum abſuit quin iudicium Alexāder ſubterfugeret, ſed ipſum Magnus Hercules bono animo eſſe iubens, continuit. A Cæſare ſecundum dicendi locum nactus eſt Alexander. Tùm reliquis aliis poſtquam, vt cuiuſque ferebant tempora, ſortes obtigerunt, ſic Cæſar orſus eſt.

Mihi verò, ô Iupiter & Dij, in huiuſmodi naſci contigit ciuitate poſt tot claros viros, quæ quidem imperium ſuum eò, quò nulla vnquam alia ciuitas dominata eſt, protulit, vt reliquæ omnes æqui bonique conſulere debeant, ſi ſecundas ab hac partes ferant. Quæ enim ciuitas à tribus hominum millibus initium ducens, ſexcentis annis nondum exactis, armis ad extremas vſque oras peruenit & penetrauit? Quænam gens tam ſæpè, tótque viros probos & illuſtres belli paciſque artibus præbuit? Et quinam tam

piè Deos coluerunt? In tanta igitur támque celebri ciuitate natus, non ſolùm meos æquales, ſed etiam eos qui vnquam fuerunt, rerum geſtarum gloriâ ſuperaui. Et meorũ quidem ciuium ſcio neminem, quominus mihi primæ deferantur partes, interceſſurum. Quòd ſi hoc Alexander audeat, quodnam ſuorum facinorum cum meis comparari dignum cenſebit? Perſica fortè, tanquam non viderit tot à me erecta & excitata de Pompeio trophæa. Nam, cedo, quis acrior, & rei militaris peritior dux extitit, Darius, an Pompeius? Quem firmior & robore militum inſtructior exercitus eſt ſecutus? Bellicoſiores gentes quę vnquam Darij imperio paruerunt, Carum loco Pompeius in exercitu habuit. An verò Europeæ, ſæpiùs Aſiæ bellum inferenti vaſtitatem intulerunt, & maximè earum fortiſſimi Itali, Illyrici, & Celtæ. Sed quando Celtarum memini, num Geticis Alexandri rebus Galliæ expugnationem conferemus? Hic ſemel tranſiuit Iſtrum: ego iterum Rhenum: Hoc verò eſt eximium meum

μιμήσαιντο οὕτω τινες; Ἐν τῇ τοσαύτῃ καὶ τηλικαύτῃ πόλει γενόμενος, οὐ τοὺς κατ' ἐμαυτὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς πώποτε, παρῆλθον τοῖς ἔργοις. καὶ τῶν ἐμῶν μὲν πολιτῶν, οὐκ οἶδα ὡς οὐδεὶς ἀντιποιήσεταί μοι τῶν πρωτείων. Εἰ δὲ Ἀλέξανδρος οὑτοσὶ τολμᾷ, τί τῶν ἔργων τῶν ἑαυτοῦ τοῖς ἐμοῖς ἄξιοι παραβάλλειν; ἴσως τὰ Περσικά, ὥσπερ οὐχ ἑωρακὼς ἐγηγερμένα μοι τοσαῦτα κατὰ Πομπηίου τρόπαια; καί τις δεινότερος στρατηγὸς γέγονε, Δαρεῖος, ἢ Πομπήιος; ποτέρῳ δὲ ἀνδρειότερον ἠκολούθει στρατόπεδον; τὰ μὲν οὖν μαχιμώτατα τῶν Δαρείῳ πρότερον ὑπακουόντων ἐθνῶν, ἐν τῇ Καρῶν μοίρᾳ Πομπήιος εἶχεν ἑπόμενα. τῶν δὲ ἐκ τῆς Εὐρώπης, οἳ τὴν Ἀσίαν πολλάκις πόλεμον ἐπάγουσαν ἐπετρέψαντο, καὶ τούτων αὐτῶν τοὺς ἀνδρειοτάτους, Ἰταλούς, Ἰλλυριούς, Κελτούς. Ἀλλ' ἐπειδὴ τῶν Κελτικῶν ἐπεμνήσθην, ἆρα τοῖς Γετικοῖς ἔργοις Ἀλεξάνδρου, τὴν τῆς Κελτικῆς ἀντιτάττομεν καθαίρεσιν; οὗτος ἅπαξ ἐπεραιώθη τὸν Ἴστρον· ἐγὼ δὲ δεύτερον τὸν Ῥῆνον.

Γερμανικὸν αὖ τοῦτο τὸ ἐμὸν ἔργον. τούτῳ δὲ ἀντέστη μὲν οὐδὲ εἷς. ἐγὼ δὲ πρὸς Ἀριόβιστον ἠγωνισάμην. πρῶτος ἐτόλμησα Ῥωμαίων ἐπιβῆναι τῆς ἐκτὸς θαλάσσης. καὶ τοῦτο μὲν ἴσως τὸ ἔργον θαυμαστόν. καί τι τὴν τόλμαν καὶ ταύτην ἄξιον θαυμάσαι· ἀλλὰ τὸ μεῖζόν μοι, τὸ ἀποβῆναι τῆς νεὼς πρῶτον. καὶ τοὺς Ἐλβετίους σιωπῶ· καὶ τὸ τῶν Ἰβήρων ἔθνος. οὐδενὸς ἔτι τῶν Γαλατικῶν ἐπεμνήσθην· πλέον ἢ τριακοσίας ὑπαγαγόμενος πόλεις, ἀνδρῶν δὲ οὐκ ἐλάττους ἢ διακοσίας μυριάδας. Ὄντων δὲ τούτων μοι τοιούτων τῶν ἔργων, ἐκεῖνο μεῖζον ἦν, καὶ τολμηρότερον. ἐχρῆν γάρ με καὶ πρὸς αὐτοὺς διαγωνίζεσθαι τοὺς πολίτας, καὶ κρατεῖν τῶν ἀμάχων, καὶ ἀνικήτων Ῥωμαίων. Εἴτε οὖν πλῆθος τις κρίνει παρατάξεων, τρὶς τοσαυτάκις παρεταξάμην, ὁσάκις ὁ παρ᾽ Ἀλεξάνδρου κομπάζουσιν οἱ τὰ περὶ αὐτοῦ σεμνοποιοῦντες· εἴτε πλῆθος πόλεων αἰχμαλώτων· οὐ τῆς Ἀσίας μόνον, ἀλλὰ καὶ

Germanicum facinus, quo nemo ſe mihi antetulerit. Ego contra Ariouiſtum manus conſerui. Ego Romanorum primus exterius mare traiicere ſum auſus, quod meum factum fortaſſe plurimùm in ſe habet admirationis. Decet enim tantam meam animi magnitudinem & fortitudinem admirari, ſed illud multò præclariſſimum, me primum omnium è naui deſiliiſſe. Heluetios taceo, & Iberorum gentem: neque dum vllius rei à me in Gallia geſtæ mentionem feci, cùm tamen illic plus quàm trecenta oppida, atque ducentas non minùs hominum miriadas ſubegerim. Quæ cùm tot tantáque ſint, tùm illud maximum & fortiſſimum, quòd re in eum locum adductâ, vt mihi contra ciues meos bello dimicare neceſſe eſſet, victoriam ex ipſis Romanis, qui ad hoc vſque tempus inexpugnabiles & inuicti permanſerant, reportaui. Quòd ſi quis multitudine præliorum nos iudicet, ego ter plus acie conflixi, quàm Alexandrum decertaſſe prędicant, qui eius res magnificè efferunt & extollunt. Si multitudine vrbium captarum: non in Aſia ſolùm, ſed &

Digitized by Google

in Europa quamplurimas vrbes euerti. Hic quidem Ægyptum ſpectans pertranſiuit: ego conuiuia celebrans domui. Vultis quoque vtriuſque clementiam & moderationem poſt adeptam victoriam ſciſcitari & expendere? Ego inimicis meis veniam conceſſi, qui deinde ea in me admiſerunt, quæ Numini iuſtitiæ præſidi curæ fuerunt. Hic præterquam quòd in hoſtes crudelis fuit, ne quidem ab amicis temperauit. Quia verò meecum de primis partibus contendere paratus es, neque mihi ſtatim vnà cum aliis cedis, tu quidem me cogis dicere te perquam acerbum & crudelem in Thebanos extitiſſe. Ego verò multâ manſuetudine & humanitate complexus ſum Heluetios. Illorum quidem tu vrbes incendiſti: horum ego à propriis ciuibus euerſos & combuſtos penates reparaui & reſtitui. Ecquid denique tanti fuit decem millia Græcorum ſuperaſſe, & quindecim myriadas hominum inuadentium pugnando ſuſtinuiſſe? Multa quidem alia de vtroque noſtrûm dicere poſſem, ſed quoniam minimè mihi per otium licuit, arti dicen-

τῆς Εὐρώπης τὰ πλεῖστα κατεστρεψάμην. Ἀλέξανδρος Αἴγυπτον περιῆλθεν θεωρῶν· ἐγὼ δὲ συμπόσια συγκροτῶν κατεπολέμησα. Τὴν δὲ μετὰ τὸ κρατῆσαι πρᾳότητα βούλεσθε ἐξετάσαι τὴν παρ' ἑκατέρῳ; Ἐγὼ καὶ τοῖς πολεμίοις συνέγνων· ἔπαθον οὖν ὑπ' αὐτῶν ὅσα ἐμέλησε τῇ Δίκῃ· ὁ δὲ πρὸς τοῖς πολεμίοις οὐδὲ τῶν φίλων ἀπείχετο. ὅτι οὖν περὶ τῶν πρωτείων μοι ἀμφισβητεῖν οἷός τε ἔσῃ· καὶ οὖν αὐτόθεν οὐ παραχωρήσεις μετὰ τῶν ἄλλων· ἀλλὰ ἀναγκάσεις με λέγειν, ὅπως μὲν ἐχρήσω πικρῶς Θηβαίοις· ἐγὼ δὲ τοῖς Ἐλβετίοις φιλανθρώπως. σὺ μὲν καὶ ἐκείνων κατέκαυσας τὰς πόλεις· ἐγὼ δὲ τὰς ὑπὸ τῶν οἰκείων πολιτῶν κεκαυμένας πόλεις ἀνέστησα. Καί τοι τί τοσοῦτον ἦν, μυρίων Γραικῶν κρατῆσαι, καὶ πεντεκαίδεκα μυριάδας ἐπιφερομένας ὑποστῆναι; πολλὰ εἰπεῖν ἔχων ἔτι περὶ ἐμαυτοῦ καὶ τοῦδε, ᾧ μὴ σχολὴν ἄγειν, ἥκιστα

τὸ λέγειν ἐξεμελέτησα· διὸ τῶν χρὴ συγγνώμην ὑμᾶς ἔχειν· ἐκ δὲ τῶν εἰρημένων, καὶ περὶ τῶν μὴ ῥηθέντων τὴν ἴσην καὶ δικαίαν ἐξέτασιν ποιουμένους, ἀποδιδόναι μοι τὸ πρωτεῖον. Τοιαῦτα εἰπόντος τοῦ Καίσαρος, καὶ λέγειν ἔτι βουλομένου, μόγις καὶ πρότερον ὁ Ἀλέξανδρος καρτερῶν, οὐκ ἔτι κατέσχεν· ἀλλὰ μετά τινος ταραχῆς καὶ ἀγωνίας,

Ἐγὼ δέ, εἶπεν, ὦ Ζεῦ καὶ θεοί, μέχρι τίνος ἀνέξομαι σιωπῇ τῆς θρασύτητος τοῦ τούτου; πέρας γὰρ οὐδέν ἐστιν, ὡς ὁρᾶτε, οὔτε τῶν εἰς αὐτὸν ἐπαίνων, οὔτε τῶν εἰς ἐμὲ βλασφημιῶν. ἐχρῆν δὲ ἴσως, μάλιστα μὲν ἀμφοῖν φείδεσθαι. καὶ γὰρ εἴ τῃ πως ἀμφότερα δοκεῖ παραπλησίως ἐπαχθῆ· πλέον δὲ τὸ τὰμὰ διασύρειν, ἄλλως τε καὶ μιμητὴν αὐτῶν γενόμενον. ὁ δὲ εἰς τοῦτο ἦλθεν ἀναισχυντίας, ὥστε τολμῆσαι τὰ ἀρχέτυπα κωμῳδεῖν τῶν ἑαυτοῦ ἔργων. Ἐχρῆν δέ, ὦ Καῖσαρ, ὑπομνησθῆναί σε τῶν δακρύων ἐκείνων, ἅ ποτε ἀφῆκας, ἀκροώμενος τῶν ὑπομνη-

di incumbere, vos mihi veniam dare par eſt, ſimul & quæ dici ſunt omiſſa, æquè ac ea quæ dicta ſunt, pro merito reputantes, priorem honoris gradum tribuere. Hæc cùm diceret Cæſar, & adhuc loqui vellet, vix ſibi iam tum anteà temperans Alexander, ſeſe ampliùs continere non potuit, ſed cum tumultu & vehementi animi commotione,

potiùs debui, ſicut multi, opinor, eorum qui mecum ingreſſi ſunt, neque curioſè inquirere, aut obiurgare. Sed ego præcipiti temeritate, & ridiculâ adulatione (non enim eſt exiſtimandum me amicitiâ adductum orationem eam apud vos habuiſſe, ſed inani potiùs gloriæ cupiditate, quò religionis veſtrique cupidus viderer, quæ, opinor, perridicula eſt adulatio) multa in vos temerè effudi. Iure igitur reprehenſionum illarum iniurias nunc perſequimini, locis etiam commutatis. Ego enim coram ipſo Deo, ad aram & ſimulachri pedes, inter paucos vos reprehendi: vos in foro, inſpectante populo, per idoneos ciues, tales ludos facitis. Nam, mihi credite, qui dicunt, ſermones cum audientibus communicant; qui verò libenter audit contumelias, cùm minore periculo pari voluptate fruatur, atque is qui dicit, in eadem cauſſa eſt. Sunt igitur vobis per vniuerſam vrbem dicta & audita, quæcunque in miſeram hanc barbam luſa

ſunt, & in eum qui nullos vnquam vobis bonos mores oſtendit, neque oſtender. Non enim eam vitam vobis monſtrabit, quam ſemper viuitis, & in principibus requiritis. Quod verò attinet ad contumelias, quas in me priuatim & publicè anapæſtis ludentes iecistis, ego me prætereà accuſo, vobiſque liberam eius rei facultatem permitto: nam nunquam vobis eo nomine periculum creabo iugulando, verberando, conſtringendo, cuſtodiendo, puniendo. quomodo enim? Nam poſteáquam me apud vos, vnà cum amicis, moderatum atque temperantem, id eſt, importuniſſimum & ingratiſſimum oſtendi, nullúmque vobis pulchrum ſpectaculum exhibui, migrare ex hac vrbe ſtatui ac diſcedere, non quòd exiſtimem iucundiorem me ad alios venturum eſſe; ſed quòd melius fore arbitrer, ſi hâc ſpe deiicior, pulchritudinem bonitatémque meam illis probandi, ſaltem omnibus meæ inſuauitatis aliquid impertire, neque hanc beatam ciuitatem prorſus tanquam fœtore mo-

πώγωνα, καὶ τὸν οὐδὲν ἐπιδείξαντα ὑμῖν καλὸν, οὐδὲ ἐπιδείξοντα τρόπον. οὐ γὰρ ἐπιδείξει βίον ὑμῖν, ὁποῖον ὑμεῖς ἀεὶ μὲν ζῆτε, ποθεῖτε δὲ ὁρᾶν καὶ ἐν τοῖς ἄρχουσιν. ὑπὲρ μὲν δὴ τῶν βλασφημιῶν, ἃς ἰδίᾳ τε καὶ δημοσίᾳ κατεχέατέ μου, παίζοντες ἐν τοῖς ἀναπαίστοις, ἐμαυτοῦ προσκατηγορήσας, ὑμῖν ἐπιτρέπω χρῆσθαι μετὰ μείζονος αὐτῇ παρρησίας. ὡς οὐδὲν ὑμᾶς ἐγὼ διὰ τοῦτο πώποτε δεινὸν ἐργάσομαι σφάττων, ἢ τύπτων, ἢ δέων, ἢ ἀποκλείων, ἢ κολάζων. πῶς γάρ; ὡς ἐπείπερ ὑμῖν ἐμαυτὸν ἐπιδείξας μετὰ τῶν φίλων σωφρονοῦντα, φαυλότατον ἰδεῖν ὑμῖν καὶ ἀηδέστατον, οὐδὲν δ' ἐπιδείξας καλὸν θέαμα, μεταστῆναι τὴν πόλιν ἔγνωκα καὶ ἀποχωρῆσαι, πεπεισμένος μὲν οὐδαμῶς, ὅτι πάντως ἐκείνοις ἀρέσω, πρὸς οὓς πορεύομαι· κρίνων δὲ αἱρετώτερον, εἰ διαμάρτοιμι τοῦ δόξαι γοῦν ἐκείνοις καλὸς καὶ ἀγαθὸς, ἐν μέρει μεταδοῦναι πᾶσι τῆς ἀηδίας τῆς ἐμαυτοῦ, καὶ μὴ τὴν εὐδαίμονα ταύτην ἀποκναῖσαι πόλιν, ὥσπερ ὑπὸ δυσωδίας τῆς ἐμῆς μετεω-

γρ. ἐπιδείξοντα.

γρ. ἰς.

τητος, καὶ τῶν ἐμῶν ἐπιτηδείων τῆς σωφροσύνης. ἡμῶν γὰρ οὐδεὶς ἀγρὸν, οὐδὲ κῆπον ἐπρίατο παρ' ὑμῖν, οὐδὲ οἰκίαν ᾠκοδόμησεν, οὐδὲ ἔγημε παρ' ὑμῶν, οὐδὲ ἐξέδωκεν εἰς ὑμᾶς, οὐδὲ ἠράσθημεν τῶν παρ' ὑμῖν καλῶν· οὐδὲ ἐζηλώσαμεν Ἀσύριον πλοῦτον, οὐδὲ ἐνειμάμεθα τὰς προστασίας, οὐδὲ περιδυναστεύειν ὑμῖν ἀνεσχόμεθά τινας τῶν ἐν τέλει, οὐδὲ ἐπείσαμεν τὸν δῆμον εἰς παρασκευὰς δείπνων ἢ θεάτρων, ὃν οὕτως ἐποιήσαμεν τρυφᾶν, ὥστε ἄγων σχολὴν ἀπὸ ἐνδείας τῶν ἀναπαίστων εἰς τοὺς αἰτίους αὐτῷ τῆς εὐθηνίας ξυνέθηκεν. οὐδὲ ἐπεγράψαμεν χρυσίον, οὐδὲ ᾐτήσαμεν ἀργύριον, οὐδὲ ηὐξήσαμεν φόρους· ἀλλὰ πρὸς τοῖς ἐλλείμμασιν ἀφεῖται πᾶσι τῶν εἰθισμένων εἰσφορῶν τὸ πέμπτον. οὐκ οἶμαι δὲ ἐξαρκεῖν τὸ σωφρονεῖν ἐμὲ, μέτριον ἔχω καὶ μὰ Δία καὶ θεοὺς, ὡς ἐμαυτὸν πείθω, τὸν εἰσαγγελέα, κακῶς ὑφ' ὑμῶν ἐπιτιμηθέντα, διότι γέρων ὢν καὶ φαλακρὸς ἠρέμα τὰ πρόσω,

deſtiæ meæ, meorúmque familiarium temperantiâ conficere. Noſtrum enim nemo agrum, nemo hortum apud vos coëmit, neque domum ædificauit, neque vxorem à vobis duxit, aut dedit, neque ea quæ apud vos pulchra ſunt, amauimus; neque Aſſyrias opes expetiuimus, neque præfecturas depaſti ſumus, neque abuti poteſtate ſuâ erga vos magiſtratum aliquem paſſi ſumus, neque populo ſplendidorum conuiuiorum, theatrorúmve auctores fuimus: imò tantam ei immunitatem & vbertatem rerum omnium dedimus, vt liber ab inopiæ metu, anapæſtis luſerit in eos, qui tantùm bonorum ei largiti ſunt. Non aurum imperauimus, non argentum exegimus, neque tributa amplificauimus: ſed præter reſiduum nondum perſolutum, quintam de conſuetis vectigalibus partem remiſimus. Nec verò ſatis eſſe putaui, me temperantem eſſe, procuratorem habeo præterea abſtinentiſſimum per Deos, ac moderatiſſimum, vt equidem mihi perſuadeo, quem tamen vos acerbè accuſaſtis, quòd ſenex, & fronte ſenſim caluefcens, tamen

Digitized by Google

pro inſita mentis duritie non erubeſcat, cùm comam geſtet in occipitio, ſicuti Homerus facit Abantas. Neque illo deteriores duos treſve domi apud me habeo, imò quatuor: ac ſi quintum etiam vultis, is eſt auunculus meus, eodem mecum nomine, qui vobis præfuit æquiſſimè, quandiu ei Dij dederunt vnà nobiſcum eſſe, rémque publicam adminiſtrare, tametſi non magnâ prudentiâ ciuitatis res procurauerit. Ac nobis quidem præclara hæc videbantur, imperare ciuibus manſuetè ac leniter, atque his rationibus pulchros nos ſatis viſum iri vobis ſperabamus. Verùm poſteaquam barbæ prolixitas, comæ neglectio, odium ſpectaculorum, ſtudium grauitatis in templis conſeruandæ, cura æquitatis in iudiciis tuendæ, ſummum auaritiæ foro pellendę deſiderium, vos in me tantoperè commouet, cedam vrbe perlibenter. Neque enim eſſet facilè, ſi in ſenectute mores commutarem, fabulam de miluo tritam effugere. Aiunt enim miluum, cùm

διὰ δυστροπίαν οὐκ αἰσχύνεται, κομῶν τὰ ἐξόπισθεν, ὥσπερ Ὅμηρος ἐποίησε τοὺς Ἄβαντας. οὐδ' ἐκείνου φαυλοτέρους ἔχω ἄνδρας οἴκοι παρ' ἐμαυτῷ δύο καὶ τρεῖς, ἀλλὰ καὶ τέτταρας· εἰ βούλεσθε δὲ νυνὶ καὶ πέμπτον, ὅδ' ἐμοὶ θεῖος καὶ ὁμώνυμος, ὃς δικαιότατα μὲν ὑμῶν προέστη, μέχρις ἐπέτρεπον οἱ θεοὶ ξυνεῖναι ἡμῖν αὐτὸν καὶ συμπράττειν, οὐ προμηθέστατα δὲ πάσαις ἐπέστη ταῖς οἰκονομίαις τῆς πόλεως. ἡμῖν μὲν οὖν ἐδόκει ταῦτα καλά, πρᾳότερα ἄρχειν τῶν πολιτῶν μετὰ σωφροσύνης, ᾠόμεθά τε ὑμῖν ἱκανῶς διὰ τούτων καλοὶ φανεῖσθαι τῶν ἐπιτηδευμάτων. ἐπεὶ δὲ ὑμᾶς ἥ τε βαθύτης ἀπαρέσκει τοῦ γενείου, καὶ τὸ ἀτημέλητον τῶν τριχῶν, καὶ τὸ μὴ παραβάλλειν τοῖς θεάτροις, καὶ τὸ ἀξιοῦν ἐν τοῖς ἱεροῖς εἶναι σεμνούς, καὶ παρὰ τούτων ἁπάντων ἡ περὶ τὰς κρίσεις ἡμῶν ἀσχολία, καὶ τὸ τῆς ἀγορᾶς εἴργειν τὴν πλεονεξίαν, ἑκόντες ὑμῖν ἐξιστάμεθα τῆς πόλεως. οὐ γάρ, οἶμαι, ῥᾴδιον ἐν γήρᾳ μεταθεμένῳ διαφυγεῖν τὸν λεγόμενον περὶ τοῦ ἰκτῖνος μῦθον. λέγεται γάρ τοι καὶ τὸν ἰκτῖνα, φωνὴν

γ. πρᾳότης
ἡκόντων.

ἔχοντα παραπλησίαν ταῖς ἄλλοις ὄρνισιν, ἐπιθέσθαι τῷ χρεμετίζειν, ὥσπερ οἱ γενναῖοι τῶν ἵππων, εἶτα τοῦ μὲν ἐπιλαθόμενον, τὸ δὲ μὴ δυνηθέντα ἑλεῖν ἱκανῶς, ἀμφοῖν στέρεσθαι, καὶ φαυλότερον εἶναι τῶν ἄλλων ὀρνίθων τὴν φωνήν. ὃ δὴ καὶ αὐτὸς εὐλαβοῦμαι παθεῖν, ἀγροικίας τε ἅμα καὶ δεξιότητος ἁμαρτεῖν. ἤδη γάρ, ὡς καὶ ὑμεῖς αὐτοὶ συνορᾶτε, πλησίον ἐσμέν, ἐθελόντων θεῶν,

Εὖτέ μοι λευκαὶ μελαίναις ἀνα-
μεμίξονται τρίχες,

ὁ Τήϊος ἔφη ποιητής. Εἶεν, ἀλλὰ τῆς ἀχαριστίας, πρὸς θεῶν καὶ Διὸς ἀγοραίου καὶ πολιούχου, ὑπόσχετε λόγον· ἠδίκησθέ τι παρ' ἐμοῦ κοινῇ πώποτε ἢ ἰδίᾳ, καὶ δίκην ὑπὲρ τούτου λαβεῖν οὐ δυνάμενοι φανερῶς, διὰ τῶν ἀναπαίστων ἡμᾶς, ὥσπερ οἱ κωμῳδοὶ τὸν Ἡρακλέα, καὶ τὸν Διόνυσον ἕλκουσι καὶ περιφέρουσιν· οὕτω δὴ καὶ ὑμεῖς ἐν ταῖς ἀγοραῖς ἐπιτρίβετε λοιδοροῦντες; ἢ τοῦ μὲν ποιεῖν τι χαλεπὸν εἰς ὑμᾶς ἀπεσχόμην, τοῦ λέγειν δὲ κακῶς οὐκ ἀπεσχόμην, ἵνα με καὶ ὑμεῖς [ἐξεβιάσθητε] διὰ τὴν αὐτὴν

vocem ſimilem haberet cæteris auibus, hinnitum inſtar equorum nobilium appetiiſſe: poſtea cùm illam amiſiſſet, neque hunc ſatis conſequi poſſet, vtroque excidiſſe, atque omnium auium poſtremam in canendo extitiſſe. Quod ne mihi accidat, valdè vereor, nempè vt ab ruſticitate & vrbanitate ſimul aberrem. Iam enim, ſicut ipſi videtis, ad id tempus peruenimus, Diis volentibus,

Quo mihi cani capilli ſociabuntur cum nigris,

vt ait Teius Poëta. Verumenimverò per Deos immortales, per Iouem fori præſidem, atque huius vrbis cuſtodem, quænam tam ingrati, tamque offenſi in nos animi cauſſa eſt? an iniuria aliqua publicè, aut priuatim à me vnquam affecti eſtis, quam cùm apertè vlciſci non poſſitis, anapæſtis in nos, ſicut Comici Dionyſium & Herculem ferunt, aguntque: ſic, inquam, vos in foro conuiciis aſſiduè in nos debacchamini? An verò me continui quidem, ne quid mali vobis facerem: à maledicto verò non continui, vt & vos iiſdem me

modis

Digitized by Google

modis vlciſcamini? Quænam eſt igitur cauſſa veſtræ in nos offenſionis atque inuidiæ? Ego enim certò ſcio nihil à me in vos commiſſum eſſe durius, aut grauius, neque priuatim in ſingulos, neque publicè in vniuerſos vllo genere maledicti: imò & laude affeci, quantum viſum eſt conuenire, & boni aliquid contuli, quantum erat æquum ei, qui pro viribus cupit de multis bene mereri. Fieri autem non poteſt, mihi credite, vt & iis qui vectigalia pendunt, omnia condonentur; & qui accipere conſueuerunt, dentur omnia. Cùm igitur videar publicas largitiones, quas regius ſumptus facere conſueuit, nihil imminuiſſe; tributa autem vobis non pauca remiſiſſe, nonne res admirabilis, atque ænigmati ſimilis videatur? Sed quæ fuerint noſtra in omnes ciues merita, nihil attinet hoc tempore referre, vt ne videar tanquam de induſtria meas laudes ore proprio commemorare, cùm præſertim contumelias & probra in me coniicere ſtatuerim: At quæ temerè, & imprudenter erga vos geſſi, quan-

ἰόντες ἀμύνησθε; τίς οὖν ὑμῖν ἐστὶν αἰτία τοῦ πρὸς ἡμᾶς προσκρούσματος καὶ τῆς ἀπεχθείας; ἐγὼ γὰρ οἶδα δεινὸν οὐδένα ὑμῶν οὐδὲν οὐδὲ ἀνήκεστον ἐργασάμενος, οὔτε ἰδίᾳ τοὺς ἄνδρας, οὔτε κοινῇ τὴν πόλιν, εἰπὼν οὐδὲν φλαῦρον· ἀλλὰ καὶ ἐπαινέσας, ὡς ἔδοξέ μοι προσήκειν, καὶ μεταδοὺς χρηστοῦ τινος, ὅσον εἰκὸς ἦν τὸν ἐπιθυμοῦντα μετὰ τοῦ δυνατοῦ πολλοὺς εὖ ποιεῖν ἀνθρώπους. ἀδύνατον δὲ εὖ ἴστε καὶ τοῖς εἰσφέρουσι συγχωρεῖν ἅπαντα, καὶ διδόναι πάντα τοῖς εἰωθόσι λαμβάνειν. ὅταν οὖν φαίνωμαι μηδὲν ἐλαττώσας τῶν δημοσίων συντάξεων, ὅσα εἴωθεν ἡ βασιλικὴ νέμειν δαπάνη· ὑμῖν δὲ ἀνεὶς τῶν εἰσφορῶν οὐκ ὀλίγα, ἆρ' οὐκ αἰνίγματι τὸ πρᾶγμα ἔοικεν; ἀλλ' ὁπόσα μὲν κοινῇ πρὸς πάντας πεποίηται τοῖς ἀρχομένοις ὑπ' ἐμοῦ, πρέποι ἂν σιωπᾶν, ἵνα μὴ δοκοίην, ὥσπερ ἐξεπίτηδες, αὐτοπρόσωπος ἐπαίνους ᾄδειν ἐμαυτοῦ, καὶ ταῦτα ἐπαγγειλάμενος πολλὰς καὶ ἀσχημονεστάτας ὕβρεις καταχέαι. τὰ δὲ ἰδίᾳ μοι πρὸς ὑμᾶς προπετῶς πεποιημένα καὶ ἀνοήτως, ἥκιστα μὲν ὑφ' ὑμῶν ἄξια ἀχαρι-

Digitized by Google

χεῖσθαι, τρέποι δ' ἂν, οἶμαι, προσφέρειν, ὥσπερ ἵνα ἐμὲ ὀνειδίζοιτε τοσούτῳ τὴν ἔμπροσθεν χαλεπώτερα, τοῦτε αὐχμοῦ τοῦ περὶ τὸ πρόσωπον, καὶ τῆς ἀναφροδισίας, ὅσῳ δὲ ἀληθέστερα ὄντα τῇ ψυχῇ μάλιστα προσήκει. καὶ δὴ πρότερον ἐπῄνουν ὑμᾶς, ὡς ἐνεδέχετό μοι φιλοτίμως, οὐκ ἀναμείνας τὴν πεῖραν, οὐδ' ὅπως ἕξομεν πρὸς ἀλλήλους ἐνθυμηθεὶς, ἀλλὰ νομίσας ὑμᾶς μὲν Ἑλλήνων παῖδας, ἐμαυτὸν δὲ, εἰ καὶ γένος μοι ἐστὶ Θρᾴκιον, Ἕλληνα τοῖς ἐπιτηδεύμασιν· ὑπελάμβανον οὖν ὅ, τι μάλιστα ἀλλήλους ἡμᾶς ἀγαπήσειν. ἓν μὲν δὴ τοῦτο ἔστω μοὶ τῆς προπετείας ὄνειδος. ἔπειτα πρεσβευσαμένοις ὑμῖν πρὸς ἐμὲ, καὶ ἀφικομένοις ὑστέροις οὐ τῶν ἄλλων μόνον, ἀλλὰ καὶ Ἀλεξανδρέων τῶν ἐπ' Αἰγύπτῳ, πολὺ μὲν αὐτίκα χρυσίον, πολὺ δ' ἀργύριον, φόρους δὲ παμπληθεῖς ἰδίᾳ παρὰ τὰς ἄλλας πόλεις, ἔπειτα τοῦ βουλευτηρίου τὸν κατάλογον διακοσίοις βουλευταῖς ἀνεπλήρωσα, φεισάμενος οὐδενός· ἐσκόπουν γὰρ, ὅπως ἡ πόλις ὑμῶν ἔσται μείζων καὶ

quam odio veſtro, vt arbitror, digna non erant: tamen non alienum fuerit proferre, quòd probra mea ſint, tantóque ſuperioribus, ſqualorem vultus dico, & Veneris odium, maiora, quanto veriora ſunt, animúmque attingunt. Ac primùm vos laudabam, quoad poteram cupidè & vehementer, cùm neque periculum veſtri feciſſem, neque quemadmodum inter vos conuenire poſſet, cogitaſſem, ſolâ hâc fretus opinione, quòd & vos genere Græci eſſetis, ego verò etſi Thrax origine, attamen vitâ & factis Græcus eſſem. Itaque ſuſpicabar fore, vt inter nos amaremus. Ergo hoc vnum temeritatis meæ vitium eſto. Deinde, cùm legatos ad me omnium poſtremi miſiſſetis, etiam Alexandrinorum, qui ſunt ad Ægyptum, tamen multùm vobis auri & argenti, multa vectigalia peculiari beneficio præter alias ciuitates remiſi: præterea Senatorum numerum ad ducentos auxi, neque vlli rei peperci: id enim vnum ſpectabam, vt maiorem, potentiorémque ciuitatem ve-

ſtram redderem. Itaque dedi vobis ex iis qui theſauros meos procurauerant, & qui nummum fecerant, locupletiſſimos, vt eis vteremini: At vos non eos qui poterant, accepiſtis; ſed occaſione captâ ea feciſtis, quæ neque à malè inſtitutâ ciuitate, neque à veſtris moribus aliena erant. Vultis vnum ex iis vobis in memoriam reuocem? Cùm Senatorem quendam nominauiſſetis, antequam numero adſcriberetur, cauſſâ adhuc dubiâ, eum accepiſtis, & aliorum quorundam hominum operâ in forum pertraxiſtis, egentem, ab omnibus derelictum, ex eorum grege, qui vobis ob ſingularem prudentiam vendunt inopem plebeculam, tenuis fortunæ hominem vobis ſocium adiunxiſtis. Atque eiuſmodi alia multa in nominando cùm peccaretis, neque omnia vobis concederemus, tùm ſuperiorum benefactorum gratiam perdidimus, tùm ob ea quæ vobis remiſimus, atque condonauimus, irati nobis eſtis. Verùm hæc & parua erant,

δυνατωτέρα. δέδωκα δὲ ὑμῖν καὶ ἀπὸ τῶν ἐπιτροπευσάντων τοὺς θησαυροὺς τοὺς ἐμούς, καὶ ἀπὸ τῶν ἐργασαμένων τὸ νόμισμα, τοὺς πλουσιωτάτους ἐλομένους ἔχειν· ὑμεῖς δ' ἐκείνων μὲν οὐ τοὺς δυναμένους εἵλεσθε, λαβόμενοι δὲ τῆς ἀφορμῆς, εἰργάσασθε παραπλήσια, πόλει μὲν οὐδαμῶς εὐνομουμένῃ, πρέποντα δ' ὑμῶν " ὅλως τοῖς τρόποις. βούλεσθε ἑνὸς ὑμᾶς ὑπομνήσω; Βουλευτὴν ὀνομάσαντες, πρὶν προσγραφῆναι τῷ καταλόγῳ, μετεώρου τῆς δίκης οὔσης, ὑπεβάλετε λειτουργίᾳ τὸν ἄνθρωπον. ἄλλον ἀπ' ἀγορᾶς εἱλκύσατε πένητα· καὶ ἐκ τῶν ἁπανταχοῦ μὲν ἀπολελυμένων, παρὰ ὑμῖν δὲ διὰ περιττὴν φρόνησιν ἀμειβομένων πρὸς χρυσίον " συρφετὸν ἀπορῶντα, μετρίας " οὐσίας εἵλεσθε κοινωνόν. πολλὰ τοιαῦτα περὶ τὰς ὀνομασίας κακουργούντων ὑμῶν, ἐπειδὴ μὴ " τὰ πρὸς ἅπαντας συνεχωρήσαμεν, ὧν τε εὖ εἰργασάμεθα τὴν χάριν ἀπεστερήθημεν, καὶ ὧν ἀπεσχόμεθα σὺν δίκῃ πρᾶξαι, παρὰ ὑμῶν δυσχεραινόμεθα. καὶ ταῦτα μὲν ἐῶ τῶν μικρῶν πάνυ,

γρ. ἄλλου.
γρ. συρφετῶν.
γρ. οὔσης.
γρ. μὴ πρὸς ἅ.

καὶ οὔπω δυνάμενα τὴν πόλιν ἐκπολεμῶσαι. τόδε δὴ μέγιστον, ἐξ οὗ τὸ μέγα ἤρθη μῖσος· ἀφικομένου μου πρὸς ὑμᾶς, ὁ δῆμος ἐν τῷ θεάτρῳ πιεζόμενος ὑπὸ τῶν πλουσίων, ἀφῆκε φωνὴν πρῶτον ταύτην· Πάντα γέμει, πάντα πολλοῦ. τῆς ἐπιούσης διελέχθην ἐγὼ τοῖς δυνατοῖς ὑμῶν, ἐπιχειρῶν πείθειν, ὅτι κρεῖττόν ἐστιν ὑπεριδόντας ἀδίκου κτήσεως, εὖ ποιῆσαι πολίτας καὶ ξένους. οἱ δὲ ἐπαγγειλάμενοι τοῦ πράγματος ἐπιμελήσεσθαι· μῆνας ἑξῆς τρεῖς ὑπεριδόντος μου καὶ περιμείναντος, οὕτως ὀλιγώρως ἔσχον τοῦ πράγματος, ὡς οὐδεὶς ἂν ἤλπισεν. ἐπεὶ δ' ἑώρων ἀληθῆ τὴν τοῦ δήμου φωνὴν, καὶ τὴν ἀγορὰν οὐχ ὑπ' ἐνδείας, ἀλλ' ὑπ' ἀπληστίας τῶν κεκτημένων στενοχωρουμένην, ἔταξα μέτριον ἑκάστου τίμημα, καὶ δῆλον ἐποίησα πᾶσιν. ἐπεὶ δ' ἦν τὰ μὲν ἄλλα πολλὰ παρ' αὐτοῖς πάνυ· καὶ γὰρ ἦν οἶνος καὶ ἔλαιον, καὶ τὰ λοιπὰ πάντα· σίτου δ' ἐνδεῶς εἶχον, ἀφορίας δεινῆς ὑπὸ τῶν ἔμπροσθεν αὐχμῶν γενομένης, ἔδοξέ μοι πέμπειν εἰς

& ad ciuitatem in nos concitandam non ſatis virium habere videbantur. Hoc autem maximum fuit, & magnæ inuidiæ argumentum: Cùm ego ad vos veniſſem, populus in theatro à diuitibus oppreſſus, vocem primùm iſtam emiſit, Omnia plena ſunt, omnia magno conſtant. Poſtero die cum veſtris diuitibus collocutus ſum, & magnoperè eis perſuadere conatus, vt ſpreto iniquo quæſtu, ciuibus atque exteris conſulere vellent. Illi rem ſe curaturos polliciti, cùm ego ſuperſediſſem eo labore, tertiúmque menſem expectaſſem, adeò negligentes fuerunt, vt nullus id ſperare potuiſſet. At ego cùm viderem populi vocem veram eſſe, neque forum inopiâ, ſed locupletum auaritiâ premi, moderatius rei cuique pretium conſtitui, atque id omnibus notum feci. Cúmque cæterarum rerum magna eſſet copia (erat enim vinum, oleum, cæteráque omnia) frumenti autem inopia, propterea quòd ſuperior anni tempeſtas paulò aridior, magnam agrorum ſterilitatem effecerat, mittendum in

Digitized by Google

Chalcidem, Hierapolin, cęteráſque finitimas vrbes putaui. Inde vobis menſurarum quadringenta millia intuli: quo conſumpto numero, primùm quinque millia, deinde ſeptem millia, poſtremò nunc decem millia modiûm, vt vos iam nominare conſueuiſtis, quod omne triticum ex Ægypto allatum ad me fuerat, domo meâ eductum ciuitati donaui, neq̀ue pro decem menſuris, ſed pro quindecim tantùm argenti, quantùm anteà pro decem accipi ſolebat, exegi. Quòd ſi tot menſuræ nomiſmate apud vos iam tùm in æſtate conſtabant, quid ſperandum erat fore tùm, cùm (vt ait Bæotius Poëta) fames ſæua eſt in ædibus? Nonne quinque menſuras vix, & perlibenter accepiſſetis, tantâ præſertim hyeme, quantâ deinceps conſecuta eſt? Cur igitur veſtri diuites frumentum, quod in agris habebant, clàm vendebant, Rempublicam autem ſuis ſumptibus vexabant? Neque verò ciuitas tantùm, ſed etiam plebs ex agris vndique confluit ad panem, cuius vnius magna eſt & copia, & vili-

Χαλκίδα, καὶ Ἱεράπολιν, καὶ πόλεις τὰς πέριξ. ἔνθεν εἰσήγαγον ὑμῖν μέτρων τετταράκοντα μυριάδας. ὡς δ' ἀνήλωτο καὶ τοῦτο, πρότερον μὲν πεντάκις χιλίους, ἑπτάκις χιλίους δ' ὕστερον, εἶτα νῦν μυρίους, οὓς ἐπιχώριόν ἐστι λοιπὸν ὀνομάζειν μοδίους, πάντα οἴκοθεν ἔχων ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου κομισθέντα μοι σῖτον, ἔδωκα τῇ πόλει, πραττόμενος ἀργύριον οὐ κατὰ δέκα μέτρα, ἀλλὰ πεντεκαίδεκα τοσοῦτον, ὅσον ἐπὶ τῶν δέκα πρότερον. εἰ δὲ τοσαῦτα μέτρα θέρους ἦν παρ' ὑμῖν τοῦ νομίσματος, τί προσδοκᾶν ἔδει τηνικαῦτα, ἡνίκα φησὶν ὁ Βοιώτιος ποιητής· χαλεπὸν γίγνεσθαι τὸν λιμὸν ἐπὶ "δώματι; ἆρ' οὐ πέντε μόγις καὶ ἀγαπητῶς, ἄλλως τε καὶ τηλικούτου χειμῶνος ἐπιγενομένου; τί οὖν ὑμῶν οἱ πλούσιοι; τὸν μὲν ἐπὶ τῶν ἀγρῶν σῖτον λάθρα ἀπέδοντο", ἐβάρυναν δὲ τὸ κοινὸν τοῖς ἰδίοις ἀναλώμασι; καὶ οὐχὶ πόλις μόνον ἐπὶ τούτῳ συρρεῖ, οἱ πλεῖστοι δὲ καὶ ἐκ τῶν ἀγρῶν συντρέχουσιν, ὃ μόνον ἐστὶν εὑρεῖν πολὺ καὶ εὐω-

γ. δρίματι

γ. πλείονος, ἐβάρησαν.

νον, ἄρτους ὠνούμενοι. καίτοι τίς μέμνηται παρ' ὑμῖν εὐθηνουμένης τῆς πόλεως πεντεκαίδεκα μέτρα σίτου πραθέντα τοῦ χρυσοῦ; ταύτης ἕνεκεν ὑμῖν ἀπηχθόμην ἐγὼ τῆς πράξεως, ὅτι τὸν οἶνον ὑμῖν οὐκ ἐπέτρεψα, καὶ τὰ λάχανα, καὶ τὰς ὀπώρας ἀποδίδοσθαι χρυσοῦ, καὶ τὸν ὑπὸ τῶν πλουσίων ἀποκεκλεισμένον ἐν ταῖς ἀποθήκαις σῖτον, ἀργυρεῖν αὖθις καὶ χρυσὸν ἐξαίφνης παρ' ὑμῶν γενέσθαι. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ αὐτὸν ἔξω τῆς πόλεως διέθεντο " καλῶς, ἐργασάμενοι τοῖς ἀνθρώποις λιμὸν δημοτῆρα βροτείων, ὡς ὁ Θεὸς ἔφη, τοὺς ταῦτα ἐπιτηδεύοντας ἐξελέγχων. ἡ πόλις δ' ἐν ἀφθονίᾳ γέγονεν ἄρτων ἕνεκα μόνον, ἄλλου δ' οὐδενός. τοῦτο συνίειν μὲν οὕτω καὶ τότε ταῦτα ποιῶν, ὅτι μὴ πᾶσιν ἀρέσκοιμι, πλὴν ἔμελεν οὐδὲν ἐμοί. τῷ γὰρ ἀδικουμένῳ πλήθει βοηθεῖν ᾤμην χρῆναι, καὶ τοῖς ἀφικνουμένοις ξένοις, ἐμοῦ τε ἕνεκα, καὶ τῶν συνόντων ἡμῖν ἀρχόντων. ἐπεὶ δ' οἶμαι, συμβαίνει τοὺς μὲν ἀπιέναι, τὴν πόλιν δ' εἶναι τὰ πρὸς ἐμὲ γνώμης μιᾶς· οἱ μὲν γὰρ μισοῦσιν, οἱ δ' ὑπ' ἐμοῦ τραφέντες " ἀχαρι-

γρ. κακῶς.

γρ. ἀχαριστοῦσιν.

tas, coëmendum. Quanquam quis vnquam veſtrûm, abundanti etiam copioſaque ciuitate, meminit quindecim tritici menſuras aureo vænire? Hanc ob cauſſam ego vobis eram inuiſus, quòd non ſum paſſus vinum, olera, & fructus autumnales auro vendi, neque frumentum à diuitibus in horrea concluſum, repentè illis in argentum & aurum conuerti. Illi enim pulchrè id extra vrbem vendiderunt, & hominibus attulêre famem vexatricem mortalium, vt Deus cecinit, huius generis homines arguens: At ciuitas pane quidem abundabat, prætereà nihil habebat. Atque id equidem iam tùm, cùm illas res agerem, proſpiciebam, nonnullis me parum gratum fore, verùm nihil ea res mihi curæ erat, quòd in animo haberem plebi oppreſſæ, & exteris qui mecum venerant, tùm meâ cauſſâ, tùm magiſtratuum qui mecum erant, opem ferre. Verùm quando ita tulit caſus, vt & illi abierint, & ciuitas in me tota conſenſerit (alij ſiquidem odio, alij à me nu-

Digitized by Google

triti, ingrato animo me proſequuntur) fatis omnia committens, ad aliam gentem & populum me confero, nihil vobis commemorans eorum, quæ ante annos decem iuſtè in vos ipſi perpetraſtis, cùm populus in locupletum domos cum clamore flammas inferret, magiſtratum necaret: viciſſimque ob hæc ipſa, quæ iratus iuſtè, ſed immoderatè geſſerat, pœnas ſuſciperet. Quam tandem igitur ob cauſſam tantoperè nobis infenſi eſtis? An quia vos domo noſtrâ alimus, quod ciuitati adhuc contigit nemini, & alimus tam liberaliter ac magnificè? An quòd numerum veſtrum auximus? An quòd fures quos deprehenderamus, minimè vlti fuimus? Vultis vnum aut alterum commemorem, ne quis fortè rhetoricum colorem fictionémque eſſe arbitretur? Agri iugerum tria millia infructuoſa eſſe dixiſtis, vobíſque concedi poſtulaſtis: cùm verò id obtinuiſtis, diuites ſoli cæteris fraudatis ea vſurpaſtis. Hoc à me inquiſitum, planè compertum eſt. Ego autem illos agros iniuſtis poſſeſſoribus ereptos, nihilque de ſupe-

σώζουσιν· ἀδραστείᾳ πάντα ἐπιτρέψας, εἰς ἄλλο ἔθνος οἰχήσομαι, καὶ δῆμον ἕτερον, οὐδὲν ὑμᾶς ὑπομνήσας, ὧν ἐνιαυτοῖς ἔμπροσθεν ἐννέα, δίκαια δρῶντες, εἰς ἀλλήλους εἰργάσασθε, φέρων μὲν ὁ δῆμος ἐπὶ τὰς οἰκίας τῶν δυνατῶν σὺν βοῇ τὴν φλόγα, καὶ ἀποκτιννὺς τὸν ἄρχοντα, δίκην δ' ἀποτίνων αὖθις ὑπὲρ τούτων, ὧν ὀργιζόμενος δικαίως ἔπραξεν, οὐκέτι μετρίως. ὑπὲρ τίνος οὖν πρὸς θεῶν ἀχαριστούμεθα; ὅτι τρέφομεν ὑμᾶς οἴκοθεν, ὃ μέχρι σήμερον ὑπῆρξεν οὐδεμιᾷ πόλει, καὶ τρέφομεν οὕτω λαμπρῶς; ὅτι τὸν κατάλογον ὑμῶν ηὐξήσαμεν; ὅτι κλέπτοντας ἑλόντες, οὐκ ἐπεξήλθομεν; ἑνὸς ἢ δύο βούλεσθε ὑμᾶς ὑπομνήσω; μή τις ὑπολάβοι σχῆμα, καὶ ῥητορείαν εἶναι καὶ προσποίησιν τὸ πρᾶγμα; Γῆς κλήρους, οἶμαι, τρισχιλίους ἔφατε ἀπόρους εἶναι, καὶ ᾐτήσασθε λαβεῖν· λαβόντες δ' ἐνείμασθε πάντες οἱ μὴ δεόμενοι τούτων. ἀνεξετασθὲν ἀνεφάνη σαφῶς. ἀφελόμενος δ' αὐτοὺς ἐγὼ τῶν ἐχόντων οὐ δικαίως, καὶ πολυπραγμονή- ἴσ. ἡμῶν.

Digitized by Google

σας οὐδὲν παρὰ τῶν ἔμπροσθεν, ὧν ἔχον ἀτελεῖς, οὓς μάλιστα ἐχρῆν ὑποτελεῖς εἶναι, τὰς βαρυτάτας ἔνειμα λειτουργίας αὐτοῖς τῆς πόλεως. καὶ νῦν ἀτελεῖς ἔχουσιν οἱ καθ' ἕκαστον ὑμῖν ἐνιαυτὸν ἱπποτροφοῦντες, γῆς κλήρους ἐγγὺς τρισχιλίους, ἐπινοίᾳ μὲν καὶ οἰκονομίᾳ τοῦ θείου τοῦ ἐμοῦ καὶ ὁμωνύμου, χάριτι δ' ἐμῇ, ὃς δὴ τοὺς πανούργους καὶ κλέπτας οὕτω κολάζων, εἰκότως ὑμῖν φαίνομαι τὸν κόσμον ἀναστρέπειν. εὖ γὰρ ἴστε ὅτι ἡ πρὸς τοὺς τοιούτους ἡ πραότης, αὔξει καὶ τρέφει τὴν ἐν τοῖς ἀνθρώποις κακίαν. Ὁ λόγος οὖν μοι καὶ ἐνταῦθα περιίσταται πάλιν εἰς ὃ παρ βούλομαι. πάντων γὰρ τῶν κακῶν ἐμαυτῷ γίνομαι αἴτιος, εἰς ἀχάριστα καταθέμενος ἤθη τὰς χάριτας. ἀνοίας οὖν ἐστὶ τῆς ἐμῆς τοῦτο, καὶ οὐ τῆς ὑμετέρας ἐλευθερίας. ἐγὼ μέντοι τὰ πρὸς ὑμᾶς, εἶναι πειράσομαι τὸ λοιπὸν συνετώτερος· ὑμῖν δὲ οἱ θεοὶ τῆς εἰς ὑμᾶς εὐνοίας καὶ τιμῆς, ἣν ἐτιμήσατε δημοσίᾳ, τὰς ἀμοιβὰς ἀποδοῖεν.

riore immunitate inquirens eorum quos vectigales maximè eſſe oportebat, grauiſſimis ciuitatis rebus adminiſtrandis attribui. Et nūc qui apud vos quotannis equos alunt, habent immunia tria propè millia iugerũ, partim patrui & cognominis mei prudentiâ, ac diligentiâ, partim meo beneficio, qui furibus, atque impoſtoribus ſic caſtigatis, iure vobis mundum videor euertere. Nam lenitas in iſtos & clementia, mihi credite, hominum improbitatem alit, & corroborat.

Quamobrem ad id ipſum quod volebam, iam redit oratio mea. Omnium etenim malorum ipſe mihi author ſum, cùm in animos ingratos beneficia mea contulerim. Meæ igitur ſtultitiæ, non veſtræ libertati hoc attribuendum eſt. Quapropter ego deinceps apud vos prudentior cautiorque eſſe nitar: vobis verò pro honore & beneuolentia, quam mihi publicè tribuiſtis, Dij parem gratiam retribuant.

ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ

Digitized by Google

ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ
ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

IVLIANI IMP.
EPISTOLAE.

Interprete PETRO MARTINIO.

I.

EGo te iamdudum ad Nilum veniſſe arbitrabar. Atq; illud perſæpè memoriâ repetens, quod dicere conſueui, O fortunatos Ægyptios, aiebam, qui Nilum habeant iampridem omnium rerum præbitorem, quas is afferre ſolet: ſed nunc multò beatiores, qui Muſis tuis præterea fruantur, nihil infe-

α.

ΕΓΩ μὲν ᾤμην σε τὸν Νεῖλον πάλαι κατειληφέναι. καὶ πολλάκις εἰς μνήμην λαμβάνων τοῦτο δὴ τὸ εἰωθὸς ἐμοί, ὡς εὐδαίμονες, ἔλεγον, τῶν Αἰγυπτίων οἱ παῖδες, πάλαι μὲν τὸν Νεῖλον ἔχοντες χορηγὸν τῶν ὅσα φέρειν οἶδεν ἐκεῖνος· νυνὶ δὲ καὶ τὴν σὴν μοῦσαν προσειληφότες οὐδὲν ἀτιμοτέραν τοῦ

Νείλου, πρὸς ἐμοὶ δὲ κριτῇ τάχα καὶ μείζω. ὁ γὰρ τὴν χώραν αὐτῶν ἐπιῤῥέων πλουτεῖν ἐπιτρέπει· σὺ δὲ τῶν νέων ψυχαῖς τὴν γλῶτταν ἐπαφιεὶς, ἐπὶ τὸν τῆς ἐπιστήμης πλοῦτον ἰθύνεις, οὐδὲν ἔλαττον ἢ πάλαι Πυθαγόρας αὐτοῖς ἐπιδημῶν, καὶ μετ' ἐκεῖνον Πλάτων. ταῦτα μὲν ἐλογιζόμην· σὺ δὲ οὐ μακρὰν ἀπέχων ἐλάνθανες. ὡς δὲ ἧκεν ὁ τὴν ἐπιστολὴν ἐπιδοὺς, τὸ μὲν πρῶτον θαυμάζων, ἀπάτην ἡγούμην τὸ πρᾶγμα, καὶ οὐκ ἐπειθόμην τοῖς ὀφθαλμοῖς. ὡς δὲ τοῖς γεγραμμένοις ἐντυχὼν, ἐπείσθην μὴ ἂν ἄλλου τὰς χάριτας, ἥσθην πῶς δοκεῖς; ἐγγυτέρας γὰρ αὐτὰς ἐμοὶ τοῦ σε πάλιν ἰδεῖν ἡγούμην ἐλπίδας, καὶ συνέχαιρον εἰκότως, εἰ τὴν σὴν πατρίδα ζηλωτὴν μικρὸν γοῦν ἀπέφηνας χρόνον. σὺ δέ μοι δοκεῖς αὐτῆς παίζων κατηγορεῖν. ὅτι μὲν γὰρ τὸν ὑπὲρ κεφαλῆς ἀέρα οἷον ἔφης εἶναι συμβαίνει, καὶ ὡς τὸ ὕδωρ πίνοντας εἰς μνήμην ἄγει θαλάττης, καὶ ἄρτος ὑμῖν ἐκ κριθῆς ἥκει

rioribus Nilo, vel (vt ego ſentio) fortaſſis etiam maioribus. Ille enim terram eorum irrigando diuites eos efficit: tu verò linguâ tuâ mentes adoleſcentum excitando, ad veras opes ſapientiæ dirigis, non minus quàm olim Pythagoras, cùm ad eos ſe contulit, & poſt eum Plato. Ergo hæc mecum tacitus diſſerebam, cùm tu intereà non longè abſens, nos lateres. Itaque vt mihi allatæ ſunt literæ tuæ, primùm mirabar, dolúmque eſſe ſuſpicabar, neque ſatis meis oculis credebam: poſtea verò cùm literas perlegiſſem, tantámque ſuauitatem orationis non poſſe ab alio quàm te prodire intelligerem, quantâ me affectum lætitiâ fuiſſe putas? Videbam enim ſpem tui aduentus appropinquare, ſanéque pro eo, ac debebam, lætabar: quòd patriam tuam ad tempus certè aliquod optabilem velles oſtendere. Quam tu quidem ludens mihi videris accuſare. Quãuis enim negare non poſſim cælum tale eſſe, quale prædicas, & aquam bibentibus maritimam videri, & panes ferè hordeaceos eò

afferri (quæ tu omnia, charitate patriæ impeditus, verbis non exaggeraſti) attamen, heus vir optime, gratia eſt habenda huic, quæ tuum animum ad Philoſophiam excoluit. Vide vt aliquando Ægyptiorum delicias contemnere videare. Sapientem illum Vlyſſem, cùm paruam & aſperam, denique Ithacam inſulam incoleret, tamen neque Calypſo, neque melioris naturæ commutatio inducere potuit, vt Ithacam hiſce omnibus non anteponeret. Sed neque Spartiates ille, opinor, cùm domeſticum victum recordaretur, Spartam accuſauit. Verùm ſcio quæ te res ad accuſandum incitet. Pecuniæ cupidus es, ô bone, cúmque tantillum à lucro abes, heu, heu exclamas, & Nilum opéſque illinc manantes requiris. Hæc res te, ſicuti ais, hoſpitem facit, & vt corpore ſis nihilo elegantiore quàm Chærephon. Credo autem te à Nympha quapiam amica detineri, tandémque ægrè quantas vires amor habeat, ſentire. Sed hæc ſicuti Veneri libitum fuerit, ita ſunto. Tu intereà valebis,

μεμυημένος, καὶ οὐκ ἀρνηθεῖσαν καὶ ἔλαττον ἐξαγγώδηταί σοι ταῦτα φειδοῖ τῆς πατρίδος· ἀλλ' ὅμως, ὦ βέλτιστε, χάριν ἔχειν ἐκείνῃ εἰδέναι ταύτῃ πρὸς φιλοσοφίαν ἀσκούσῃ τὴν γνώμην. ὅπως δὴ εἰδείης ποτὲ τρυφῆς Αἰγυπτίας ὑπερορᾶν. Ὀδυσσέα δὲ τὸν σοφὸν, νῆσον οἰκοῦντα μικρὰν ὁμοῦ καὶ τραχεῖαν· καὶ τί γὰρ ἄλλο ἢ τὴν Ἰθάκην; οὔτε Καλυψὼ πέπεικεν, οὔτε φύσεως ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβολὴ, τὸ μὴ τὴν Ἰθάκην ἀντὶ τούτων αἱρεῖσθαι· ἀλλ' οὐδὲ Σπαρτιάτης, οἶμαι, τὴν οἴκοι δίαιταν ἐννοῶν, τὴν Σπάρτην ἐμέμψατο. ἀλλ' οἶδα πόθεν ποτὲ κατηγορεῖν ἐπήρθης. φιλοχρημάτως ἔχεις, ὦ λῷστε, εἶτα βραχύ τι τοῦ λήμματος ἀποστὰς, ἰοὺ ἰοὺ βοᾷς, καὶ τὸν Νεῖλον πολλάκις, καὶ τὸν ἐκεῖθεν πλοῦτον ἀνακαλεῖς. τοῦτό που σε ξένον, ὡς αὐτὸς ἔφης, ποιεῖ, καὶ τὸ σῶμα τοῦ Χαιρεφῶντος οὐδὲν ἀστειότερον ἔχειν. οἶμαι δέ σε καὶ νύμφης ἐρωτικῆς περιέχεσθαι, καὶ πειρᾶσθαι μόλις ὁπόσα δύναται πόθος. ἀλλὰ γένοιτο ταῦθ' οὕτως, ὅπως Ἀφροδίτῃ φίλον. Ἐρρώσῃ καὶ ἔρρωσο,

Od. α. ι.

καί σε θᾶττον προσείποιμι, τὸν παίδων πατέρα.

atque vtinam breui te, & quidem prolis parentem, ſalutemus.

Προαιρεσίῳ.

β.

ΤΙ δὲ οὐκ ἔμελλον ἐγὼ Προαιρέσιον τὸν καλὸν προσαγορεύειν; ἄνδρα ἐφιέντα τοῖς λόγοις, ὥσπερ οἱ ποταμοὶ τοῖς πεδίοις ἐφ' ἅπασι τὰ ῥεύματα; καὶ ζηλοῦντα τὸν Περικλέα κατὰ τοὺς λόγους, ἔξω τοῦ συνταράττειν καὶ συγκυκᾷν τὴν Ἑλλάδα; θαυμάζειν δ' οὐ χρὴ, τὴν λακωνικὴν εἰ πρὸς σὲ βραχυλογίαν μιμησαίμην. ὑμῖν γὰρ πρέπει τοῖς σοφοῖς μακροὺς, καὶ μεγάλους ποιεῖσθαι λόγους· ἡμῖν δὲ ἀρκεῖ καὶ τὰ βραχέα πρὸς ὑμᾶς. ἴσθι δὴ τά μοι πολλὰ πανταχόθεν κύκλῳ πράγματα ἐπιρρεῖν. τὰς αἰτίας, εἰ μὲν ἱστορίαν γράφεις, ἀκριβέστατα ἀπαγγέλλω σοι, δοὺς τὰς ἐπιστολὰς ἀποδείξεις ἐγγράφους. Εἰ δ' ἔγνωκας ταῖς μελέταις, καὶ τοῖς γυμνάσμασιν εἰς τέλος ἄχρι γήρως προσκαρτερεῖν, οὐδὲν ἴσως μου τὴν σιωπὴν μέμψῃ.

Prohæresio.

II.

CVr ego Prohæreſium optimum virum non ſalutabo? hominem ita in dicendo copioſum & abundantem, vt flumina cùm in patentes campos influunt? hominem Pericli omninò parem eloquentiâ, niſi quòd Græciam non permiſcet? Noli autem mirari, quòd Laconicæ orationis breuitatem erga te imitatus fuerim. Vos enim magnos & ſapientes homines decet copioſâ & magnificâ oratione vti: nobis ſatis eſt, ſi pauca ad vos ſcribamus. Scio igitur res noſtras in magna varietate ac viciſſitudine verſari: cauſſas, ſi quidem hiſtoriam cogitas, accuratiſſimè tibi expono, cùm epiſtolas tanquam demonſtrationes ſcriptas ad te mitto. Sin autem te oratoriis ſtudiis & exercitationibus ad extremam vſque ſenectutem conſumere ſtatuis, nihil fortaſſe meum ſilentium accuſabis.

LIBANIO.

III.

QVandoquidem promiſiſſi tui oblitus es (tertius enim hic dies eſt, neque Priſcus Philoſophus venit, ſed literas miſit tanquam adhuc moraturus) reuoco tibi in memoriam debitum flagitando. Eſt autem, vt ſcis, eiuſmodi, vt & tibi facile ſit perſoluere, & mihi periucundum accipere. Mitte itaque orationem illam vnáque ſacrum illud conſilium, ſed per Mercurium & Muſas, mitte celeriter. Sed & me ſcito tribus his diebus valde abs te conſumptum eſſe, ſi quidem verè ait Poëta Siculus, Vno die amantes conſeneſcere. Quòd ſi ita eſt, vt certè eſt, ſenectutem iam nobis, vir egregie, triplicaſti. Hæc ad te dictaui occupatus. Scribere enim ipſe non poteram, quod manum linguâ tardiorem habebam. Quin & lingua ipſa tardior iam eſt, quòd eam iam diù non exercuerim. Vale, frater ſuauiſſime, & chariſſime.

Λιβανίῳ.

γ.

Ἐπειδὴ τῆς ὑποσχέσεως ἐπελάθου· τρίτη γοῦν ἐστὶ σήμερον, καὶ ὁ φιλόσοφος Πρίσκος αὐτὸς μὲν οὐχ ἧκε, γράμματα δ᾽ ἀπέστελεν ὡς ἔτι χρονίζων. ὑπομιμνήσκω σε τὸ χρέος ἀπαιτῶν. ὄφλημα δέ ἐστιν, ὡς οἶσθα, σοὶ μὲν ἀποδοῦναι ῥᾴδιον, ἐμοὶ δὲ ἥδιστον πάνυ κομίσασθαι. πέμπε δὴ τὸν λόγον, καὶ τὴν ἱερὰν συμβουλήν, ἀλλὰ πρὸς Ἑρμοῦ καὶ Μούσης, ταχέως. ἀλλὰ καὶ τούτων με τῶν τριῶν ἡμερῶν ἴσθι συντρίψας, εἴπερ ἀληθῆ φησιν ὁ Σικελιώτης ποιητής, ἐν ἤματι φάσκων τοὺς ποθοῦντας γηράσκειν. εἰ δὲ ταῦτά ἐστιν, ὥσπερ οὖν ἐστί, τὸ γῆρας ἡμῖν ἐτριπλασίασας, ὦ γενναῖε. ταῦτα μεταξὺ τοῦ πράττειν ὑπηγόρευσά σοι. γράφειν γὰρ οὐχ οἷός τε ἤμην, ἀργοτέραν ἔχων τῆς γλώττης τὴν χεῖρα. καί μοι καὶ τὴν γλῶτταν εἶναι συμβέβηκεν ἀπὸ τῆς ἀνασκησίας ἀργοτέραν καὶ ἀδιάρθρωτον. ἔρρωσό μοι ἀδελφὲ ποθεινότατε, καὶ προσφιλέστατε.

Ἀριστομένει φιλοσόφῳ.

δ.

Ἆρά γε χρὴ περιμένειν κλῆσιν; καὶ τὸ ἀεὶ προθυμᾶν μηδαμοῦ; ἀλλ᾽ ὅρα μὴ χαλεπὴν ταύτην εἰσαγάγωμεν τὴν νομοθεσίαν, εἰ ταὐτὰ χρὴ παρὰ τῶν φίλων περιμένειν, ὅσα καὶ παρὰ τῶν ἁπλῶν, καὶ ὡς ἔτυχε γνωρίμων. ἀπορήσει τις ἐνταῦθα· πῶς δὲ οὐκ εἰδότες ἀλλήλους, ἐσμὲν φίλοι; πῶς δὲ τοῖς πρὸ χιλίων ἐτῶν γεγονόσι, καὶ ναὶ μὰ Δία δισχιλίων; ὅτι σπουδαῖοι πάντες ἦσαν, καὶ τῶν ἔμπροσθεν καλοί τε κἀγαθοί. ἐπιθυμοῦμεν δὲ καὶ ἡμεῖς εἶναι τοιοῦτοι. εἰ καὶ τοῦ εἶναι, τόγε εἰς ἐμὲ, πάμπληθες ἀπολειπόμεθα. πλὴν ἀλλ᾽ ἥγε ἐπιθυμία τάττει πως ἡμᾶς εἰς τὴν αὐτὴν ἐκείνοις μερίδα. καὶ τί τοιαῦτα ἐγὼ ληρῶ μακρότερον; εἴτε γὰρ ἄκλητον εἶναι χρὴ, ἥξεις δήπουθεν· εἴτε καὶ κλῆσιν περιμένεις, ἰδού σοι καὶ παράκλησις ἥκει παρ᾽ ἡμῶν. ἔντυχε οὖν ἡμῖν περὶ τὰ τοιαῦτα πρὸς Διὸς ξενίου. δεῖξον ἡμῖν ἄνδρα ἐν Καππαδόκαις καθαρῶς Ἕλληνα. τέως γὰρ τοὺς μὲν οὐ βουλο-

ARISTOMENI *Philoſopho.*

IV.

AN verò expectandum eſt, dum vocêre? an priorem officio atque amicitiâ certare, prorſus iam extinctum eſt? Vide ne iniquam legem in amicitiam inducamus, ſi ab amicis eadem expectare conueniat, quæ vulgò à quibuſlibet familiaribus expectâtur. Quæret aliquis, quemadmodum amici ſimus, cùm ne de facie quidem inter nos nouerimus. At ego viciſſim quæro, quî fit vt eos qui mille annos, imò etiam bis millenos anteà fuerunt, diligamus? Nempe quia boni viri erant. Et nos ſanè tales eſſe volumus: Ac tametſi quod ad me attinet, multùm ab eo abſumus, vt tales ſimus, voluntate certè proximè accedimus. Verùm quid pluribus tempus conſumo? ſi inuocatum venire oportet, venies: ſin vocem expectas, habes adhortationem meam. Quocirca per Iouem hoſpitalem te oro, vt ad nos quamprimùm venias, hominémque inter Cappadocas verè Grecum oſtendas. Nam adhuc quidem inuitos non-

Digitized by Google

nullos, volentes paucos, ſed inſcientes ſacrificare video.

IVLIANVS THEODORÆ *plurimùm obſeruandæ.*

V.

LIbros omnes, quos ad me miſiſti, cum epiſtolis perlibẽter accepi, à Mygdonio viro optimo mihi redditos. Et cùm otij vix quicquam haberem (Dij enim ſciunt nihil me verbis minuere) hæc ad te reſcripſi. Tu verò da operam vt valeas, & ſemper ad nos tales literas mittas.

ECDICIO PRÆFECTO *Ægypti.*

VI.

ETſi nihil de cæteris ſcribis, attamen de illo Deorum hoſte Athanaſio ſcribere certè debuiſti, præſertim cùm præclara noſtra decreta multò antè audiuiſſes. Teſtor magnum Sarapin, niſi ante Calendas Decembres inimicus Deorum Athanaſius ex ea vrbe, vel potiùs ex vniuerſa Ægypto diſceſſerit, centum auri pondo cohortem, quæ tibi paret, multatum iri. Scis autem quàm ſim lentus ad condemnandum, & quantò lentior,

μένους, ὀλίγους δέ τινας ἐθέλοντας μὲν, οὐκ εἰδότας δὲ, θύειν ὁρῶ.

Ἰουλ. Θεοδώρᾳ τῇ αἰδεσιμωτάτῃ.

ε.

ΤΑ πεμφθέντα παρά σου βιβλία πάντα ὑπεδεξάμην, καὶ τὰς ἐπιστολὰς ἄσμενος διὰ τοῦ βελτίστου Μυγδονίου. καὶ μόγις ἄγων σχολὴν· ὡς ἴσασιν οἱ θεοὶ οὐ κακιζομένῳ λόγῳ· ταῦτ' ἀντέγραψα πρός σε. σὺ δὲ εὖ πράττοις, καὶ γράφοις ἀεὶ τοιαῦτα.

Ἐκδικίῳ ἐπάρχῳ Αἰγύπτου.

ϛ.

ΕΙ καὶ τῶν ἄλλων ἕνεκα μὴ γράφεις ἡμῖν, ἀλλ' ὑπέρ γε τοῦ τοῖς θεοῖς ἐχθροῦ ἐχρῆν σε γράφειν Ἀθανασίου· καὶ ταῦτα πρὸ πλείονος ἤδη χρόνου τὰ καλῶς ἡμῖν ἐγνωσμένα πεπυσμένον. ὄμνυμι δὲ τὸν μέγαν Σάραπιν, ὡς εἰ μὴ πρὸ τῶν Δεκεμβρείων Καλανδῶν ὁ θεοῖς ἐχθρὸς Ἀθανάσιος ἐξέλθοι ἐκείνης, μᾶλλον δὲ πάσης τῆς Αἰγύπτου, τῇ ὑπακουούσῃ σοι τάξει προστιμήσαιμι χρυσοῦ λίτρας ἑκατόν. οἶσθα δὲ πῶς εἰμί, βραδὺς μὲν εἰς τὸ καταγνῶναι,

Digitized by Google

πολλῷ δ' ἔτι βραδύτερος εἰς τὸ ἅπαξ καταγνοὺς ἀφεῖναι. καὶ τῇ " αὐτοῦ χειρὶ πάνυ με λυπεῖ τὸ καταφρονεῖσθαι τοὺς θεοὺς πάντας. οὐδὲν οὕτως ἴδοιμι, μᾶλλον δ' ἀκούσαιμι μηδενὸς παρὰ σοῦ πραχθέντος, ὡς Ἀθανάσιον ἐξεληλαμένον τῶν τῆς Αἰγύπτου τόπων, τὸν μιαρὸν, ὃς ἐτόλμησεν Ἑλληνίδας ἐπ' ἐμοῦ γυναῖκας τῶν ἐπισήμων βαπτίσαι, διώκεσθαι.

γ. αὐτῇ.

postquam condemnaui, ad ignoſcendum. Permihi moleſtum eſt, eius operâ Deos omnes contemni. Equidem ex tuis factis nullum libentius videro, imò audiero, quàm Athanaſium illum ſceleſtum ex omnibus Ægypti locis pulſum eſſe: qui auſus eſt in meo regno fœminas Græcorum illuſtres ad baptiſmum impellere.

Ἀρταβίῳ.

ζ.

Ἐγὼ νὴ τοὺς θεοὺς, οὔτε κλείνεσθαι τοὺς Γαλιλαίους, οὔτε τύπτεσθαι παρὰ τὸ δίκαιον, οὔτε ἄλλο τι πάσχειν κακὸν βούλομαι· προτιμᾶσθαι μέντοι τοὺς θεοσεβεῖς, καὶ πάνυ φημὶ δεῖν. διὰ γὰρ τὴν Γαλιλαίων μωρίαν, ὀλίγου δεῖν, ἅπαντα ἀνετράπη, διὰ δὲ τὴν τῶν θεῶν εὐμένειαν σωζόμεθα πάντες. ὅθεν χρὴ τιμᾶν τοὺς θεοὺς, καὶ τοὺς θεοσεβεῖς ἄνδρας τε καὶ πόλεις.

ARTABIO.

VII.

EGo per Deos, neque interfici Galilæos, neque cædi præter ius & æquum, neque moleſtiæ quicquam perpeti volo: ſed tamen iis pios & ſanctos viros præferendos eſſe vel maximè cenſeo. Etenim Galilæorum amentia propemodum omnia afflixit ac perdidit, cùm Deorum beneuolentiâ omnes ſalui ſimus. Quare tùm Deos colere, tùm pios, & viros, & populos honorare debemus.

Γεωργίῳ.

η.

Ἦλθες Τηλέμαχε, φησὶ τὸ ἔπος· ἐγὼ δέ σε καὶ εἶδον ἤδη τοῖς γράμμασι, καὶ τῆς ἱερᾶς σοῦ ψυχῆς τὴν εἰκόνα,

GEORGIO.

VIII.

IN verſu illo ſcis eſſe, Veniſti, mi Telemache. At ego te & vidi iam in literis, & tuæ diuinæ mentis imaginem,

ginem, quaſi magni cuiuſdam ſigni effigiem paruo ſigillo expreſſi. Licet enim multa in re parua oſtendere. Sapiens ille Phidias non ex ea ſolùm imagine, quæ in Olympiis eſt, aut Athenis notus erat, verumetiã quòd in exigua ſculptura magnæ artis opus incluſerat. Talem aiunt eius cicadam & apem fuiſſe, ac ſi vis, muſcam: quorum vnumquodque licet naturâ æreum finxit, ars tamen vitâ atque animâ ornauit. Verùm in iis paruitas fortaſſe animantium artis induſtriæ ſpeciem veritatis contulit: At tu, ſi placet, Alexandrum ex equo venantem intuere, cuius magnitudo digiti in manu vnguem non ſuperat, & tamen adeò mirabili eſt artificio expreſſus, vt Alexander quidem & beluam feriat, & ſpectatori terrorem vultu incutiat: equus verò in extrema pedum baſi conſiſtere recuſans, dum motionis ſenſum tanquam ſurripit, arte tamen moueatur. Hoc ipſum, tu vir egregie, paulò antè apud nos feciſti. Nam vt in Mercurij facundi ſtadiis toties iam victor & coronatus, mirabilem in

καθάπερ ὀλίγῃ σφραγῖδι μεγάλου χαρακτῆρος τύπον ἀνεμαξάμην. ἔστι γὰρ ἐν ὀλίγῳ πολλὰ διαδηλῶσαι. ἐπεὶ καὶ Φειδίας ὁ σοφὸς οὐκ ἐκ τῆς Ὀλυμπίασι μόνον ἢ Ἀθήνησιν εἰκόνος ἐγνωρίζετο, ἀλλ' ἤδη καὶ μικρῷ γλύμματι μεγάλης τέχνης ἔργον " ἐγκλεῖσαι. οἷον δὴ τὸν τέτ- f. ἐγκλείσας
τιγά φασιν αὐτὸν, καὶ τὴν μέλιτταν· εἰ δὲ βούλει καὶ τὴν μυῖαν εἶτα. ὧν ἕκαστον εἰ καὶ τῇ φύσει κεχάλκωται, τῇ τέχνῃ ἐψύχωται. ἀλλ' ἐν ἐκείνοις μὲν ἴσως αὐτοῦ καὶ ἡ σμικρότης τῶν ζώων, εἰς τὸν κατὰ λόγον τέχνην τὸ εἰκὸς ἐχαρίζετο. σὺ δ' ἀλλὰ τὸν ἐφ' ἵππου θηρῶντα Ἀλέξανδρον, εἰ δοκεῖ, σκόπει, οὗ τὸ μέτρον ἐστὶ πᾶν, ὄνυχος δακτύλου χειρὸς οὐ μεῖζον. οὕτω δὲ ἐφ' ἑκάστου " τὸ θαῦμα τῆς τέχνης ἔ- Deeſt τὸ θαῦμα in
χεται, ὥστε ὁ μὲν Ἀλέξανδρος vet. Cod.
ἤδη τὸ θηρίον βάλλει, καὶ τὸν θεατὴν φοβεῖ, δι' ὅλου δυσωπῶν τοῦ σχήματος. ὁ δὲ ἵππος ἐν ἄκρᾳ τῶν ποδῶν τῇ βάσει τὴν στάσιν φεύγων, ἐν τῇ τῆς ἐνεργείας κλοπῇ, τῇ τέχνῃ κινεῖται. ὃ δὴ καὶ αὐτὸς ἡμῖν, ὦ γενναῖε, ἐποίησας. ὥσπερ γὰρ ἐν Ἑρμοῦ λογίου σταδίοις ἄθλων πολλάκις τὸν

Digitized by Google

δρόμου στεφανωθεὶς ἤδη, δι᾽ ὧν ἐν ὀλίγοις γράφεις, τῆς ἀρετῆς τὸ ἄκρον ἐμφαίνεις· καὶ τῷ ὄντι τὸν Ὀδυσσέα τοῦ Ὁμήρου ζηλοῖς, ὅστις καὶ μόνον εἰπὼν ἤρκει τοὺς Φαίακας ἐκπλῆξαι. εἰ δή τι καὶ παρ᾽ ἡμῶν τοῦ κατά σε φιλικοῦ δέῃ, φθόνος οὐδείς. πάντως που καὶ παρὰ τῶν ἡττόνων εἴη τι χρηστόν, ὁ μῦς τὸν λέοντα τῷ μισθῷ σώσας, ἀποχρώντως δείκνυσι.

paucis his ſcriptis virtutem tuam demonſtras: veréque Homericum Vlyſſem imitaris, qui tantùm dicendo Phæacas perterruit, ac conturbauit. Quamobrem ſi noſtra amicitia tibi vſui eſſe poſſit, præſtò ea tibi erit cùm voles. Omninò amicitiam quoque infimorum vtilem eſſe docet mus, qui leoni mercedis loco ſalutem attulit.

Ἐκδικίῳ ὑπάρχῳ Αἰγύπτου.

θ.

Ἄλλοι μὲν ἵππων, ἄλλοι δὲ ὀρνέων, ἄλλοι θηρίων ἐρῶσιν. ἐμοὶ δὲ βιβλίων κτήσεως ἐκ παιδαρίου δεινὸς ἐντέτηκε πόθος. ἄτοπον οὖν, εἰ ταῦτα περιίδοιμι σφετερισαμένοις ἀνθρώποις, οἷς οὐκ ἀρκεῖ τὸ χρυσίον μόνον ἀποπλῆσαι τὸν πολὺν ἔρωτα τοῦ πλούτου· πρὸς δὲ καὶ ταῦτα ὑφαιρεῖσθαι ῥᾳδίως ἐπιδιανοουμένοις. ταύτην οὖν μοι ἰδιωτικὴν δὸς χάριν, ὅπως ἂν εὑρεθείη πάντα τὰ Γεωργίου βιβλία. πολλὰ μὲν γὰρ ἦν φιλόσοφα παρ᾽ αὐτῷ, πολλὰ δὲ ῥητορικά, πολλὰ δὲ ἦν καὶ τῆς τῶν Γαλιλαίων διδασκαλίας δυσσεβῶν· ἃ βουλοίμην μὲν ἠφανίσθαι πάντη. τοῦ δὲ μὴ σὺν

Ecdicio Præfecto Ægypti.

IX.

Qvidam equis, alij auibus, nonnulli feris delectantur: ego verò inde vſque à pueritia librorum cupiditate arſi. Quare abſurdum eſt, has opes iis relinquere, quorum auaritia nequit auro expleri, præſertim cùm facilè videar eas illis poſſe detrahere. Quocirca hoc mihi priuatim beneficium dabis, vt Georgij ſcripta omnia reperienda cures. Multa erant apud illum Philoſophica, multa Rhetorica, multa de impiorum Galilæorum doctrina: quæ velim penitùs extincta eſſe, ſed ne

Digitized by Google

eum his illa quoque pereant, omnia diligenter exquiri volo. Dux autem tibi eſto ad inquirendum Librarius ipſius Georgij, qui ſi fideliter in eam curam incubuerit, præmium ſibi libertatem eſſe ſciat: Sin autem malitioſè & aſtutè rem geſſerit, quæſtionem de ſe habitum iri. Georgij porrò libros ego noui. Mihi enim cùm in Cappadocia eſſem, etſi non omnes, at quoſdam deſcribendos dedit, quos ad eum poſteà remiſi.

τούτοις ἀφαιρεθῆναι τὰ χρησιμώτερα, ζητείσθω κἀκεῖνα μετ᾽ ἀκριβείας ἅπαντα. ἡγεμὼν δὲ τῆς ζητήσεως ἔστω σοι ταύτης ὁ Νοτάριος Γεωργίου. ὃς μετὰ πίστεως ἀνιχνεύσας αὐτά, γέρως ἴστω τευξόμενος ἐλευθερίας· Εἰ δ᾽ ἄλλως πως γένοιτο κακοῦργος περὶ τὸ πρᾶγμα, βασάνων εἰς πεῖραν ἥξων. ἐπίσταμαι δὲ ἐγὼ τὰ Γεωργίου βιβλία· καὶ εἰ μὴ πάντα, πολλὰ μέντοι μετέδωκέ μοι περὶ τὴν Καππαδοκίαν, ὄντι πρὸς μεταγραφῆναι, καὶ ταῦτα ἔλαβε πάλιν.

IMPERATOR CÆSAR *Iulianus, Maximus, Auguſtus, populo Alexandrino.*

x.

Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Ἰουλιανός, μέγιστος, σέβαστος, Ἀλεξανδρέων τῷ δήμῳ.

ι.

SI nihil vos Alexander conditor, ac potiùs Deus ille magnus ſanctiſſimus Sarapis commouet, attamen patriæ, humanitatis, officij ratio nonne debuit, ac potuit commouere? addo etiam noſtri: quos cùm Dij omnes, tùm verò imprimis magnus Sarapis, totius orbis imperio præfecerunt: quorum intererat de iniuria vobis facta cognoſcere. Ve-

ΕΙ μὴ τὸν Ἀλέξανδρον τὸν οἰκιστὴν ὑμῶν, καὶ πρό γε τούτου τὸν θεὸν μέγαν τὸν ἁγιώτατον Σάραπιν αἰδεῖσθε, τοῦ κοινοῦ γοῦν ὑμᾶς καὶ ἀνθρωπίνου, καὶ πρέποντος πῶς οὐκ εἰσῆλθε λόγος οὐδείς; προσθήσω δὲ ὅτι καὶ ἡμῶν, οὓς οἱ θεοὶ πάντες, ἐν πρώτοις δὲ ὁ μέγας Σάραπις, ἄρχειν ἐδικαίωσαν τῆς οἰκουμένης, οἷς πρέπον ἦν τὴν παρὰ τῶν ἠδικηκότων ὑμᾶς φυλάξαι διάγνωσιν.

Digitized by Google

ἀλλ' ὀργὴ τυχὸν ἴσως ὑμᾶς ἐξηπάτησε καὶ "θυμός, ὅσπερ οὖν εἴωθε τὰ δεινὰ πράττειν, τὰς φρένας μετοικίσας· εἶτα τῆς ὁρμῆς ἀναστείλας, τὸ παραχρῆμα βεβουλευμένης κακῶς ὕστερον ἐπήγαγε τὴν παρανομίαν. οὐδὲ ᾐδέσθητε δῆμος ὄντες τολμῆσαι ταῦτα, ἐφ' οἷς ἐκείνους ἐμισήσατε δικαίως. εἴπατε γάρ μοι πρὸς τοῦ Σαράπιδος, ὑπὲρ ποίων ἀδικημάτων ἐχαλεπήνατε Γεωργίῳ, τὸν μακαριώτατον Κωνστάντιον ἐρεῖτε δήπουθεν, ὅτι καθ' ὑμῶν παρώξυνεν, εἶτα εἰσήγαγεν εἰς τὴν ἱερὰν πόλιν στρατόπεδον, καὶ κατέλαβεν ὁ βασιλεὺς τῆς Αἰγύπτου τὸ ἁγιώτατον τοῦ Θεοῦ τέμενος," ἀποσύλας ἐκεῖθεν εἰκόνας καὶ ἀναθήματα, καὶ τὸν ἐν τοῖς ἱεροῖς κόσμον. ὑμῶν δὲ ἀγανακτούντων εἰκότως, καὶ πειρωμένων ἀμύνειν τῷ Θεῷ, μᾶλλον δὲ τοῖς τοῦ Θεοῦ κτήμασιν· ὁ δ' ἐτόλμησεν ὑμῖν ἐπιπέμψαι τοὺς ὁπλίτας, ἀδίκως καὶ παρανόμως, καὶ ἀσεβῶς, ἴσως Γεώργιον μᾶλλον, ἢ τὸν Κωνστάντιον δεδιώς, ἑαυτὸν παρεφύλαττεν, εἰ μετριώτερον ὑμῖν καὶ πολιτικώτερον, ἀλλὰ μὴ τυραννικώτερον πόρρωθεν προσεφέρετο.

Sumptū è ſenariolo quodam Melāchij poëtæ, cuius meminit Plutar. περὶ ἀοργησ.

f. ἀποσύρας.

rùm iracundia vos fortaſſe decepit, & furor qui atrociſſima quæque ſolet committere, vbi mentem domicilio ſuo exturbauit: deinde repentino impetu elatus, nefarium facinus induxit. Neque veriti eſtis, cùm plebs eſſetis, eadem committere, quæ in illis meritò reprehendebatis. Etenim per Sarapin, dicite mihi, quæ tandem Georgij crimina vos in illum incitarunt? Reſpondebitis, arbitror, quoniam in vos Conſtantium accenderit: deinde exercitum in ſacram vrbem adduxerit: tùm Rex ſanctiſſimum in Ægypto Dei templum cœperit; ſtatuas, & donaria, & ornatum omnem diripuerit: cúmque vos meritò iraſceremini, & Deo, vel Dei potiùs opibus ſuccurreretis, ille ſummâ iniquitate, ſcelere, impietatéque vſus, armatos immiſerit, magis fortaſſe Georgium quàm Conſtantium veritus, ſi ſeipſum erga vos modeſtè ac ciuiliter gereret, neque tyrannidem abſens exerceret. His

itaque cauſſis irati, Deorum inimico Georgio iterum ſacram vrbem ſcelere polluiſtis, cùm liceret eum ſententiis iudicum permittere: Sic enim non cædes, non ſcelus vllum fuiſſet, ius & æquitas adhibita eſſet, quæ & vos penitùs conſeruaret, & impietatis authorem puniret, & cæteros comprimeret, qui Deos contemnunt, qui vrbes iſtas, & florentes populos pro nihilo ducunt, qui crudelitatem erga illos exiſtimant potentię ſuę additamentum. Conferte itaque meam illam epiſtolam, quam ad vos paulò antè miſi, eum hac ipſa, & quantum interſit, conſiderate, quantiſque laudibus vos illic affecerim: quas cùm hoc tempore vobis tribuere deberem, propter ſcelus veſtrum medius fidius non poſſum. Auſus eſt populus, vt canes, hominem diſcerpere, neque pudore afficitur: neque manus puras ac ſanguine vacuas ſeruat, ad Deo offerendum. Atenim dignus erat Georgius, qui talia pateretur. Imò longè fortaſſe grauiora,

ταῦτα οὖν ἕνεκεν ὀργιζόμενοι τῷ θεοῖς ἐχθρῷ Γεωργίῳ, τὴν ἱερὰν αὖθις ἐμιαίατε πόλιν, ἐξὸν ὑποβάλλειν αὐτὸν ταῖς τῶν δικαστῶν ψήφοις· οὕτω γὰρ ἐγένετο ἂν οὐ φόνος, οὐδὲ παρανομία τὸ πρᾶγμα. δίκη δὲ ἐμμελής, ὑμᾶς μὲν ἀθῴους πάντη φυλάττουσα, τιμωρουμένη ″ μὲν τὸν ἀνίατα χ.δ. δυσσεβήσαντα. σωφρονίζουσα δὲ τοὺς ἄλλους πάντας, ὅσοι τῶν θεῶν ὀλιγωροῦσι, καὶ προσέτι τὰς τοιαύτας πόλεις, καὶ τοὺς ἀνθοῦντας δήμους ἐν οὐδενὶ τίθενται, τῆς ἑαυτῶν δὲ ποιοῦνται πάρεργον δυναστείας τὴν κατ᾽ ἐκείνων ὠμότητα. παραβάλλετε τοίνυν ταύτην μου τὴν ἐπιστολήν, ἣν μικρῷ πρώην ἐπέστειλα, καὶ τὸ διάφορον κατανοήσατε, πόσους μὲν ὑμῶν ἐπαίνους ἔγραφον τότε. νυνὶ δὲ μὰ τοὺς θεοὺς ὀφείλων ὑμᾶς ἐπαινεῖν, οὐ δύναμαι διὰ τὴν παρανομίαν. τολμᾷ δῆμος, ὥσπερ οἱ κύνες, ἄνθρωπον σπαράττειν. εἶτα οὐκ αἰσχύνεται, καὶ φυλάττει καθαρὰς τὰς χεῖρας ὡς προσάγειν πρὸς τοὺς θεούς, αἵματος καθαρευούσας. ἀλλὰ Γεώργιος ἄξιος ἦν τοῦ τοιαῦτα παθεῖν. καὶ τούτων ἴσως ἐγὼ φαίην ἂν

ἴσ. τὸ δι᾽ ὑμεῖς.

χείρονα καὶ πικρότερα. καὶ δι᾽ ὑμᾶς ἐρεῖτε. σύμφημι καὶ αὐτός. παρ᾽ ὑμῶν δὲ εἰ λέγοιτο, τοῦτο οὐκ ἔτι συγχωρῶ. νόμοι γὰρ ὑμῖν εἰσιν, οὓς χρὴ τιμᾶσθαι μάλιστα μὲν ὑπὸ πάντων ἰδίᾳ καὶ στέργεσθαι. πλὴν ἐπειδὴ συμβαίνει τῶν καθ᾽ ἕκαστον τινὰς παρανομεῖν, ἀλλὰ τὰ κοινὰ γοῦν εὐνομεῖσθαι χρὴ, καὶ πειθαρχεῖν τοῖς νόμοις ὑμᾶς, καὶ μὴ παραβαίνειν ὅσαπερ ἐξ ἀρχῆς ἐνομίσθη καλῶς. εὐτύχημα γέγονεν ὑμῖν, Ανδρες Αλεξανδρεῖς, ἐπ᾽ ἐμοῦ πλημμελῆσαι τοιοῦτό τι ὑμᾶς, ὃς αἰδοῖ τῇ πρὸς τὸν θεὸν, καὶ διὰ τὸν πάππον τὸν ἐμὸν, καὶ τὸν θεῖον ὁμώνυμον, ὃς ἦρξεν αὐτῆς τε Αἰγύπτου, καὶ τῆς ὑμετέρας πόλεως, ἀδελφικὴν εὔνοιαν ὑμῖν ἀποσώζω. τὸ γὰρ τῆς ἐξουσίας ἀκαταφρόνητον, καὶ τὸ ἀπηνέστερον καὶ καθαρὸν τῆς ἀρχῆς, οὔποτε ἂν δήμου ἴδοιεν τόλμημα, μὴ οὐ καθάπερ νόσημα χαλεπὸν πικροτέρῳ διακαθᾶραι φαρμάκῳ. προσφέρω δ᾽ ἐγὼ ὑμῖν, δι᾽ ἅπερ ἔναγχος ἔφην αἰτίας, τὸ προσηνέστατον παραίνεσιν καὶ λόγους· ὑφ᾽ ὧν εὖ οἶδα ὅτι πείσεσθε μᾶλλον, εἴπερ ἐστὲ, καθάπερ ἀκούω,

inquam, & acerbiora. At veſtro nomine. Fateor, ſed à vobis, non concedo. Sunt enim leges, quas obſeruare omnes & colere debebatis: ac ſi priuatim à nonnullis violarentur, publicè quidem certè rem benè adminiſtrari, legibus obtemperari, inſtituta maiorum ſancta & ſacra haberi conueniebat. Præclarè eſt vobiſcum actum, viri Alexandrini, quòd me regnante talia commiſiſtis, qui partim verecundiâ in Deum, partim aui mei, & auunculi mihi cognominis, qui tùm ipſi Ægypto, tùm veſtræ ciuitati præfuit, recordatione, fraternam erga vos charitatem conſeruo. Certè in bono & ſeuero imperio, cuius authoritas non contemnatur, facinus inſolens populi ferri non ſolet, ſed tanquam grauis morbus aſperiore medicinâ ſanatur. At ego propter eas cauſſas, quas modò commemoraui, remedium lenius adhibeo, orationem nimirum atque admonitionem: quibus (vt ſpero) eò libentius parebitis, quòd & antiquâ origine

Digitized by Google

Græci eſtis, & nunc illuſtres ac præclaras nobilitatis illius notas animo vitáque retinetis: addo etiam, quia mei Alexandrini ciues eſtis.

τό, τε ἀρχαῖον Ἕλληνες, καὶ τανῦν ἐπὶ τῆς εὐγενείας ἐκείνης ὕπεστιν ὑμῖν ἀξιόλογος, καὶ γενναῖος ἐν τῇ διανοίᾳ καὶ τοῖς ἐπιτηδεύμασιν ὁ χαρακτήρ. προσέστι τούτω δὲ τοῖς ἐμοῖς πολίταις Ἀλεξανδρεῦσιν.

IVL. BYZANTIIS.

XI.

SEnatores omnes vobis reddidimus, & Decuriones Patrocolos, ſiue in Galilæorum religionem ſe dederint, ſiue aliud quiduis geſſerint, vt Curiam effugiant, extra eos qui in vrbe primaria publico muneri præfuerunt.

Ἰουλιανὸς Βυζαντίοις.

ια.

ΤΟὺς βουλευτὰς πάντας ὑμῖν ἀποδεδώκαμεν, καὶ τοὺς " Παρεγχόλους, εἴ τε τῇ Γαλιλαίων ἑαυτοὺς ἔδοσαν θρησκείᾳ, εἴ τε ὅπως ἄλλως πραγματεύσαιντο, διαδρᾶναι τὸ βουλευτήριον, ἔξω τῶν ἐν τῇ μητροπόλει λελειτουργηκότων. γρ. Πατροβόλοις.

BASILIO.

XII.

NOn bellum denuncias, ait vetus verbum: At ego addam etiam illud Comœdiæ veteris, O nuntium aureorum verborum! Age igitur, iſtud reipſâ oſtende, & ad nos quamprimùm aduola: certè amicus ad amicum venies. Aſſidua cura Reipub. moleſta eſt iis, qui negligentiùs in ea verſantur: At qui diligentiâ & induſtriâ vtuntur, æqui ſunt, meâ quidem ſententiâ, & prudentes, omninóque ad

Βασιλείῳ.

ιβ.

Ἡ μὲν παροιμία φησίν, Οὐ πόλεμον ἀγγέλλεις. ἐγὼ δὲ προσθείην ἐκ τῆς κωμῳδίας, ὦ χρυσὸν ἀγγείλας ἐπῶν. ἴθι δὴ, ἔργοις αὐτὸ δεῖξον, καὶ σπεῦδε πρὸς ἡμᾶς· ἀφίξῃ γὰρ φίλος παρὰ φίλον. ἡ δὲ περὶ τὰ πράγματα κοινὴ καὶ συνεχὴς ἀσχολία δοκεῖ μὲν εἶναί πως τοῖς " πάρεργον αὐτὸ ποιοῦσιν ἐπαχθής· οἱ δὲ τῆς ἐπιμελείας κοινωνοῦντες, εἰσὶν ἐπιεικεῖς· ὡς ἐμαυτὸν πείθω· καὶ συνετοί, καὶ πάντως ἱκανοὶ γρ. μὴ παρ.

πρὸς πάντα. δίδωμι δὴ οὖν μοι ῥᾳστώνην, ὥστε ἐξεῖναι μηδὲν ὀλιγωροῦντι καὶ ἀναπαύεσθαι. σύνεσμεν γὰρ ἀλλήλοις οὐ μετὰ τῆς αὐλικῆς ὑποκρίσεως μόνης· ἧς, οἶμαι, σὲ μέχρι τοῦ δεῦρο πεπειρᾶσθαι· καθ' ἣν ἐπαινοῦντες, μισοῦσι τηλικοῦτον μῖσος, ἡλίκον οὐδὲ τοὺς πολεμιωτάτους· ἀλλὰ μετὰ τῆς προσηκούσης ἀλλήλοις ἐλευθερίας, ἐξελέγχοντές τε ὅταν δέῃ καὶ ἐπιτιμῶντες, οὐκ ἔλαττον φιλοῦμεν ἀλλήλους τῶν σφόδρα ἑταίρων. ἔνθεν ἔξεστιν ἡμῖν· ἀπείη δὲ φθόνος· ἀνειμένοις τε σπουδάζειν, καὶ σπουδάζουσι μὴ ταλαιπωρεῖσθαι, καθεύδειν δὲ ἀδεῶς. ἐπεὶ καὶ ἐγρηγορὼς, οὐχ ὑπὲρ ἑαυτοῦ μᾶλλον, ἢ καὶ ὑπὲρ τῶν ἄλλων ἁπάντων, ὡς εἰκὸς, ἐγρηγόρεα. ταῦτα ἴσως κατηδολέσχησά σου καὶ κατελήρησα, παθών τι βλακῶδες. ἐπῄνεσα γὰρ ἐμαυτὸν ὥσπερ Ἀστυδάμας. ἀλλ' ἵνα σε πείσω προὔργου τι μᾶλλον ἡμῖν τὴν σὴν παρουσίαν, ἅτε ἀνδρὸς ἔμφρονος, ποιήσειν, ἢ παραιρήσεσθαί τι τοῦ και-

ΜΕχρὶ τῶν Λιτάρβων ἦλθον· ἔστι δὲ ἡ κώμη Χαλκίδος· καὶ ἐνέτυχον ὁδῷ λείψανα ἐχούσῃ χειμαδίων Ἀντιοχικῶν. ἦν δὲ αὐτῆς, οἶμαι, τὸ μὲν τέλμα, τὸ δὲ ὄρος, τραχεῖα δὲ πᾶσα· καὶ ἐνέκειντο τῷ τέλματι λίθοι ὥσπερ ἐπίτηδες ἐρριμμένοις ἐοικότες, ὑπ' οὐδεμιᾶς τέχνης συγκείμενοι, ὃν τρόπον εἰώθασιν ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσι τὰς λεωφόρους οἱ ἐξοικοδομοῦντες ποιεῖν, ἀντὶ μὲν τῆς κονίας πολλὴν τὴν χοῦν ἐποικοδομοῦντες, πυκνοὺς δὲ ὥσπερ ἐν τοίχῳ τιθέντες τοὺς λίθους. ἐπεὶ δὲ διαβὰς μόλις ἦλθον εἰς τὸν πρῶτον σταθμὸν· ἐννέα που σχεδὸν ἦσαν ὧραι· καὶ ἐδεξάμην εἴσω τῆς αὐλῆς τὸ πλεῖστον τῆς παρ' ὑμῖν βουλῆς. ἃ δὲ διελέχθημεν πρὸς ἀλλήλους, ἴσως ἐπύθου, μαθήσῃ δ' ἂν καὶ ἡμῶν ἀκούσας, εἰ θεοὶ θέλοιεν. ἀπὸ τῶν Λιτάρβων εἰς

humanitatis noſtræ literas acceperit: quòd ſi in vrbe manſerit, longè maiores, grauioréſque ei pœnas denuntiamus.

IVLIANVS LIBANIO *Sophiſtæ, & Quæſtori.*

XXVII.

AD Litarbos veni (quod oppidum eſt in Chalcide) & caſu incidi in viam quandam, quæ reliquias adhuc Antiochenſium hybernorum habebat. Erat autem, ſicut opinor, illius pars vna, palus; altera mons, tota certè aſpera: ad paludem erant lapides, tanquam de induſtria diſiecti, nullâ arte compoſiti, quomodo in cæteris vrbibus viæ tanquam ædificari ſolent, loco pulueris multo limo ac lapidibus, ſicut in pariete, collocatis. Hoc itineris ſpatio confecto, vix tandem ad primum diuerſorium peruenimus: (quod fuit horâ ferè nonâ) cùm ecce Senatus veſtri maxima pars ad nos venit. Ac ibi quæ ſimus inter nos collocuti, fortaſſe accepiſti: & ex nobis ipſis aliquando, ſi Diis placuerit, cognoſces. Litarbis de-

Digitized by Google

inde ad Berrhœam veni: & Iupiter, clariſſimo oſtento, læta omnia denunciauit. Commoratus autem ibi diem vnum, arcem inuiſi, & Ioui, regio more, taurum candidum ſactificaui. Cum Senatu autem pauca de religione diſſerui: & laudarunt quidem omnes orationem meam, pauci verò admodum aſſenſêre, atque iſti ipſi erant, quos ante meam orationem ſanos eſſe arbitrabar: poſteà tamen quaſi licentiâ arreptâ, omnem pudorem excuſſerunt, ac depoſuerunt. Erubeſcunt enim homines vehementer (ô Dij immortales!) in rebus honeſtis, vt fortitudine animi, ac pietate: in turpiſſimis exultant, vt in ſacrilegio, & corporis animique ignauia. Inde me Batnæ excipiunt, locus qualem nullum vnquam vidi extra Daphnem, quæ nunc Batnis confertur, cùm anteà ſaluis templo & ſimulachro, non ſolùm Oſſæ, Pelio, Olympo, & Theſſalicis vallibus eam æquare, verùm etiam anteferre omnibus non vererer: ergo locus, quem dixi, Ioui Olympio, & Pythio

τὴν Βέρροιαν ἐπορευόμην, καὶ ὁ Ζεὺς αἴσια πάντα ἐσήμηνεν, ἐναργῆ δείξας τὴν διοσημίαν. ἐπιμείνας δὲ ἡμέραν ἐκεῖ, τὴν ἀκρόπολιν εἶδον, καὶ ἔθυσα τῷ Διῒ βασιλικῶς ταῦρον λευκόν. διελέχθην δὲ ὀλίγα τῇ βουλῇ περὶ θεοσεβείας· ἀλλὰ τοὺς λόγους ἐπῄνουν μὲν ἅπαντες· ἐπείσθησαν δὲ αὐτοῖς ὀλίγοι πάνυ. καὶ οὗτοι, οἳ καὶ πρὸ τῶν ἐμῶν λόγων ἐδόκουν ἔχειν ὑγιῶς· ἐλάβοντο δὲ ὥσπερ παρρησίας ἀποτρίψασθαι τὴν αἰδῶ καὶ ἀποθέσθαι. περίεστι γάρ, ὦ θεοί, τοῖς ἀνθρώποις ἐπὶ μὲν τοῖς καλοῖς ἐρυθριᾶν, ἀνδρείᾳ ψυχῆς καὶ εὐσεβείᾳ, καλλωπίζεσθαι δὲ ὥσπερ τοῖς χειρίστοις ἱεροσυλίᾳ, καὶ μαλακίᾳ γνώμης καὶ σώματος. ἔνθεν ὑποδέχονταί με Βάτναι, χωρίον οἷον οὐκ εἶδον παρ' ὑμῖν ἔξω τῆς Δάφνης, ἣ νῦν ἔοικε ταῖς Βάτναις. ὡς τάγε πρὸ μικροῦ, σωζομένου τοῦ νεὼ καὶ τοῦ ἀγάλματος, Ὄσσῃ καὶ Πηλίῳ, καὶ ταῖς Ὀλύμπου κορυφαῖς, καὶ τοῖς Θετταλικοῖς Τέμπεσιν ἄγαν ἐπίσης, ἢ καὶ προτιμῶν ἁπάντων ὁμοῦ τῆς Δάφνης οὐκ αἰσχυνοίμην. ἱερὸν Διὸς Ὀλυμπίου, καὶ Ἀπόλλωνος Πυθίου τὸ

χωρίον. ἀλλ' ἐπὶ μὲν τῇ Δάφνῃ γέγραπταί σοι λόγος, ὁποῖον ἄλλος οὐδὲ εἷς τῶν οἳ νῦν βροτοί εἰσι, καὶ μάλα ἐπιχειρήσας αὖ καμεῖν, ἐργάσαιτο. νομίζω δὲ καὶ τῶν ἔμπροσθεν οὐ πολλοὺς πάνυ. τί δ' οὖν ἐγὼ νῦν ἐπιχειρῶ περὶ αὐτῆς γράφειν, οὕτω λαμπρῶς ἐπ' αὐτῇ συγγεγραμμένης; ὡς μήποτε ὤφελε τοιοῦτον. αἵ γε μὴν Βάτναι· βαρβαρικὸν ὄνομα τοῦτο, χωρίον ἐστὶν Ἑλληνικόν· πρῶτον μὲν ὅτι δι' ἁπάσης τῆς πέριξ χώρας ἀτμοὶ λιβανωτοῦ πανταχόθεν ἦσαν, ἱερεῖά τε ἐβλέπομεν εὐτρεπῆ πανταχοῦ. τοῦτο μὲν οὖν εἰ καὶ λίαν εὔφραινέ με, θερμότερον ὅμως ἐδόκει, καὶ τῆς εἰς τοὺς θεοὺς εὐσεβείας ἀλλότριον. ἐκτὸς πάτου γὰρ εἶναι χρή, καὶ δρᾶσθαι καθ' ἡσυχίαν ἐπ' αὐτὸ τοῦτο πορευομένων, οὐκ ἐπ' ἄλλο τι βαδιζόντων τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς ἱερεῖά τε καὶ ὅσια. τοῦτο μὲν οὖν ἴσως τεύξεται τῆς ἁρμοζούσης ἐπιμελείας αὐτίκα. τὰς Βάτνας δὲ ἑώρων πεδίον λάσιον, ἄλση κυπαρίττων ἔχον νέων. καὶ ἦν ἐν ταύταις οὐδὲν γεράνδρυον οὐδὲ σαπρόν, ἀλλὰ δ' ἐξ ἴσης ἅπαντα

Apollini ſacer eſt. Sed de Daphne ſcripta eſt à te oratio, qualem nemo alius eorum, qui nunc viuunt, hominum, quamuis maximè contenderet, poſſit perficere: veterum autem non multos perfecturos fuiſſe exiſtimo. Quid igitur ego de ea nunc ſcribam, cùm tua tam luculenta extet oratio? Abſit vt quicquam tale cogitem. Igitur Batnæ (nomen eſt iſtud barbarum, & caſeolum Græcè ſignificat) primùm quòd thuris odor ex omni parte regionis circumſpirabat, & victimas in omnibus locis apparatas cernebamus: id, inquam, etſi multùm mihi voluptatis afferebat, tamen calidius videbatur, & à religione alienum. Etenim procul à tumultu & ſtrepitu ſacra fieri debent, neque aliud quippiam quærendum, niſi vt victimæ & ſacra Diis apportentur. Verùm iſtud fortaſſe breui corrigetur. Batnas verò videbam eſſe agrum ſyluoſum, nemoribus tenerarum cupreſſorum ornatum. Et in his nulla erat arbor annoſa, nulla putris: ſed omnes pa-

riter comâ florebant. Regia domus non erat ſumptuoſa: è luto enim & lignis tantùm erat, nullam ornatus varietatem habebat. Hortus illo Alcinoï pauperior, ſimilis Laërtio: nemus erat in eo perexiguum, cupreſſis refertum: iuxta murum plurimæ arbores ordine, ac deinceps inſitæ: in medio areæ, & in his olera, atque arbores, quæ omnis generis fructus afferrent. Quid tùm illic? ſacrificaui veſperi, & poſtridie ſummo manè, quod ſtudioſè ſingulis diebus facere conſueui: cúmque læta, ac præclara eſſent ſacra, ad vrbem contendimus: ibi nobis à ciuibus itum eſt obuiam, & nos domum ſuam excepit amicus quidam, quem tùm primùm ferè videramus, ſed multo antè tempore amabamus. Cauſſam quidem notam tibi eſſe ſcio, tamen non eſt mihi moleſtum explicare: nectar enim mihi eſt, de illis ſemper & audire, & dicere: Iamblichi diuiniſſimi alumnus fuit Sopater, huius affinis cùm vixit. Mihi enim res illorum virorum omnes non amare, ſcelus omnium

θάλλοντα τῇ κόμῃ. καὶ τὰ βασίλεια πολυτελῆ μὲν ἥκιστα· πηλοῦ γὰρ ἦν μόνον καὶ ξύλων, οὐδὲν ποικίλον ἔχοντα. κῆπον δὲ τοῦ μὲν Ἀλκινόου καταδεέστερον, παραπλήσιον δὲ τῷ Λαέρτου. καὶ ἐν αὐτῷ μικρὸν ἄλσος πάνυ, κυπαρίττων μεστόν. καὶ τῷ " τοιχίῳ δὲ πολλὰ τοιαῦτα πα- γρ. θριγκίῳ.
ρατεφυτευμένα δένδρα στίχῳ, καὶ ἐφεξῆς. εἶτα δὲ μέσον πρασιαί, καὶ ἐν ταύταις λάχανα, καὶ δένδρα παντοίαν ὀπώραν φέροντα. τί οὖν ἐνταῦθα; ἔθυσα δείλης· εἶτ' ὄρθρου βαθέος, ὅπερ εἴωθα ποιεῖν ἐπιεικῶς ἑκάστης ἡμέρας. ἐπεὶ δὲ ἦν καλὰ τὰ ἱερά, τῆς πόλεως ἐρχόμεθα, καὶ ὑπαντῶσιν ἡμῖν οἱ πολῖται· καὶ ὑποδέχεταί με ξένος, ὀφθεὶς μὲν ἄρτι, φιλούμενος δὲ ὑπ' ἐμοῦ πάλαι. τὴν δὲ αἰτίαν, αὐτὸς μὲν οἶδα ὅτι συνειδὼς, ἐμοὶ δὲ ἡδὺ καὶ ἄλλως φράσαι. τὸ γὰρ ἀεὶ περὶ αὐτῶν ἀκούειν, καὶ λέγειν, ἐστί μοι νέκταρ. Ἰαμβλίχου τοῦ θειοτάτου θρέμμα Σώπατρος, τούτου κηδεστὴς ἦν ὅσον· ἐμοὶ γὰρ τὸ μὴ πάντα ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν ἀγαπᾶν, ἀδικημάτων οὐδὲν ἧττον

φαυλότατον εἶναι δοκεῖ. πρόσεστι ταύτης αἰτία μείζων. ὑποδεξάμενος γὰρ πολλάκις τὸν τε ἀνέψιον τὸν ἐμὸν, καὶ τὸν ὁμοπάτριον ἀδελφὸν, καὶ προτραπεὶς ὑπ᾽ αὐτῶν, οἷα εἰκὸς, πολλάκις ἀποστῆναι τῆς εἰς θεοὺς εὐσεβείας, ὃ χαλεπόν ἐστιν, οὐκ ἐλήφθη τῇ νόσῳ. ταῦτα εἶχον ἀπὸ τῆς Ἱερᾶς πόλεώς σοι γράφειν, ὑπὲρ τῶν ἐμαυτοῦ. τὰς δὲ στρατιωτικὰς ἢ πολιτικὰς οἰκονομίας, αὐτὸν ἐχρῆν, οἶμαι, παρόντα ἐφορᾶν καὶ ἐπιμελεῖσθαι. μεῖζον γάρ ἐστιν ἢ κατ᾽ ἐπιστολὴν, εὖ ἴσθι, καὶ τοσοῦτον ὅσον οὐ ῥᾴδιον οὐδὲ τριπλάσια τούτου περιλαβεῖν, σκοποῦντι τ᾽ ἀκριβές. ἐπεὶ καὶ φράζω δέ σοι, καὶ ταῦτα φράσω δι᾽ ὀλίγων. πρὸς τοὺς Σαρακηνοὺς ἔπεμψα πρέσβεις, ὑπομιμνήσκων αὐτοὺς ἥκειν, εἰ βούλοιντο. ἓν μὲν δὴ τοιοῦτο. ἕτερον δὲ, λίαν ἐγρηγορότας, ὡς ἐνεδέχετο, τοὺς παραφυλάξοντας ἐξέπεμψα, μή τις ἐνθένδε πρὸς τοὺς πολεμίους ἐξέλθῃ λαθὼν, ἐσόμενος αὐτοῖς ὡς κεκινήμεθα μηνυτής. ἐντεῦθεν ἐδίκασα δίκην στρατιωτικὴν, ὡς ἐμαυτὸν πείθω, πρᾳότατα καὶ δικαιότατα. ἵππους

maximum videtur. Sed eſt alia quoque maior cauſſa. Hic cùm perſæpè patruelem meum, & fratrem germanum hoſpitio accepiſſet, & ab iis magnoperè, vt par fuit, ſolicitaretur, vt à Diis deficeret, nunquam tamen (quod graue & magnum eſt) in eum morbum lapſus eſt. Hæc habui, quæ ex Hierapoli ad te de rebus meis ſcriberem. Quod ad bellicas & ciuiles res attinet, ipſe tu præſens de iis debes cognoſcere: maior enim res eſt, quàm vt epiſtolâ comprehendi poſſit, imò ne tribus quidem epiſtolis; ſi accuratè perſcribatur. Veruntamen narrabo tibi, idque breuiter. Legatos miſi ad Saracenos, & vt veniant, ſi velint, commonefacio. Hoc primum caput eſt. Alterum, exploratores miſi, quoad licuit, vigilantiſſimos, ne quis hinc tacitus ad eos veniat, certioréſque faciat nos commoueri. Inde controuerſiam militarem, vt mihi perſuadeo, ſummâ lenitate, æquitatéque diſceptaui: e-

quos

quos eximios, & mulos comparaui, copias in vnum coëgi: naues fluuiatiles implentur frumento, vel potiùs pane cocto, atque aceto: quorum vnumquodque quomodo geſtum fuerit, qui ſermones habiti ſint, exponere, quàm longæ ſit epiſtolæ, non ignoras. Quàm verò multis & literis, & libris mandarim ea quæ mihi tanquam læta auſpicia eueniunt (circumferuntur autem nobiſcum) quid opus eſt faſtidioſè ac moleſtè recenſere?

περιττοὺς καὶ ἡμιόνους παρεσκεύασα, τὸ στρατόπεδον εἰς ταυτὸ συναγαγών. ναῦς πληροῦνται ποταμίαι πυροῦ, μᾶλλον δὲ ἄρτων ξηρῶν καὶ ὄξους. καὶ τούτων ἕκαστον ὅπως ἐπράχθη, καὶ τίνες ἐφ' ἑκάστῳ γεγόνασι λόγοι, πόσου μήκους ἐστὶ συγγραφὴ, ἐννοεῖς. ἐπιστολαῖς δὲ ὅσαις ὑπέγραψα, καὶ βίβλοις ἐπόνησα ὥσπερ αἴσιά μοι· καὶ ταῦτα συμπερινοστεῖ πανταχοῦ· τί δεῖ νῦν πράγματα ἔχειν ἀπαριθμούμενον;

IVLIANVS GREGORIO *Duci.*

Ἰουλιανὸς Γρηγορίῳ ἡγεμόνι.

XXVIII.

MIhi ſanè vel exigua abs te epiſtola ſufficit ad magnæ voluptatis occaſionem capiendũ. Ego verò iis quæ ſcripſiſti, plurimùm lætatus, parem gratiam refero: neque tam epiſtolæ prolixitate, quàm beneuolentiæ magnitudine amicorum charitatem amplificandam eſſe iudico.

κη.

ΕΜοὶ καὶ γράμμα παρὰ σοῦ μικρὸν, ἀρκεῖ μεγάλης ἡδονῆς πρόφασιν μνηστεῦσαι. καὶ τοίνυν οἷς ἔγραψας λίαν ἡσθεὶς, ἀντιδίδωμι καὶ αὐτὸς τὴν ἴσην· οὐ τῷ τῶν ἐπιστολῶν " μήκει μᾶλλον, ἢ τῷ τῆς εὐνοίας μεγέθει τὰς τῶν ἑταίρων φιλίας ἐκτείνεσθαι δεῖν κρίνων.

Deeſt in vet. vox μήκει.

Ἰουλιανὸς Ἀλυπίῳ ἀδελφῷ Καισαρίου.

κθ'.

Ὁ Συλοσῶν ἀπῆλθε, φησί, παρὰ τὸν Δαρεῖον, καὶ ὑπέμνησεν αὐτὸν τῆς χλανίδος, καὶ ᾔτησεν ἀντ' ἐκείνης παρ' αὐτοῦ τὴν Σάμον. Εἶτα ἐπὶ τούτῳ, Δαρεῖος μὲν ἐμεγαλοφρονεῖτο, μεγάλα ἀντὶ μικρῶν νομίζων ἀποδεδωκέναι· Συλοσῶν δὲ λυπηρὰν ἐλάμβανε χάριν. σκόπει δὴ τὰ ἡμέτερα νῦν πρὸς ἐκεῖνα. ἓν μὲν δὴ τὸ πρῶτον οἶμαι κρεῖσσον ἔργον ἡμέτερον· οὐ γὰρ ὑπεμείναμεν ἀπομιμνησθῆναι παρ' ἄλλου. Τοσούτῳ δὲ χρόνῳ τὴν μνήμην τῆς σῆς φιλίας διαφυλάξαντες ἀκέραιον, ἐπεὶ πρῶτον ἡμῖν ἔδωκεν ὁ θεός, οὐκ ἐν δευτέροις, ἀλλ' ἐν τοῖς πρώτοις σε κατεκάλεσα. τὰ μὲν οὖν πρῶτα τοιαῦτα. περὶ δὲ τῶν μελλόντων, ἆρά μοι δίδως (καὶ γάρ εἰμι μαντικὸς) προαγορεῦσαι; μακρῷ νομίζω κρείττω ἐκείνων. Ἀδραστεία δ' εὐμενὴς εἴη. οὔτε γὰρ οὐδὲν δέῃ συγκαταστρεφομένου τὴν πόλιν βασιλέως· ἐγώ τε πολλῶν δέομαι

IVLIANVS ALYPIO *Caſarij fratri.*

XXIX.

Syloſon (ait ille) ad Darium venit, ac pallium ei commemorauit, & petiit pro eo Samum: poſteà Darius magnoperè ſibi placebat, putans ſe magna pro paruis retuliſſe: Syloſon tamen triſte beneficium accepit. Confer nunc noſtra cum illis. Primùm quidem vna in re nos multò melius: quandoquidem non expectauimus, dum ab altero admoneremur: ſed in tanto tempore amicitiam erga te perpetuam, ſanctámque ſeruauimus, deinde cùm primùm nobis oblata eſt à Deo facultas, non inter ſecundos, ſed inter primos te amicos appellaui. Ergo hoc primum. De futuris autem, dáſne mihi vt augurer? (ſum enim augur) longè melius expecto, modò ſit propitia Adraſtia. Neque enim tibi opus eſt Rege, qui te in euertenda vrbe aliqua ſuis viribus iuuet: & mihi multis ſanè opus eſt,

qui me adiuuent ad ea reſtituenda, quæ malè cecidêre. Hæc tecum Muſa Gallica & barbara iocatur. Tu verò intereà Diis ducibus venies: ad manum tibi erit præda hedorum, & ouium, quæ in hybernis venatio eſt: veni ad amicum, qui te iam tum, antequam noſſem quantus eſſes, tamen complexus ſum.

IVLIANVS EIDEM.

XXX.

IAm eram morbo liberatus, cùm Geographiam miſiſti, non tamen proptereà minùs grata mihi fuit tabella abs te miſſa: ſunt enim in ea tùm deſcriptiones prioribus meliores, tùm iambi, quibus eam exornaſti, non illi quidem bellum ſonantes Bupalium, vt ait Poëta Cyrenæus, ſed quales pulchra Sappho ſolet hymnis ſuis intexere. Denique munus tuum eſt eiuſmodi, vt & te fortaſſe ſit dignum, & mihi ſanè quàm gratiſſimum. De Reipublicæ autem adminiſtratione, quòd diligenter atque humaniter tranſigere

τῶν συνεπανορθούντων μοι τὰ πεπτωκότα κακῶς. Ταῦτά σοι Γαλλικὴ καὶ βάρβαρος Μοῦσα προσπαίζει. σὺ δὲ ὑπὸ τῇ τῶν θεῶν πομπῇ χαίρων ἀφίκοιο. καὶ τῇ αὐτῇ χειρὶ " λῃῒς ἐρεί- χ. λῃῒς.
φων, καὶ τῆς ἐν τοῖς χειμαδίοις θήρας τῶν προβατείων· ἧκε πρὸς τὸν φίλον, ὅς σε τότε καίπερ οὔπω γινώσκειν ὅσος εἶ δυνάμενος, ὅμως περιέπτον.

Ιουλιανὸς τῷ αὐτῷ.

λ.

ΗΔη μὲν ἐτύγχανον ἀπηλλαγμένος τῆς νόσου, τὴν γεωγραφίαν ὅτε ἀπέστειλας. οὐ μὴν ἔλαττον διὰ τοῦτο ἡδέως ἐδεξάμην τὸ παρὰ σοῦ πινάκιον ἀποσταλέν. ἔχει γὰρ καὶ τὰ διαγράμματα τῶν πρόσθεν βέλτιον, καὶ κατεμούσωσας αὐτὸ, προσθεὶς τοὺς ἰάμβους, οὐ " μάχλην ἀεί- χ. μάχην
δοντας τὸν Βουπάλιον κατὰ τὸν Κυρηναῖον ποιητὴν, ἀλλ' οἵους ἡ καλὴ Σαπφὼ βούλεται τοῖς " ὕμνοις ἁρμόττειν. καὶ τὸ μὲν χ. νόμοις.
δῶρον τοιοῦτόν ἐστιν, ὁποῖον ἴσως σοί τε ἔπρεπε δοῦναι, ἐμοί τε ἥδιστον δέξασθαι. περὶ δὲ τὴν διοίκησιν τῶν πραγμάτων, ὅτι ἐρρωμένως ἅμα καὶ πράως ἀπαντᾷ

περὶ αὐτὴν προθυμῇ, συνηδόμεθα. μῖξαι γὰρ πρᾳότητα καὶ σωφροσύνην ἀνδρείᾳ καὶ ῥώμῃ, καὶ τῇ μὲν χρῆσθαι πρὸς τοὺς ἐπιεικεστάτους, τῇ δὲ ἐπὶ τὴν πονηρῶν ἀπαραιτήτως πρὸς ἐπανόρθωσιν, οὐ μικρᾶς ἐστὶ φύσεως, οὐδὲ ἀρετῆς ἔργον, ὡς ἐμαυτὸν πείθω. τούτων δ' ἐχόμεθά σε τῶν σκοπῶν ἐχόμενον, ἀμφοτέρους ἓν τὸ καλὸν αὐτοὺς συναρμόσαι. τοῦτο γὰρ ἁπάσαις προκεῖσθαι ταῖς ἀρεταῖς τέλος, οὐκ εἰκῆ τῶν παλαιῶν ἐπίστευον οἱ λογιώτατοι. ἐρρωμένος καὶ εὐδαιμονῶν διατελοίης ἐπὶ μήκιστον ἀδελφὲ ποθεινότατε καὶ φιλικώτατε.

omnia ſtudes, gratum eſt. Etenim lenitatem ac moderationem cum fortitudine & robore ita temperare, vt illâ erga bonos viros vtare, hanc ad prauos ſeuerè corrigendos adhibeas, non mediocris ingenij ac virtutis rem eſſe arbitror. Hos fines tibi propoſitos eſſe, & ad honeſtatem vnicam referri cupio. Extremum ſiquidem virtutum omnium iſtud eſſe, non ſine cauſſa veterum ſapientiſſimi crediderunt. Vale, & quàm longiſſimè beatus viue, frater ſuauiſſime, & chariſſime.

Ἰουλιανὸς Ἀετίῳ Ἐπισκόπῳ.

λα.

Λοιποῖς μὲν ἅπασι τοῖς ὁπωσοῦν ὑπὸ τοῦ μακαρείτου Κωνσταντίου πεφυγαδευμένοις ἕνεκεν τῆς τῶν Γαλιλαίων ἀπονοίας, ἀνῆκα τὴν φυγήν· σὲ δὲ οὐκ ἀνίημι μόνον, ἀλλὰ γὰρ καὶ παλαιᾶς γνώσεώς τε καὶ συνηθείας μεμνημένος, ἀφικέσθαι προτρέπω μέχρις ἡμῶν. χρήσῃ δὲ ὀχήματι δημοσίῳ μέχρι τοῦ στρατοπέδου τοῦ ἐμοῦ, καὶ ἑνὶ παρίππῳ.

IVLIANVS AETIO *Epiſcopo.*

XXXI.

Cæteris omnibus, qui à Conſtantio vitâ defuncto, eiecti patriâ fuerant propter amentiam Galilæorum, exilium condonaui: te autem non ſolùm eâ pœnâ libero, verùm etiam memor priſtinæ cognitionis, atque amicitiæ noſtræ, hortor vt ad nos venias. Vtêris autem vehiculo publico vſque ad noſtram cohortem, & vno parippo.

Digitized by Google

IVLIANVS LVCIANO *Sophiſtæ.*

XXXII.

SCribo, & literas viciſſim expecto. Quòd ſi tam crebris literis tibi iniuriam facio, tu mihi viciſſim parem iniuriam reponito.

Ἰουλιανὸς Λουκιανῷ σοφιστῇ.

λβ.

ΓΡάφω, καὶ ἀντιτυχεῖν ἀξιῶ τῶν ἴσων. εἰ δὲ ἀδικῶ συνεχῶς ἐπιστέλλων, ἀνταδικηθῆναι δέομαι τῶν ὁμοίων παθῶν.

IVLIANVS DOSITHEO.

XXXIII.

VIx potui lachrymas continere: & meritò, cùm apud nos tuum nomen appellari audiuiſſem. Commouebat enim mihi memoriam nobilisillius, & omnibus modis admirandi patris noſtri: quem ſi imitari voles, & ipſe felix eris, & vitam tuam, ſicut ille, amabilem efficies: ſin ignauus fueris, tùm mihi dolorem afferes, tùm te tibi detrimento fuiſſe in perpetuum dolebis.

Ἰουλιανὸς Δοσιθέῳ.

λγ.

ΜΙκροῦ μοι ἐπῆλθε δακρῦσαι· καί τοιγε ἐχρῆν ἐφ' ἡμῖν τοὔνομα τὸ σὸν φθεγγόμενον. ἀνεμνήσθην γὰρ τοῦ γυναίου, καὶ πάντα θαυμασίου πατρὸς ἡμῶν· ὃν εἰ μὲν ζηλώσεις, καὶ αὐτός τε εὐδαίμων ἔσῃ, καὶ τῷ βίῳ δώσεις, ὥσπερ ἐκεῖνος, ἐφ' ὅτῳ φιλοτιμήσεται. ῥαθυμήσας δὲ, λυπήσεις ἐμὲ, σαυτῷ δὲ ὅτι μηδὲν ὄφελος, μέμψῃ.

IVLIANVS IAMBLICHO *Philoſopho.*

XXXIV.

VLyſſi ſatis fuit ad filij de ipſo opinionem coercendum dicere,

Ἰουλιανὸς Ἰαμβλίχῳ φιλοσόφῳ.

λδ.

ΟΔυσσεῖ μὲν ἐξήρκει τοῦ παιδὸς τοῦ ἐφ' αὐτῷ φαντασίαν ἀναστέλλοντι, λέγειν,

Οδυσ. π. Οὔτι τίς θεός εἰμι· τί μ' ἀθανάτοισιν ἐΐσκεις;

Ἐγὼ δὲ οὐδ' ἂν ἄνθρωπον εἶναι φαίην ἄν, ὡς ὁ λόγος, ἕως ἂν Ἰαμβλίχῳ μὴ συνῶ· ἀλλ' ἐραστὴς μὲν εἶναι ὁμολογῶ, καθάπερ ἐκεῖνος τοῦ Τηλεμάχου πατήρ. κἂν γὰρ ἀνάξιόν με λέγῃ τις, οὐδὲ οὕτω τοῦ ποθεῖν ἀφαιρήσεται. ἐπεὶ καὶ ἀγαλμάτων καλῶν ἀκούω πολλοὺς ἐραστὰς γενέσθαι, μὴ μόνον τοῦ δημιουργοῦ τὴν τέχνην μὴ βλάψαντας, ἀλλὰ καὶ τοῖς περὶ αὐτὰ πάθει τὴν ἔμψυχον ἡδονὴν τῷ ἔργῳ προσθέντας. τῶν γε μὴν παλαιῶν καὶ σοφῶν ἀνδρῶν, οἷς ἡμᾶς ἐγκρίνειν ἐθέλεις παίζων, τοσοῦτον ἀπέχειν φαίην, ὁπόσον αὐτὸς σοὶ φοιτώντων ἀριθμῷ μετεῖναι πιστεύω. καίτοι σύ γε οὐ Πίνδαρον μόνον, οὐδὲ Δημόκριτον, ἢ Ὀρφέα τὸν παλαιότατον, ἀλλὰ καὶ ξύμπαν ὁμοῦ τὸ Ἑλληνικόν, ὁπόσον εἰς ἄκρον φιλοσοφίας ἐλθεῖν μνημονεύεται, καθάπερ ἐν λύρας ποικίλων φθόγγων ἐναρμονίῳ συστάσει, πρὸς τὸ ἐντελὲς τῆς μουσικῆς " χεράσας ἔχεις· καὶ ὥσπερ Ἄργον τὸν

χ. κέρας.

Non ſum de ſuperis: quid me immortalibus æquas?

At ego ne hominem quidem eſſe me dicere auſim, vt eſt in prouerbio, quandiu abſum ab Iamblicho: Veruntamen eius ſtudioſum cupidúmque eſſe me concedam, ſicut ille pater Telemachi. Quamuis enim indignum me aliquis fortaſſe dixerit, attamen non propterea me à tui amore abſtrahet. Nam & multos egregiarum ſtatuarum amatores fuiſſe audio, qui non ſolùm artificis laudi nihil obfuerint, verùm etiam ſuo erga illas amore, veram, viuámque voluptatem operi addiderint. Quòd autem me veteribus illis ſapientibus ludens aſcribis, tantùm me ab iis abeſſe ſentio, quantum de eorum grege ac diſciplina me eſſe profiteor. Tu verò non ſolùm Pindarum, aut Democritum, aut Orpheum illum antiquiſſimum, ſed omnes omninò Græciæ Philoſophos, qui in eo genere floruiſſe memorantur, tanquam in lyræ variis è ſonis concentu ad perfectam muſicam coniunxiſti: atque vt Argum illum,

qui Io delitias Iouis cuſtodiebat, peruigilibus oculis vndique Poëtæ obſepiunt: ſic te virtutis verum & germanum cuſtodem puris doctrinæ luminibus illuſtrat eloquentia. Aiunt Proteum illum Ægyptium ſe in varias formas commutaſſe, quaſi veritum ne imprudens hominibus requirentibus ſapientem ſe eſſe demonſtraret. Ego verò ſiquidem ſapiens fuit reipſâ Proteus, & is qui multas res cognoſceret (ſicut vult Homerus) de ſcientia eum laudo, de ingenio non laudo: non enim viri boni & liberalis, ſed impoſtoris improbi officio fungebatur, cùm eò ſe occultaret, ne hominibus prodeſſet. At te, vir clariſſime, quis non iure admiretur, tùm quòd Proteo ſapientiæ laude non cedis, tùm multò magis quòd virtutem, ſummámque rerum optimarum ſcientiam nemini inuides: ſed inſtar nitidi Solis, tuos illuſtres radios in omnes emittis, non modò præſentes docendo, ſed etiam abſentes, quoad licet, ſcriptis

φύλακα τῆς Ἰοῦς οἱ μῦθοι προνοίδην ἔχοντα τὴν Διὸς παιδικῶν, ἀκοιμήτοις πάντοθεν ὀφθαλμῶν βολαῖς περιφράττουσιν. οὕτω καί σε γνήσιον ἀρετῆς φύλακα καθαρεῖς παιδεύσεως ὀφθαλμοῖς ὁ λόγος φωτίζει. Πρωτέα μὲν δὴ τὸν Αἰγύπτιόν φασι ποικίλαις μορφαῖς ἑαυτὸν ἐξαλλάττειν, ὥσπερ δεδιότα, μὴ λάθῃ τοῖς δεομένοις, ὡς ἦν σοφὸς, ἐκφήνας. ἐγὼ δὲ εἴπερ ἦν ὄντως σοφὸς Πρωτεὺς, καὶ οἷος πολλὰ τῶν ὄντων γινώσκειν, ὡς Ὅμηρος λέγει, τῆς μὲν ὧν ἤδει φύσεως αὐτὸν ἐπαινῶ, τῆς γνώμης δὲ οὐκ ἄγαμαι, διότι μὴ φιλανθρώπου τινὸς, ἀλλὰ ἀπατεῶνος ἔργον ἐποίει κρύπτων ἑαυτὸν, ἵνα μὴ χρήσιμος ἀνθρώποις ᾖ. σὲ δὲ, ὦ γενναῖε, τίς οὐκ ἂν ἀληθῶς θαυμάσειεν, ὡς οὐδέν τι τοῦ Πρωτέως τοῦ σοφοῦ μείων εἶ, καὶ μὴ μᾶλλον ὡς ἀρετὴν, ἄκραν τε κορυφὴν ὧν ἔχεις καλῶν, οὐ φθονεῖς ἀνθρώποις· ἀλλ' ὥσπερ Ἥλιος καθαροῦ δίκην, ἀκτῖνάς σου ἀκραιφνεῖς ἐπὶ πάντας ἄγεις, οὐ μόνον τοῖς παροῦσι τὰ εἰκότα ξυνιών· ἀλλὰ καὶ ἀπόντας, ἐφ' ὅσον ἔξεστι, τοῖς

παρὰ σαυτοῦ σεμνύνων. νικᾷς δ' αὖ οὕτω καὶ τὸν Ὀρφέα τὸν καλόν, οἷς περιέπεις· εἴγε ὁ μὲν τὴν οἰκείαν μουσικὴν εἰς τὰς τῶν θηρείων
γ. ἀκοαῖς. ἀγωγὰς κατανάλισκε· σὺ δὲ ὥσπερ ἐπὶ σωτηρίᾳ τοῦ
γ. πεχθείς. κοινοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους ταχθεὶς, Ἀσκληπιοῦ χεῖρα πανταχοῦ ζηλῶν, ἅπαντα ἐπέρχῃ
γ. νεύματι. λογίῳ τε καὶ σωτηρίῳ πνεύματι. ὥστε μοίγε δοκεῖ καὶ Ὅμηρος εἰ ἀναβιῴη, πολλῷ δικαιότερον δύναιτο ἐπὶ σοὶ ἐκεῖνο τὸ ἔπος αἰνίξασθαι, τὸ,

Εἷς δ' ἔτι που ζωὸς κατερύκεται
εὐρέϊ κόσμῳ.

γ. αὐτὸ τὸ παλαιοῦ. Τὸ γὰρ πῦρ τοῦ παλαιοῦ κόμματος ἡμῖν οἱονεὶ σπινθήρ τις ἱερὸς ἀληθοῦς, καὶ γονίμου παιδεύσεως ὑπὸ σοὶ μόνῳ ζωπυρεῖται. καὶ εἴη γε Ζεῦ σῶτερ, καὶ Ἑρμῆ ἄγιε, τὸ κοινὸν ἁπάσης τῆς οἰκουμένης ὄφελος, Ἰάμβλιχον τὸν καλὸν ἐπὶ μήκιστον χρόνον τηρεῖσθαι. πάντως που καὶ ἐφ' Ὁμήρῳ, καὶ Πλάτωνι, καὶ Σωκράτει, καὶ εἴ τις ἄλλος ἄξιος τοῦ χοροῦ τούτου, δικαίας εὐχῆς ἐπίτευγμα τοῖς πρότερον εὐτυχηθὲν, οὕτω τοὺς ἐκείνων χρόνους ἐπὶ μεῖζον ηὔξησεν. οὐδὲν δὴ κωλύει καὶ ἐφ' ἡμῶν

tuis ornando. In quo ſanè Orpheum illum nobilem ſuperas. Ille ſiquidem muſicam ſuam in beluis demulciendis conſumebat: tu tanquam ad ſalutem humani generis in hoc mundo collocatus, omnibus locis Æſculapij manum imitaris, vocéque iſtâ facundâ & ſalutari omnes orbis partes perluſtras. Quocirca mihi videtur Homerus, ſi reuiuiſceret, multò iuſtiùs illud de te vſurpare poſſe:

Vnus adhuc viuus lato verſatur in orbe.

Nam ignis ille antiquæ formæ nobis tanquam ſcintilla quædam ſacra veræ atque vberis doctrinæ à te vno fouetur, atque alitur. Atque vtinam (ô ſeruator Iupiter, & ſancte Mercuri) contingat Iamblichum optimum, id eſt, commune orbis terrarum commodum, longiſſimâ vitâ frui. Certè cùm veteres pro Homero, Platone, Socrate, & ſi quis alius in orbem hunc incidit, iuſta vota feliciter, atque ex animi ſententia fecerint, vitámque illorum hoc modo produxerint: non erit incommodum, hominem

minem noſtrâ ætate viris illis & vitâ & oratione parem, ſimilibus votis ad ſummam ſenectutem cum omnium felicitate tranſmittere.

ἄνδρα καὶ λόγῳ, καὶ βίῳ τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων ἀντάξιον, ὑφ' ὁμοίαις εὐχαῖς ἐς τὸ ἀκρότατον βίου γῆρας ἐπ' εὐδαιμονίᾳ τῶν ὅλων παραπεμφθῆναι.

EPISTOLA SINE TITVLO *pro Argiuis.*

XXXV.

" Ἀνεπίγραφος ὑπὲρ Ἀργείων.

χ. Ἰουλιανὸς Ἀργείοις.

λε.

MVlta ſunt, quæ de Argiuorum ciuitate dici poſſunt, ſi quis velit eorum res veteres & nouas prædicare. Nam rerum ad Troiam geſtarum gloria, ſicut Athenienſibus & Lacedæmoniis poſteà, ſic illis maxima ex parte tribuenda eſt. Etſi enim ambo illa communiter ab vniuerſa Græcia geſta ſunt, attamen vt laborum & moleſtiarum, ſic laudum præcipua pars eſſe debet Imperatorum. Verùm iſta ſunt vetera. Deinceps verò Heraclidarum reuerſio, honos ereptus natu maximo, inde in Macedoniam colonia, & à Lacedæmoniis vicinis liberæ ciuitatis perpetua defenſio, conſeruatióque non exiguę neque vulgaris virtutis fuit.

Ὑπὲρ τῆς Ἀργείων πόλεως πολλὰ μὲν ἄν τις εἰπεῖν ἔχοι, σεμνυνόμενος αὐτῆς ἐθέλων παλαιά τε καὶ νέα πράγματα. τοῦ τε γὰρ Θρωϊκοῦ καθάπερ ὕστερον Ἀθηναίοις καὶ Λακεδαιμονίοις, οὕτω προσήκει τὸ πλέον ἐκείνοις ἔργου. δοκεῖ μὲν γὰρ ἄμφω κοινῇ πραχθῆναι παρὰ τῆς Ἑλλάδος· ἄξιον δὲ ὥσπερ τῶν ἔργων καὶ τῆς φροντίδος, οὕτως καὶ τῶν ἐπαίνων τοὺς ἡγεμόνας τὸ πλέον μετέχειν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἀρχαῖά πως εἶναι δοκεῖ· τὰ δὲ ἐπὶ τούτοις, ἡ Ἡρακλειδῶν κάθοδος, καὶ ὡς τῷ πρεσβυτάτῳ γέρας ἐξῃρέθη· ἥ τε εἰς Μακεδονίαν ἐκεῖθεν ἀποικία· καὶ τὸ Λακεδαιμονίοις οὕτω πλησίον προσοικοῦντας, ἀδούλωτον ἀεὶ καὶ ἐλευθέραν φυλάξαι τὴν πόλιν, οὐ μικρᾶς οὐδὲ τῆς τυχούσης ἀνδρείας ἦν.

ἀλλὰ δὴ καὶ τὰ τοιαῦτα περὶ τοὺς Πέρσας ὑπὸ τῶν Μακεδόνων γινόμενα, ταύτῃ προσήκειν τῇ πόλει δικαίως ἄν τις ὑπολάβοι. Φιλίππου τε γὰρ καὶ Ἀλεξάνδρου τῶν πάνυ προγόνων πατρὶς ἦν αὕτη. Ρωμαίοις δὲ ὕστερον οὐχ ἁλοῦσα μᾶλλον ἢ κατὰ ξυμμαχίαν ὑπήκουσε· καὶ ὥσπερ οἶμαι, μετεῖχε καὶ αὐτὴ, καθάπερ αἱ λοιπαὶ, τῆς ἐλευθερίας, καὶ τῶν ἄλλων δικαίων, ὅσα νέμουσι ταῖς περὶ τὴν Ελλάδα πόλεσιν οἱ κρατοῦντες ἀεί. Κορίνθιοι δὲ νῦν αὐτὴν προσγινομένην αὐτοῖς· οὕτω γὰρ εἰπεῖν εὐπρεπέστερον· ἀπὸ τῆς βασιλευούσης πόλεως, εἰς κακίαν ἐπαρθέντες συντελεῖν αὐτοῖς ἀναγκάζουσι· καὶ ταύτης ἦρξαν, ὥς φασι, τῆς καινοτομίας, ἕβδομος ἐστὶν ἐνιαυτὸς, οὔτε τὴν Δελφῶν, οὔτε τὴν Ηλείων συντέλειαν, ἧς ἠξιώθησαν, ἐπὶ τῷ διατιθέναι τοὺς παρὰ σφίσιν ἱεροὺς ἀγῶνας αἰδεσθέντες. τεττάρων γὰρ ὄντων, ὡς ἴσμεν, τῶν μεγίστων καὶ λαμπροτάτων ἀγώνων περὶ τὴν Ελλάδα, Ηλεῖοι μὲν Ολύμπια, Δελφοὶ δὲ Πύθια, καὶ τὰ ἐν Ισθμῷ Κορίνθιοι, Αργεῖοι δὲ τὴν Νεμέων συγκροτοῦσι πανή-

Quin etiam ſimilia Macedonum in Perſas facinora, ciuitati huic attribui poſſe videntur: hæc ſiquidem vltimorum auorum Philippi & Alexandri patria erat. Poſteris autem temporibus paruit Romanis, non tam victa, quàm in ſocietatem fœdúſque adhibita: atque, vt opinor, & libertatis, & iuris omnis particeps fuit, quo reliquæ Græciæ ciuitates vtuntur conceſſu ac munere Imperatorum. Atque hæc cùm ita ſint, tamen eam ciuitatem Corinthij, quæ adiuncta eſt eis (ſic enim dicere eſt honeſtius) ab vrbe regnante, elati, atque audaces ad ſcelus, vectigalem ſibi eſſe cogunt, & huius incœpti ſeptimo iam anno ſunt authores, neque Delphorum, atque Eleorum tributum, ſibi ad ſacros ludos celebrandos condonatum, verêtur. Cùm enim ſint quatuor (vt ſcimus) maxima, & clariſſima certamina in Græcia, Elei Olympia, Delphi Pythia, Corinthij Iſthmia, Argiui Nemea conficiunt, & cu-

Digitized by Google

rant. Quæ igitur æquitas eſt, manere illis immunitatem olim conceſſam, hos autem ob ſimiles ſumptus olim immunes, imò fortaſſis ne initio quidem obnoxios, priuari nunc priuilegio eo quod obtinuerant? Prætereà Elei & Delphi propter nobiles illas Olympiadas, ſemel duntaxat pecunias conferre ſolent: At duplicia ſunt Nemea apud Argiuos, ſicut & Iſthmia apud Corinthios. Quin & hoc tempore duo prætereà certamina hæc Argiuis ſunt adiecta, vt quaterni omninò ludi annis quaternis fiant. Quamobrem quo tandem iure illi ſemel exhibito certamine liberantur, hi domi quaternis ludis editis, tamen aliis prætereà tribuere coguntur, præſertim cùm neque veteres ſint, neque in Græcia ſolennes? Non enim ad gymnicos, muſicóſve ludos magnâ pecuniâ Corinthiis opus eſt, ſed ad venationes, quæ ſæpè in quibuſdam theatris exhibentur, vrſas & pantheras emunt: quæ quidem ipſi

γυεῖν. πῶς οὖν εὔλογον ἐκείνοις μὲν ὑπάρχειν τὴν ἀτέλειαν τὴν πάλαι δοθεῖσαν· τοὺς δὲ ἐπὶ ὁμοίοις δαπανήμασιν ἀφεθέντας πάλαι, τυχὸν δὲ οὐδὲ τὴν ἀρχὴν ὑπαχθέντας, νῦν ἀφῃρῆσθαι τὴν προνομίαν, ἧς ἠξιώθησαν; πρὸς δὲ τούτοις Ηλεῖοι μὲν καὶ Δελφοὶ, διὰ τὰς πολυθρυλλήτους πενταετηρίδας ἅπαξ ἐπιτελεῖν εἰώθασι· διττὰ δέ ἐστι Νέμεα παρὰ τοῖς Αργείοις, καθάπερ Ισθμια παρὰ Κορινθίοις. ἐν μέντοι τούτῳ τῷ χρόνῳ, καὶ δύο πρόσκεινται παρὰ τοῖς Αργείοις ἀγῶνες ἕτεροι οἵδε, ὥστε εἶναι τέσσαρας πάντας ἐνιαυτοῖς τέσσαρσι. πῶς οὖν εἰκὸς ἐκείνους μὲν ἀπράγμονας εἶναι λειτουργοῦντας ἅπαξ, τούτους δὲ ὑπάγεσθαι καὶ πρὸς ἑτέρων συντελεῖν, ἐπὶ τετραπλασίοις τοῖς οἴκοι λειτουργήμασιν· ἄλλως τε οὐδὲ πρὸς Ελληνικὴν, οὐδὲ παλαιὰν πανήγυριν; οὐδὲ γὰρ ἐς χορήγησιν ἀγώνων γυμνικῶν, ἢ μουσικῶν οἱ Κορίνθιοι τῶν πολλῶν δέονται χρημάτων· ἐπὶ δὲ τὰ κυνηγέσια τὰ πολλάκις ἐν τοῖς θεάτροις ἐπιτελούμενα, ἄρκτους καὶ παρδάλεις ὠνοῦνται. ἅπερ αὐτοὶ μὲν εἰκότως

φέρουσι διὰ τὸν πλοῦτον, καὶ τῶν ἀναλωμάτων τὸ μέγεθος, ἄλλως τε καὶ πολλῶν πόλεων, ὡς εἰκὸς, αὐτοῖς εἰς τὴν συναγερμένων, ὠνοῦνται τὴν τέρψιν τοῦ θεάματος. Ἀργεῖοι δὲ χρημάτων τε ἔχοντες ἐνδεέστερον, καὶ ξενικῇ θέᾳ, καὶ πρὸς ἄλλοις ἐπιδουλεύειν ἀναγκαζόμενοι, πῶς οὐκ ἄδικα μὲν καὶ παράνομα, τῆς δὲ περὶ τὴν πόλιν ἀρχαίας δυνάμεώς τε καὶ δόξης ἀνάξια πείσονται; ὄντες γὰρ αὐτοῖς, καὶ αὐτοὶ γείτονες, οὓς προσῆκεν ἀγαπᾶσθαι μᾶλλον, εἴπερ ὀρθῶς εἶχε τὸ, οὐδ᾽ ἂν βοῦς ἀπόλοιτο, εἰ μὴ διὰ κακίαν γειτόνων· Ἀργεῖοι δὲ ἐοίκασιν οὐχ ὑπὲρ ἑνὸς πολυπραγμονούμενοι βοϊδίου ταῦτα τοὺς Κορινθίους αἰτιᾶσθαι, ἀλλ᾽ ὑπὲρ πολλῶν καὶ μεγάλων ἀναλωμάτων, οἷς οὐ δικαίως εἰσὶν ὑπεύθυνοι. καίτοι πρὸς τοὺς Κορινθίους εἰκότως ἂν ἴσως καὶ τοῦτο προστεθείη· πότερον αὐτοῖς δοκεῖ καλῶς ἔχειν τοῖς τῆς παλαιᾶς Ἑλλάδος ἕπεσθαι νομίμοις, ἢ μᾶλλον οἷς ἔναγχος δοκοῦσι παρὰ τῆς βασιλευούσης προσειληφέναι πόλεως. εἰ μὲν γὰρ τὴν τῶν παλαιῶν νομίμων ἀγαπῶσι σεμνότητα, οὐκ Ἀργείοις μᾶλλον εἰς Κόρινθον, ἢ

facilè ferant propter opum, & ſumptuum magnitudinem: & multis quidem ciuitatibus, vt par eſt, pecunias conferentibus, ipſi voluptatem ſuæ fraudis emunt. At Argiui & à pecuniis inopes, & externo ſpectaculo, & apud exteros homines ſeruire coacti, nónne iniuſtas & iniquas res, ac ciuitatis veteri potentiâ & gloriâ indignas patientur? Ac cùm hi ſint illis vicini, eóque nomine chariores eſſe debuiſſent, ſi modò locum haberet illud, Ne bos quidem perierit, niſi ob ſcelus vicini: tamen Argiui videntur, non de boue vno ſoliciti, Corinthios accuſare: ſed de multis & magnis ſumptibus, quibus præter ius & æquum obſtringuntur. Quamquam hoc etiam in Corinthios addi poteſt: vtrum malint iura veteris Græciæ ſequi, an ea quæ nuper à principe ciuitate acceperunt. Nam ſi in ſanctis veterum legibus ſtare volunt, non magis decet Argiuos Corinthiis, quàm

Argiuis Corinthios conferre: Sin autem recentes leges amplectuntur, & quoniam in Romanam coloniam redacti ſint, idcircò ciuitatem iſtam ſibi attribui contendunt, modeſtè ab iis deprecabimur, ne altiores ſpiritus gerant ſuis patribus, neque præclara inſtituta, quæ ab illis relicta ſunt Græciæ, in perniciem propinquorum ciuium euertant, ac mutent, præſertim recenti iudicio confiſi: verùm multò magis ſe moleſtiâ litigandi pro Argiuorum ciuitate liberari, in lucro & fructu auaritiæ ſuæ numerent. Nam ſi quis cauſſam hanc extra Græciam euocaſſet, minùs certè virium Corinthij habuiſſent, & iuris æquitas à multis & egregiis iſtis patronis diligenter exquiſita, magis apparuiſſet: à quibus & iudicem propoſitâ ciuitatis dignitate veritum, veriſimile eſt talem ſententiam tuliſſe. Verùm de ciuitatis iure, & Oratoribus, ſi audire voles, ipſiſque dicendi poteſtas fiat, cauſſam à principio audies, & de

Κορινθίοις εἰς Ἄργος συντελεῖν προσήκει. εἰ δὲ τοῖς νῦν ὑπάρξασι, τὴν πόλιν, ἐπεὶ τὴν Ῥωμαϊκὴν ἀποικίαν ἐδέξαντο, ἰσχυριζόμενοι πλέον ἔχειν ἀξιοῦσι, παραιτησόμεθα μετρίως αὐτοὺς μὴ τῶν πατέρων φρονεῖν μείζονα, μηδὲ ὅσα καλῶς ἐκεῖνοι κρίναντες, τὴν περὶ τὴν Ἑλλάδα διεφύλαξαν πόλεσιν ἔθιμα, ταῦτα καταλύειν καὶ καινοτομεῖν ἐπὶ βλάβῃ καὶ λύμῃ τῶν ἀστυγειτόνων, ἄλλως τε καὶ νεωτέρᾳ χρωμένοις τῇ ψήφῳ, καὶ τὴν ἀπραγμοσύνην " ὑπὲρ τῆς [f. τοῦ λαχόντος] Ἀργείων πόλεως τὴν δίκην εἰσελθεῖν, ἕρμαιον ἔχοντας τῆς πλεονεξίας. * ἣ γὰρ ἂν ἐφῆκεν ἔξω τῆς [ἢ.ν.] Ἑλλάδος ἀπάγων τὴν δίκην, οἱ Κορίνθιοι ἔλαττόν τε ἰσχύειν ἔμελλον, καὶ τὸ δίκαιον ἐξεταζόμενον καλῶς φαίνεσθαι πρὸς τῶν πολλῶν, καὶ γενναίων τούτων συνηγόρων· ὑφ' ὧν εἰκός ἐστι τὸν δικαστὴν, προτεθειμένου, καὶ περὶ τοῦ κατὰ τὴν πόλιν ἀξιώματος, δυσωπούμενον, ταύτην τὴν ψῆφον ἐξενεγκεῖν. ἀλλὰ τὰ μὲν ὑπὲρ τῆς πόλεως δίκαια καὶ τῶν ῥητόρων, εἰ μόνον ἀκούειν ἐθέλοις, καὶ λέγειν αὐτοῖς ἐπιτραπείη, τὴν δίκην ἀπ' ἀρχῆς πεύσῃ, καὶ τὸ παρά-

σαν ἐκ τῶν λεγομένων ὀρθῶς κριθήσεται. ὅτι δὲ χρὴ καὶ τοῖς πρεσβείαν ταύτην προσάγουσι δι' ἡμῶν πεισθῆναι, μικρὰ προσθεῖναι χρὴ περὶ αὐτῶν. Διογένης μέντοι καὶ Λαμπρίας φιλοσοφοῦσι μὲν εἴπερ τις ἄλλος τῶν καθ' ἡμᾶς· τῆς πολιτείας δὲ τὰ μὲν ἔννομα, καὶ κερδαλέα διαπεφεύγασι· τῇ πατρίδι δὲ ἐπαρκεῖν ἀεὶ κατὰ δύναμιν προθυμούμενοι, ὅταν ἡ πόλις ἐν χρείᾳ μεγάλῃ γένηται, τότε ῥητορεύουσι καὶ πολιτεύονται, καὶ πρεσβεύουσι, καὶ δαπανῶσιν ἐκ τῶν ὑπαρχόντων προθύμως, ἔργοις ἀπολογούμενοι τὰ φιλοσοφίας ὀνείδη, καὶ τὸ δοκεῖν ἀχρήστους εἶναι ταῖς πόλεσι τοὺς μετιόντας φιλοσοφίαν, ψευδὲς ἐλέγχοντες. χρῆται γὰρ αὐτοῖς ἥτε πατρὶς εἰς ταῦτα, καὶ πειρῶνται βοηθεῖν αὐτῇ τῷ δικαίῳ δι' ἡμῶν, ἡμεῖς δ' αὖθις διὰ σοῦ. τοῦτο γὰρ καὶ μόνον λείπεται τοῖς ἀδικουμένοις εἰς τὸ σωθῆναι, τὸ τυχεῖν δικαστοῦ κρίνειν τε ἐθέλοντος, καὶ δυναμένου καλῶς. ὁποτέρου γὰρ ἂν ἀπῇ τούτων, ἐξαπατηθέντος ἢ καταπροδόντος αὐτοῦ, τὸ δίκαιον οἴχεσθαι πάντως ἀνάγκη. ἀλλ' ὅτε

tota ſumma rectè ex eorum oratione ſtatuetur. Quod verò iis qui legati huc venerunt, credere oporteat, pauca addenda ſunt. Diogenes, & Lamprias, ſi quis alius hoc tempore, philoſophantur. Atqui hi Reipublicæ munera & quæſtus aſpernantur: attamen ſi patria eorum operam deſideret, ei pro viribus ſeruiunt: tùm cauſſas agunt, Rempublicam adminiſtrant, legationes ſuſcipiunt, & pecunias liberaliter impendunt: denique re ac factis Philoſophiæ crimina refutant, & quod vulgò creditur, Philoſophos patriæ inutiles eſſe, falſum demonſtrant. Vtitur enim illis ad res iſtas patria, & iuſtitiæ cauſſam defendere conantur noſtro auxilio vſi, nos verò tuo. Hoc enim reliquum eſt iis, qui afficiuntur iniuriâ, quò ſe tueantur, ac ſeruent, iudicem eum nanciſci, qui rectè iudicare & velit, & poſſit: verùmvis defuerit iſtorum, vt iudex fallatur, aut præuaricetur, æquitatem perire eſt neceſſe. Verùm quando

iudex eſt, qualem optamus, dicendi autem poteſtas non eſt, prohibitis præſertim tùm Oratoribus, primùm poſtulant facultatem dicendi ſibi concedi, neque illius inertiam, qui tùm ciuitatis cauſſam agebat, tantæ fraudi ſibi in poſterum eſſe. Neque verò abſurdum debet videri, quòd iudicium reuocetur: Vtile eſt enim populo commoda, & opportunitates paululùm negligere, vt in poſterum pacem atque otium redimat. Cùm enim exiguis regionibus eius vita terminetur, iucundum eſt exiguo ſaltem tempore tranquillè & quietè viuere: Horribile autem & periculoſum in ipſo fori conſpectu cauſſam perire, & ad poſteros non definitam tranſmitti: vt melius eſſe videatur, boni quocunque modo dimidium obtinere, quàm de toto dimicantes perire. At vrbes iſtas immortales, niſi quis integrè iudicabit, omnémque controuerſiam dirimet, ſempiternas inimicitias gerere neceſſe eſt. Graue autem odium eſſe ſolet, quod temporis longinquitas confir-

νῦν ἡμῖν τὰ μὲν τῶν δικαστῶν ὑπάρχει κατ' εὐχάς, λέγειν δ' οὐκ ἔνι μὴ τότε ἐφέντας, ἀξιοῦσι τοῦτο πρῶτον αὐτοῖς δοθῆναι· καὶ μὴ τὴν ἀπραγμοσύνην αὐτοῦ τότε συμπεσόντος τῇ πόλει, καὶ τὴν δίκην ἐπιτροπεύσαντος, αἰτίαν αὐτῷ γενέσθαι εἰς τὸν ἔπειτα αἰῶνα βλάβης τοσαύτης. ἄτοπον δὲ οὐ χρὴ νομίζειν, τὸ, τὴν δίκην αὖθις ἀνάδικον ποιεῖν. τοῖς μὲν γὰρ ἰδιώταις συμφέρει τὸ κρεῖττον καὶ λυσιτελέστερον ὀλίγον παριδεῖν, τὴν εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον ἀσφάλειαν ὠνουμένοις. ὄντος γὰρ αὐτοῖς ὀλίγου βίου, ἡδὺ μὲν καὶ τὸ μετ' ὀλίγον ἡσυχίαν ἀπολαῦσαι· φοβερὸν δὲ καὶ περὶ τῶν δικαστηρίων ἀπολέσθαι κρινόμενον, καὶ διαπέμψαι τὴν δίκην ἀτελῆ. ὥστε κινδυνεύειν κρεῖσσον εἶναι τὸ καλὸν ὁπωσοῦν προσλαβεῖν ἥμισυ, ἢ περὶ τοῦ παντὸς ἀγωνιζομένους ἀποθανεῖν. τὰς πόλεις δὲ ἀθανάτους οὔσας, εἰ μή τις δικαίως κρίνας, τὰς πρὸς ἀλλήλας φιλονεικίας ἀπαλλάξῃ, ἀθάνατον ἔχειν τὴν δύσνοιαν πάντως ἀναγκαῖον. καὶ τὸ μῖσος δὲ ἰσχυρὸν τῷ χρόνῳ κρα-

Digitized by Google

τευόμενον. εἴρηται, φασὶν οἱ Ῥήτορες, ὅ γ' ἐμὸς λόγος· κρίνοις δ' ἂν αὐτὸς τὰ δέοντα.

Ἰουλιανὸς Αὐτοκράτωρ Πορφυρίῳ χαίρειν.

λϛ.

Πολλή τις ἦν πάνυ καὶ μεγάλη βιβλιοθήκη Γεωργίου, παντοδαπῶν μὲν φιλοσόφων, πολλῶν δὲ ὑπομνηματογράφων. οὐκ ἐλάχιστα δ' ἐν αὐτοῖς, καὶ τὰ τῶν Γαλιλαίων πολλὰ καὶ παντοδαπὰ βιβλία. πᾶσαν οὖν ἀθρόως ταύτην τὴν βιβλιοθήκην ἀναζητήσας, φρόντισον εἰς Ἀντιόχειαν ἀποστεῖλαι, γινώσκων ὅτι μεγίστῃ δὴ καὶ αὐτὸς περιβληθήσῃ ζημίᾳ, εἰ μὴ μετὰ πάσης ἐπιμελείας ἀνιχνεύσαις, καὶ τοὺς ὁπωσοῦν ὑπόνοιαν ἔχοντας ὑφῃρῆσθαι τῶν βιβλίων, πᾶσι μὲν ἐλέγχοις, παντοδαποῖς δὲ ὅρκοις, πλείοσι δὲ τῶν οἰκετῶν βασάνοις, πείθειν εἰ μὴ δύναιο, καταναγκάσας εἰς μέσον πάντα παρακομίσαι.

Ἀμερίῳ.

λζ.

Οὐκ ἀδακρυτὶ σοῦ τὴν ἐπιστολὴν ἀνέγνων, ἣν ἐπὶ τῷ

mauit. Dixi, vt aiunt Rhetores, nunc de cauſſa, vt æquum erit, ſtatuito.

IVLIANVS IMPERATOR *Porphyrio S.*

XXXVI.

GEorgij magna ſanè & copioſa bibliotheca fuit, & Philoſophorum, & Hiſtoricorum omni genere referta: ſed de Galilæorum maximè doctrina permulti, & varij commentarij extabant. Quare totam eam bibliothecam perquire, & Antiochiam mitte: ſcito autem te quoque grauiſſimas pœnas eſſe daturum, niſi omnem diligentiam in quærendo adhibueris, & quos ſuſpicio erit quacunque ratione libros aliquos interuertiſſe, tùm argumentis omnibus, tùm iureiurando multiplici, tùm magis ſeruorum quæſtione, niſi queas conuincere, ſaltem vi cogas eos in medium proferre.

AMERIO.

XXXVII.

LEgi tuam epiſtolam non ſine lachrymis, in qua de

de vxoris tuæ obitu ſcribis, caſúſque acerbitatem exponis. Nam cùm res per ſe luctuoſa ſit, vxorem adoleſcentulam, & caſtam, & viro ſuo iucundam, prætereáque liberorum præſtantium matrem, ante tempus ereptam eſſe, tanquam facem accenſam, & paulò pòſt extinctam: tùm verò ad te dolorem eum pertinere, per mihi moleſtum eſt. Etenim indigniſſimus erat omnium noſter Amerius, qui moleſtiam, dolorémque aliquem guſtaret, vir & oratione optimus, & nobiſcum coniunctiſſimus. Verùm enimverò ſi ad alium ſcriberem, omninò longiore mihi oratione opus eſſet, quâ & humanum eſſe eum caſum docerem, & ferre neceſſarium, & in luctu grauiore ſolatium maius non eſſe: denique omnia remedia quę ad dolorem leniendum apta viderentur, tanquam eorum imperito adhiberem. Nunc verò quoniam turpe videtur ad eum qui cæteros docet, eâ vti oratione, quâ indoctos lenire ac erudire conſueuimus: age, cæteris

τῆς συνοικησάσης θανάτῳ πεποίηκασαι, τοῦ πάθους τὴν ὑπερβολὴν ἀγγείλας. πρὸς γὰρ τῷ καὶ καθ' ἑαυτὸ λύπης τὸ ξυμβὰν ἄξιον εἶναι, γυναῖκα νέαν τε σώφρονα, καὶ θυμήρη τῷ γήμαντι, πρὸς δὲ καὶ παίδων ἱερῶν μητέρα, πρὸ ὥρας ἀναρπασθῆναι καθάπερ δᾷδα ἡμμένην, εἶτα ἐν ὀλίγῳ κατασβεσθεῖσαν τὴν φλόγα, ἔτι τε τὸ τοῦ πάθους εἰς σὲ τεῖνον, οὐχ ἧττόν μοι δοκεῖ λυπηρὸν εἶναι. ἥκιστα γὰρ δὴ πάντων ἄξιος ἦν ὁ καλὸς ἡμῶν Ἀμέριος, ἀλγεινοῦ τινος εἰς πεῖραν ἐλθεῖν, ἀνὴρ καὶ λόγῳ χρηστός, καὶ ἡμῖν εἰς τὰ μάλιστα τῶν φίλων ὁ ποθεινότατος. οὐ μὴν ἀλλ' εἰ μὲν ἕτερος ἦν, ᾧ γράφειν ἐπὶ τούτων ἐχρῆν, πάντως ἂν ἔδει μοι πλειόνων εἰς τοῦτο λόγων, τό, τε συμβὰν ὡς ἀνθρώπινον, καὶ τὸ φέρειν ὡς ἀναγκαῖον, καὶ τὸ μηδὲν ἐκ τοῦ μᾶλλον ἀλγεῖν, ἔχειν πλέον εὑρεῖν, καὶ πάντα ὅσα ἐδόκει πρὸς τὴν τοῦ πάθους παραμυθίαν ἁρμόττειν, ὡς ἀγνοοῦντι διδάσκοντι. ἐπεὶ δὲ αἴσχιον ἡγοῦμαι πρὸς ἄνδρα τοὺς ἄλλους νουθετοῦντα ποιεῖσθαι λόγους, οἷς χρὴ τοὺς μὴ εἰδότας σωφρονίζειν, καὶ παιδεύειν, φέρε

σοι τὰ ἄλλα παρεὶς, ἀνδρὸς εἴπω σοφοῦ μῦθον, εἴτε δὴ λόγον ἀληθῆ, σοὶ μὲν ἴσως οὐ ξένον, τοῖς πλείοσι δὲ, ὡς εἰκὸς, ἄγνωστον, ᾧ δὴ καὶ μόνῳ χρησάμενος ὥσπερ φαρμάκῳ νηπενθεῖ, λύσιν ἂν εὕροις τοῦ πάθους, οὐκ ἐλάττω τῆς κύλικος, ἣν ἡ Λάκαινα τῷ Τηλεμάχῳ πρὸς τὸ ἴσον τῆς χρείας ἀρέξασθαι πιστεύεται. Φασὶ καὶ Δημόκριτον τὸν Ἀβδηρίτην, ἐπειδὴ Δαρείῳ γυναικὸς καλῆς ἀλγοῦντι θάνατον οὐκ εἶχεν ὅ, τι ἂν εἰπὼν εἰς παραμυθίαν ἀρκέσειεν, ὑποσχέσθαι οἱ τὴν ἀπελθοῦσαν εἰς φῶς ἀνάξειν, ἢν ἐθελήσῃ τῶν εἰς τὴν χρείαν ἡκόντων ὑποστῆναι τὴν χορηγίαν. κελεύσαντος δ' ἐκείνου μὴ φείσασθαι, ὅ, τι δ' ἂν δέῃ λαβόντα τὴν ὑπόσχεσιν ἐμπεδῶσαι, μικρὸν ἐπισχόντα χρόνον εἰπεῖν, ὅ τι τὰ μὲν ἄλλα αὐτῷ πρὸς τὴν τοῦ ἔργου πρᾶξιν συμπορισθείη, μόνου δὲ ἑνὸς προσδέοιτο, ὃ δὴ αὐτὸν μὲν οὐκ ἔχειν ὅπως ἂν λάβοι· Δαρεῖον δὲ ὡς βασιλέα ὅλης τῆς Ἀσίας, οὐ χαλεπῶς ἂν ἴσως εὑρεῖν. ἐρομένου δ' ἐκείνου τί ἂν εἴη τοσοῦτον, ὃ μόνῳ βα-

rebus omiſſis, referam tibi fabulam, vel potiùs verum ſermonem ſapientis cuiuſdam viri, non quidem illum tibi fortaſſe inauditum, attamen multis, vt opinor, ignotum, quo vel vnico tanquam lætitiæ pharmaco vſus, ægritudinis remedium inuenies, non minùs quàm illo poculo, quod Telemacho in re ſimili Lacæna dediſſe creditur. Aiunt enim Democritum Abderiten, cùm nullo modo poſſet Darium, cui paulò antè vxor pulcherrima è vita exceſſerat, conſolari, ſe illi mortuam reſuſcitaturum dixiſſe, ſi vellet res ad hoc negotium neceſſarias ſuppeditare: cúmque Rex eum iuberet, nullâ ſumptus ratione habitâ, quidquid opus eſſet, accipere, promiſſáque præſtare: tùm pauliſper cunctatum dixiſſe, cætera quidem ſibi abundè ſuppetere, vnum deeſſe, neque id quemadmodum haberi poſſet ſe intelligere: Darium tamen quòd totius Aſiæ Rex eſſet, facilè fortaſſe conſecuturum. Hic cùm rogaret ille, quid tandem tam magnum eſſet,

quod ſoli Regi fas eſſet ſcire : tùm Democritum reſpondiſſe aiunt, Si tumulo vxoris inſcriberet nomina trium, quas nemo luxiſſet, ſic demùm illam ab inferis eſſe redituram : fore enim vt eius mortis conſuetudine erubeſceret. Tùm Darius cùm hæreret, neminémque reperiret, cui triſte aliquid non accidiſſet, Democritus pro ſua conſuetudine ridens, Et tu, inquit, ineptiſſime omnium, non vereris lugere, quaſi vnus tanti mali particeps, cùm neminem eorum qui vnquam fuerunt, ſine priuato aliquo dolore vixiſſe reperias? Verùm iſta quidem Darium audire conueniebat, hominem barbarum, & indoctum, voluptati, ac dolori obſequentem : at te & Græcum, & veræ doctrinæ ſtudioſum à teipſo habere decet, vt tibi imperes. Etenim turpe fuerit rationi, non poſſe impetrare quod imperatura eſt dies.

σιλεῖ γνωσθῆναι συγχωρεῖται, ὑπολαβόντα φασὶ τὸν Δημόκριτον, εἰ τριῶν ἀπενθήτων ὀνόματα τῷ τάφῳ τῆς γυναικὸς ἐπιγράψειεν, αὖθις αὐτὴν ἀναβιώσεσθαι, τῷ τῆς τελευτῆς νόμῳ δυσωπουμένην. ἀπορήσαντος δὲ τοῦ Δαρείου, καὶ μηδένα ἄνδρα δυνηθέντος εὑρεῖν, ὅτῳ μὴ καὶ παθεῖν λυπηρόν τι συνηνέχθη, γελάσαντα συνήθως τὸν Δημόκριτον εἰπεῖν· ἔτι, ὦ πάντων ἀτοπώτατε, θρηνεῖς ἀναίδην, ὡς μόνος ἀνθρώπῳ τοσούτῳ συμπλακείς, ὃ μηδὲ ἕνα τῶν πώποτε γεγονότων ἄμοιρον οἰκείου πάθους ἔχων εὑρεῖν; ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἀκούειν ἐδεῖτο Δαρεῖος ἀνὴρ βάρβαρος καὶ ἀπαίδευτος, ἔκδοτος ἡδονῇ καὶ πάθει· σὲ δὲ ἄνδρα Ἕλληνα καὶ παιδείαν ἀληθῆ πρεσβεύοντα, καὶ παρὰ σαυτοῦ τὸ εἰκὸς ἔχειν ἄρχειν. ἐπεὶ καὶ ἄλλως αἰσχύνη τοῦ λογισμοῦ γένοιτ' ἂν, εἰ μὴ ταὐτὸν δύναιτο τῷ χρόνῳ.

Maximo Philoſopho.

XXXVIII.

OMnes vno tempore cogitationes meæ ſe ſe

Μαξίμῳ φιλοσόφῳ.

λη.

ΠΑντα ἀθρόα ἐπεισί μοι, καὶ ἀποκλείει τὴν φωνὴν

Digitized by Google

ἄλλο ἄλλῳ προσελθεῖν οὐ συγχω-
ροῦν τῶν ἐμῶν διανοημάτων·
εἴτε ψυχρὸν τῶν παθῶν, εἴτε
ὅπως φίλον κατονομάζειν τὰ
τοιαῦτα· ἀλλ' ἀποδῶμεν αὐτοῖς,
ὧν ὁ χρόνος ἀπέδωκε τάξιν, εὐ-
χαριστήσαντες τοῖς πάντα ἀγα-
θοῖς θεοῖς, οἳ τέως μὲν γράφειν
ἐμοὶ συνεχώρησαν, ἴσως δὲ ἡμῖν
καὶ ἀλλήλους ἰδεῖν συγχωρήσουσιν.
ὡς πρῶτον Αὐτοκράτωρ ἄκων
ἐγενόμην· ὡς ἴσασιν οἱ θεοί, καὶ
τοῦτ' αὐτοῖς καταφανές, ὃν ἐνεδέ-
χετο τρόπον, ἐποίησα· στρατεύσας
ἐπὶ τοὺς Βαρβάρους, ἐκείνης μοι
γενομένης τριμήνου στρατείας,
ἐπανιὼν εἰς τοὺς Γαλλικοὺς, ἐπε-
σκόπουν, καὶ τῶν ἐκεῖθεν ἡκόν-
των ἀνεπυνθανόμην, μή τις
φιλόσοφος, μή τις σχολαστικὸς, ἢ
τριβώνιον, ἢ χλανίδιον φορῶν
κατῆρεν. ἐπεὶ δὲ περὶ τὴν Βικεν-
τίωνα· πολίχνιον δὲ νῦν ἐστιν ἀνει-
λημμένη, πάλαι δὲ μεγάλη τε
ἦν, καὶ πολυτελέσιν ἱεροῖς κατε-
κόσμητο, τείχει καρτερῷ, καὶ
προσέτι τῇ φύσει τοῦ χωρίου,
περιθεῖ γὰρ αὐτὸ ὁ Δανούβις πο-
ταμός, ἡ δὲ ὥσπερ ἐν θαλάττῃ
πετρώδης ἄκρα ἀνέστηκεν, ἄβα-

mihi offerunt, vocémque intercludunt, dum nulla aliam præire patitur: ſiue eſt ineptus & frigidus quidam affectus, ſiue aliud quodcunque voles nominare: ſed demus iis locum, quem tempus tribuit, Diiſque optimis gratias agamus, qui adhuc facultatem ſcribendi nobis conceſſere, ac viſendi mutuò fortaſſis etiam concedent. Cùm primùm Imperator inuitus creatus ſum (cuius rei conſcij ſunt Dij, & quantum in me ſitum fuit, ipſis declaraui) bellum gerens in Barbaros, & trimeſtri ſpatio in ea militia conſumpto, ad Gallos reuertens, circunſpiciebam, & percontabar de omnibus qui illinc venirent, num quis Philoſophus, num quis ſcholaſticus, aut pallio penuláue indutus eò appuliſſet. Cùm autem Vicentionem appropinquarem (eſt autem oppidulum nunc refectum, magnum tamen olim, & magnificis templis ornatum, mœnibus firmiſſimis, & loci naturâ munitum, propereà quòd cingitur Danubio: eſtque, vt in mari, rupes excelſa, propemodum ipſis auibus in-

Digitized by Google

acceſſa, niſi quà flumen ambiens tanquam littora quædam habet proiecta) cùm, inquam, propè abeſſem ab hac vrbe, vir quidam Cynicus cum pera & baculo mihi occurrit. Eum ego cùm eminùs aſpexiſſem, teipſum eſſe putaui: cùm acceſſi propiùs, à te omninò illum venire ſuſpicatus ſum. Eſt autem mihi quidem ille amicus, multùm tamen infra expectationem meam. Ergo hoc vnum nobis commodum attulit. Poſteà exiſtimabam te de rebus meis ſolicitum, nuſquam è Græcia pedem extuliſſe. Teſtis eſt Iupiter, teſtis magnus Sol, teſtis Minerua, teſtes Dij Deæque omnes, quanto in timore tuâ cauſſâ fuerim, cùm ad Illyrios à Gallis venirem. Et quidem ſciſcitabar Deos, non ego ipſe (neque enim præſens ſpectare audiréve potuiſſem, quis tùm ſtatus eſſe poſſet rerum tuarum) ſed aliis negotium committebam. At Dij manifeſtè oſtendebant perturbationes aliquas tibi fore, nihil tamen terribile, aut opportunum ſceleratis con-

τος ὀλίγου δέω φάναι καὶ αὐτοῖς ὄρνισι, πλὴν ὅσα ὁ ποταμὸς αὐτὴν περιρρέων, ὥσπερ τινὰς αἰγιαλοὺς ἔχει προκειμένους· ταύτης πλησίον τῆς πόλεως ἀπήντησέ τις Κυνικὸς ἀνήρ, ἔχων τρίβωνα καὶ βακτηρίαν. τοῦτον πόρρωθεν θεασάμενος, οὐδὲν ἄλλο ὑπέλαβον ἢ σέ. πλησίον δὲ ἤδη προσιὼν, παρὰ σοῦ πάντως ἥκειν αὐτὸν ἐνόμιζον. οὗτος δ' ἀνὴρ φίλος μὲν, ἥττον δὲ τῆς προσδοκωμένης ἐλπίδος. ἓν μὲν δὴ τοιοῦτον ὄναρ ἐγένετό μοι. μετὰ τοῦτο δὲ ᾤμην σε πολυπραγμονήσαντα τὰ κατ' ἐμὲ, τῆς Ἑλλάδος ἐκτὸς οὐδαμῶς ἀφεθῆναι. ἴστω Ζεὺς, ἴστω μέγας Ἥλιος, ἴστω Ἀθηνᾶς κράτος, καὶ πάντες θεοὶ καὶ πᾶσαι, πῶς κατιὼν ἐπὶ τοὺς Ἰλλυριοὺς ἀπὸ τῶν Κελτῶν, ἔτρεμον ὑπὲρ σοῦ. καὶ ἐπυνθανόμην τῶν θεῶν, αὐτὸς μὲν οὐ τολμῶν· οὐ γὰρ ὑπέμενον οὔτε ἰδεῖν τοιοῦτον, οὔτε ἀκοῦσαι οὐδὲν, οἷον ἄν τις ὑπέλαβε δύνασθαι τηνικαῦτα περί σε γίνεσθαι· ἐπέτρεπον δὲ ἄλλοις. οἱ θεοὶ δὲ ταραχὰς μὲν τινας ἔσεσθαι περί σε περιφανῶς ἐδήλουν, οὐδὲν μέν τοι δεινὸν, οὐδὲ εἰς ἔργον τῶν ἀθέ-

σμων βουλευμάτων. ἀλλ' ὁρᾷς ὅτι μεγάλα καὶ πολλὰ παρέδραμον. μάλιστά σε πυθέσθαι ἄξιον, πῶς μὲν ἀθρόως τῆς ἐπιφανείας ᾐσθόμεθα τῶν θεῶν· τίνα δὲ τρόπον τὸ τοσοῦτον τῶν ἐπιβούλων πλῆθος διεπεφεύγαμεν, κτείναντες οὐδένα, χρήματα οὐδενὸς ἀφελόμενοι, φυλάξαμενοι δὲ μόνον οὓς ἐλαμβάνομεν ἐπ' αὐτοφώρῳ. ταῦτα μὲν οὖν ἴσως οὐ γράφειν, ἀλλὰ φράζειν χρή. οἶμαι δέ σε καὶ μάλα ἡδέως πεύσεσθαι. θρησκεύομεν τοὺς θεοὺς ἀναφανδόν· καὶ τὸ πλῆθος τοῦ συγκατελθόντος μοι στρατοπέδου θεοσεβές ἐστιν. ἡμεῖς φανερῶς βουθυτοῦμεν. ἀπεδώκαμεν τοῖς θεοῖς χαριστήρια, ἑκατόμβας πολλάς. ἐμὲ κελεύουσιν οἱ θεοὶ τὰ πάντα ἁγνεύειν εἰς δύναμιν. καὶ πείθομαί γε, καὶ προθύμως αὐτοῖς. μεγάλους καρποὺς τῶν πόνων ἀποδώσειν φασίν, ἂν μὴ ῥαθυμῶμεν. ἦλθε πρὸς ἡμᾶς Εὐάγριος.

ſiliis denunciabant. Sed vides me multas & magnas res prætcrire. Illud maximè te audire conuenit, & quemadmodum vno tempore præſens auxilium Deorum ſenſimus, & tantam inſidiatorum multitudinem effugimus, nemine occiſo, aut ſpoliato: ſed iis tantùm cuſtodiæ traditis, qui in ſcelere ipſo deprehenſi erant. Atque hæc quidem fortaſſe melius erat dicere, quàm ſcribere: puto tamen abs te libentiſſimo animo auditum iri. Deos publicè & palàm colimus, & totus meus exercitus pietatem amat. Nos apertè boues immolamus. Diis gratias egimus multis Hecatombis. Me iubent Dij purè & caſtè, quoad potero, viuere. Ego verò iis pareo, & quidem libenti animo. Magnos fructus laborum pollicentur, niſi ſegniter agamus. Venit ad nos Euagrius.

Τῷ αὐτῷ.

λθ.

Ολυμ.ο. Χρὴ ξένον παρεόντα φιλεῖν, ἐθέλοντα δὲ πέμπειν,

Eidem.

XXXIX.

Dum tecum eſt hoſpes, colito, dimitte volen-

tem: ſic lex Homeri præcipit: At nobis amicitia eſt longè maior, quàm illa hoſpitij, nempè hæc, quam doctrina quæcumque eſt, ac religio conciliat. Quare nemo me iure accuſaſſet, quaſi Homericam legem violarem, ſi te apud nos diutiùs manere voluiſſem: Sed cùm viderem corpuſculum tuum curationis ac ſolatij maioris indigere, permiſi tibi vt ires in patriam, & de commoditate itineris prouidi: vſum ſiquidem publici vehiculi tibi conceſſi. Æſculapius, & Dij omnes te deducant, atque iterùm ad nos adducant.

Ὅμηρος ὁ σοφὸς ἐνομοθέτησεν. ἡμῖν δὲ ἡ ὑπάρχει πρὸς ἀλλήλους ξενικῆς φιλίας ἀμείνων, ἥτε διὰ τῆς ἐνδεχομένης παιδείας, καὶ τῆς περὶ τοὺς θεοὺς εὐσεβείας. ὥστε οὐκ ἄν μέ τις ἐγράψατο δικαίως τὸν Ὁμήρου παραβαίνοντα νόμον, εἰ καὶ ἐπὶ πλεῖόν σε μένειν παρ' ἡμῖν ἀξιώσαιμι. ἀλλά σοι τὸ σωμάτιον ἰδὼν ἐπιμελείας πλείονος δεόμενον, ἐπέτρεψα βαδίζειν εἰς τὴν πατρίδα, καὶ ῥᾳστώνης ἐπεμελήθην τῆς πορείας. ὀχήματι γοῦν ἔξεστί σοι δημοσίῳ χρήσασθαι. πορεύοιεν δέ σε σὺν Ἀσκληπιῷ πάντες οἱ θεοί, καὶ πάλιν ἡμῖν συντυχεῖν δοῖεν.

IAMBLICHO.

XL.

Sentio tuam in reprehendendo dulcedinem, & quemadmodum vtrumque pariter efficias, vt & nos ſcribendo ornes, & reprehendendo erudias. Ego verò ſi mihi eſſem conſcius, vel tantillùm officio erga te meo defuiſſe, certè aliquâ probabili ratione crimen conarer effugere, quantum poſſem, aut delicti veniam pe-

Ἰαμβλίχῳ.

μ.

Αἰσθάνομαί σου τῆς ἐν τῇ μέμψει γλυκύτητος, καὶ ὡς ἑκάτερον ἐξ ἴσου πράττεις, καὶ οἷς γράφεις τιμῶν, καὶ οἷς ἐγκαλεῖς παιδεύων. ἐγὼ δὲ εἰ μέν τι συνῄδειν ἐμαυτῷ τῶν πρός σε γιγνομένων, καὶ κατὰ μικρὸν ἐλλείψαντι, πάντως ἂν τινὰς προφάσεις εὐλόγως εἰπὼν, ἐπειρώμην, ὡς ἐνῆν, τὴν μέμψιν ἐκκλίνειν, ἢ συγγνώμην

ἁμαρτὼν αἰτεῖν συγγνώμην οὐκ ἠρνούμην. ἐπεὶ μηδὲ ἄλλως ἀσύγγνωστον οἶδά σε πρὸς τοὺς σούς, εἴ τι τὴν πρὸς σὲ φιλίαν ἐξήμαρτον ἄκοντες. νῦν δέ· οὐ γὰρ ἦν οὔτε προφασίσασθαι θέμις, οὔτε ἡμᾶς ἀμελεῖν, ἵνα τύχοιμεν ὧν ἀεὶ ζητοῦντες ποθοῦμεν· φέρε σοι καθάπερ ἐν ὅρῳ γραφῆς ἀπολογήσομαι, καὶ δείξω μηδὲν ἐμαυτὸν ὧν ἐχρῆν, εἰς σὲ παριδεῖν, ἀλλὰ μηδὲ μελλῆσαι τολμήσαντα. ἦλθον ἐκ Παννονίας ἤδη τρίτον ἔτος τουτί, μόλις ἀφ' ὧν οἶσθα κινδύνων καὶ πόνων σωθείς. ὑπερβὰς δὲ τὸν Χαλκηδόνιον πορθμόν, καὶ ἐπιστὰς τῇ Νικομήδους πόλει, σοὶ πρώτῳ καθάπερ πατρίῳ Θεῷ τὰ πρωτόλεια τῶν ἐμαυτοῦ σωτηρίων ἀπέδωκα, σύμβολον τῆς ἀφίξεως τῆς ἐμῆς, οἷον ἀντ' ἀναθήματος ἱεροῦ τὴν εἰς σὲ πρόρρησιν ἐκπέμπων. καὶ ἦν ὁ κομίζων τὰ γράμματα τῶν βασιλείων ὑπασπιστῶν εἷς, Ἰουλιανὸς ὄνομα, Βακχύλου παῖς, Ἀπαμεὺς τὸ γένος, ᾧ διὰ τοῦτο μάλιστα τὴν ἐπιστολὴν ἐνεχείριζον, ὅτι καὶ πρὸς ὑμᾶς ἥξειν, καί σε ἀκριβῶς εἰδέναι καθυπισχνεῖτο. μετὰ ταῦτά μοι καθάπερ

tere non recuſarem: præſertim cùm te ſciam non eſſe tuis implacabilem, ſi quid per imprudentiam in amicitia offenderint. Nunc autem (neque enim cunctationem, aut inertiam res ferebat, ſi modò aſſequi aliquando volumus, quæ ſemper optauimus) conſtitui tibi, tanquam coram iudice res eſſet, cauſſam dicere, nihilque à me, ſecùs quàm oporteret, vel negligentiâ, vel tarditate commiſſum eſſe, probare. E Pannonia veni tertio ab hinc anno, vix ex illis periculis & laboribus, quos tu minimè ignoras, ereptus. Cùm autem fretum Chalcedonium traieciſſem, & ad vrbem Nicomedis appropinquaſſem, tibi primo quaſi patrio Deo prima pro ſalute mea vota perſolui, cùm ad te ſignum aduentus mei, quaſi donarium aliquod ſacrum, ſalutationem miſi. Literas autem ferebat vnus è regiis ſatellitibus, nomine Iulianus, Bacchyli filius, genere Apameus, cui propterea libentiùs epiſtolam tradidi, quòd & iſtuc ire, & te optimè noſſe aiebat. Poſteà verò mihi abs te

tanquam

tanquam ab Apolline ſacra epiſtola allata eſt, quâ te libenter de meo aduentu cognouiſſe declarabas. Fuit verò mihi tanquam lætum omen, & initium benè ſperandi, ſapiens ille Iamblichus, & Iamblichi literæ. Quid hic commemorem quantoperè lætatus fuerim, aut quemadmodum legendis tuis literis affectus? Si enim de hac re literas noſtras accepiſti (quas tabellario cuidam ex iis qui ad nos iſtinc veniunt, dedimus ad te perferendas) certè quantam ex iis voluptatem cœperim, è noſtris verbis intelligis. Iterùm autem cùm domum rediret educator meorum liberorum, alteras ad te literas miſi, quibus & tibi de prioribus tuis literis gratias agebam, & ſimul in poſterum mutuas à te literas flagitabam. Poſteà venit ad nos legatus clarus vir Sopater, vtque hominem agnoui, continuò exilui, cúmque complexus, fleui præ gaudio, quòd nihil niſi te ac tuas literas augurarer. Quas vt accepi, oſculatus ſum, & ad oculos admoui, mordicúſque tenui,

ὡς ἐξ Ἀπόλλωνος ἱερὸν ἐφοίτα παρὰ σοῦ γράμμα, τὴν ἄφιξιν τὴν ἡμετέραν ἀσμένως ἀκηκοέναι δοκοῦντος. ἦν τε τοῦτο ἐμοὶ δεξιὸν οἰώνισμα καὶ χρηστῶν ἐλπίδων ἀρχή, Ἰάμβλιχος ὁ σοφός, καὶ τὰ Ἰαμβλίχου γράμματα, τί με δεῖ λέγειν ὅπως ηὐφράνθην, ἢ ἃ περὶ τὴν ἐπιστολὴν ἔπαθον σημαίνειν; εἰ γὰρ ἐδέξω τὰ παρ' ἡμῶν ἕνεκα τούτου γραφέντα· ἣν δὲ δι' ἡμεροδρόμου τῶν ἐκεῖθεν ἡκόντων ὡς σὲ πεμφθέντα· πάντως ὁπόσην ἐπ' αὐτοῖς ἡδονὴν ἔσχον, ἀφ' ὧν ἐδήλωσα γινώσκεις. πάλιν ἐπανιόντος οἴκαδε τοῦ τροφέως τῶν ἐμαυτοῦ παιδίων, ἑτέρων ἦρχον πρὸς σε γραμμάτων, ὁμοῦ καὶ τὴν ἐπὶ τοῖς φθάνουσι χάριν ὁμολογῶν, καὶ πρὸς τὸ ἑξῆς ἐν ἴσῳ παρὰ σοῦ τὴν ἀντίδοσιν αἰτῶν. μετὰ ταῦτα ἐπρέσβευσεν ὡς ἡμᾶς ὁ καλὸς Σώπατρος· ἐγὼ δὲ ὡς ἔγνων, εὐθὺς ἀναπηδήσας ᾖξα, καὶ περιπλακεὶς ἐδάκρυον ὑφ' ἡδονῆς, οὐδὲν ἄλλο ἢ σε καὶ τὰ παρὰ σοῦ πρὸς ἡμᾶς ὀνειροπολῶν γράμματα. ὡς δὲ ἔλαβον, ἐφίλησα, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς προσῆγον, καὶ ἀπρὶξ εἰχόμην,

ὥσπερ δεδιὼς μὴ λάθῃ με ἀποπτᾶσα ἐν τῇ τῶν γραμμάτων ἀναγνώσει τὸ τῆς σῆς εἰκόνος ἴνδαλμα. καὶ δὴ καὶ ἀντέγραφον αὖθις, οὐ πρὸς σὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸν ἱερὸν Σώπατρον τὸν ἐκείνου παῖδα, καθάπερ ἀθυρπλόμενος, ὅτι τὸν κοινὸν ἑταῖρον ἐκ τῆς Ἀπαμείας οἷον ἐνέχυρον τῆς ὑμετέρας ἀπουσίας ἀντειληφότες εἴημεν. ἐξ ἐκείνου ταύτην ἤδη πρός σε γεγραφώς, αὐτὸς οὐδεμίαν ἄλλην, ἢ τὴν ἐν ᾗ μέμφεσθαι δοκεῖς ἐπιστολὴν ἐδεξάμην. εἰ μὲν δὴ διὰ τοῦτο ἐγκαλεῖς, ἵνα τῷ τῆς αἰτίας σχήματι πλείονας ἡμῖν ἀφορμὰς τοῦ γράφειν παρεξενῇς, δέχομαι τὴν μέμψιν ἄσμενος πάντων, καὶ ἐν οἷς λαμβάνω, τὸ πᾶν τῆς χάριτος εἰς ἐμαυτὸν οἰκειοῦμαι. εἰ δὲ ὡς ἀληθῶς ἐλλείψαντά τι τοῦ πρός σε καθήκοντος αἰτιᾷ, τίς ἂν ἐμοῦ γένοιτ᾽ ἂν ἀθλιώτερος, διὰ γραμματοφόρων ἀδικίαν ἢ ῥαθυμίαν, πάντων ἥκιστα τοῦ τυγχάνοντος; καίτοι ἐγὼ μὲν κἂν μὴ πλεονάκις γράφω, δίκαιός εἰμι συγγνώμης παρὰ σοῦ τυγχάνειν, οὐ τῆς ἀσχολίας, ἣν ἐν χερσὶν ἔχω, φαίην ἄν. μὴ γὰρ οὕτω

quaſi veritus ne inter legendum imago vultus tui ex oculis meis ſenſim euolaret. Et quidem ſtatim reſcripſi, non ad te ſolùm, ſed etiam ad illius filium Sopatrum clariſſimum, quaſi ludens quòd communem amicum ex Apamea tanquam obſidem pro vobis abſentibus accepiſſemus. Ex eo tempore cùm hanc ad te ſcripſerim, nullam abs te epiſtolam accepi, præter iſtam quâ me videris accuſare. Ac ſi ob id nos accuſas, vt hâc ſpecie accuſationis maiorem nobis occaſionem ſcribendi præbeas, accipio libenti animo totam accuſationem tuam, atque ex his ipſis literis, quas abs te accipio, omnem gratiam & ſuauitatem decerpo. Sin autem omninò peccatum aliquod meum erga te accuſas, quis me miſerior, qui per tabellariorum iniuriam, aut negligentiam tibi ſatisfacere officio non poſſum? Quamquam ego certè licèt non perſæpè ſcriberem, attamen iure poſſem à te veniam obtinere, non propter negotium quod in manibus ha-

Digitized by Google

beo (abſit enim vt adeò ſim miſer, vt te meis rebus omnibus, ſicut Pindarus ait, non anteponam) ſed quòd ad te tantum virum, cuius vel meminiſſe ſine timore non licet, qui ſcribere etiam cunctatur, ſapientior eſt meo iudicio, quàm is qui nimis audet. Nam ſicut qui in Solem aſſiduè ſuſpicere audent, niſi diuiniore quadam naturâ præditi ſint, eiúſque radios tanquam Aquilarum veri fœtus intueantur, neque ea quæ nefas eſt videre, poſſunt cernere, & quò magis contendunt, eò magis ſe id aſſequi non poſſe oſtendunt: ſic qui ad te audet ſcribere, quò plus audere nititur, eò magis timendum eſſe, liquidò demonſtrat. Tibi verò, vir clariſſime, qui ad Græciam totam ſeruandam, vt ita dicam, conſtiturus es, conſentaneum erat & ad nos crebras literas mittere, & noſtram deſidiam, inertiámque, quantum poſſes, coërcere. Nam quemadmodum Sol (vt iterùm ex eodem Deo ad te ſimilitudinem mea ducat oratio) vt, inquam, Sol cùm purus totus ac lucidus radiis collucet, non diſpicies an

παρέλξαιμι κακῶς, ὡς μὴ καὶ ἀσχολίας ἁπάσης, καθά φησι Πίνδαρος, τὸ κατά σε κρεῖττον ἡγεῖσθαι· ἀλλ' ὅτι πρὸς ἄνδρα τηλικοῦτον, οὗ καὶ μνησθῆναι φόβος, ὁ καὶ γράφειν κατοκνῶν, τοῦ πλέον ἢ προσήκει θαῤῥοῦντός ἐστι σωφρονέστερος. ὥσπερ γὰρ οἱ τοῦ Ἡλίου μαρμαρυγαῖς ἀντιβλέπειν συνεχῶς τολμῶντες, ἂν μὴ θεῖοί τινες ὦσι, καὶ τῶν ἀκτίνων αὐτοῦ καθάπερ οἱ τῶν ἀετῶν γνήσιοι καθορῶσιν, οὔτε ἃ μὴ θέμις ὀφθῆναι, θεωρεῖν ἔχουσι, καὶ ὅσωπερ μᾶλλον φιλονεικοῦσι, τοσούτῳ πλέον, ὅτι μὴ δύνωνται τυχεῖν, ἐμφαίνουσιν. οὕτω καὶ ὁ πρός σε γράφειν τολμῶν, ὅσωπερ ἂν ἐθέλῃ θαῤῥεῖν, τοσούτῳ μᾶλλον, ὅτι χρὴ δεδιέναι, καθαρῶς δείκνυσι. σοί γε μὴν, ὦ θαυμάσιε, παντός, ὡς εἰπεῖν, τοῦ Ἑλληνικοῦ σωτῆρι καθεστῶτι, πρέπον ἦν ἀφθόνως τε ἡμῖν γράφειν, καὶ τὸν παρ' ἡμῖν ὄκνον, ἐφ' ὅσον ἐξῆν, καταστέλλειν. ὥσπερ γὰρ ὁ Ἥλιος· ἵνα δὴ πάλιν ἐκ τοῦ Θεοῦ πρός σε τὴν εἰκόνα λάβῃ ὁ λόγος· ὁ δ' οὕτω Ἥλιος, ὥσπερ ὅταν ἀκτῖσι καθαρθεὶς ὅλος λάμπῃ, οὐδὲ ἀπο-

κρίνῃ τοῦ πρὸς τὴν αἴγλην ἐλθόντος, ὃ μὴ τὸ οἰκεῖον, ἐργάζεται. οὕτω δὴ καί σε χρῆν ἀφθόνως τὴν παρά σου καλῶν, οἷον φωτὸς, τὸ Ἑλληνικὸν ἐπαρδεύοντα, μὴ ἀποκνεῖν, εἴ τις ἢ αἰδοῖ ἢ δέους ἕνεκα τοῦ πρὸς σὲ, τὴν ἀντίδοσιν δυσωπεῖται. οὐδὲ γὰρ ὁ Ἀσκληπιὸς ἐπ' ἀμοιβῆς ἐλπίδι τοὺς ἀνθρώπους ἰᾶται, ἀλλὰ τὸ οἰκεῖον αὐτοῦ φιλανθρώπευμα, καθάπερ μάθημα, πανταχοῦ πληροῖ. ὃ δὴ καί σε χρῆν ὥσπερ εἰ ψυχῶν ἐλλογίμων ἰατρὸν ὄντα ποιεῖν, καὶ τὸ τῆς ἀρετῆς παράγγελμα διὰ πάντων σώζειν. οἷον ἀγαθὸν τοξότην, ὃς κἂν μὴ τὸν ἀντίπαλον ἔχῃ, πάντως ἐς τὸ καίριον ἀεὶ τὴν χεῖρα γυμνάζει. ἐπεὶ μηδὲ ὁ σκοπὸς ἑκατέροις ὁ αὐτὸς, ἡμῖν τε τῶν παρά σου δεξίων τυχεῖν, καί σε τοῖς παρ' ἡμῶν διδομένοις ἐντυχεῖν. ἀλλ' ἡμεῖς κἂν μυριάκις γράφωμεν, ἴσα τοῖς Ὁμηρικοῖς παισὶ παίζομεν, οἳ παρὰ τὰς θῖνας, ὅτι ἂν ἐκ πηλοῦ πλάσωσιν, ἀφιᾶσιν αἰγιαλῷ κλύζεσθαι. παρά σου δὲ καὶ μικρὸν γράμμα παντὸς ἐστὶ γονίμου ῥεύματος κρεῖττον. καὶ δεξαίμην ἂν

quod lumini occurrit, ſit conſentaneum, ſuum munus perficit: ſic te oportebat liberalirer bona tua, tanquam lucem, in vniuerſam Græciam effundere, neque eò deſiſtere, quòd aliquis metu, aut verecundiâ erga te impeditus, reſpondere tibi ſcribendo non audeat. Neque enim Æſculapius mercedis ſpe homines curat, ſed humanitatem ſuam, tanquam diſciplinam aliquam in omnes homines explicat. Idem te facere oportuit, cùm ſis animorum ſtudioſorum medicus, & omnibus in rebus virtutis præceptum ſeruare: vt bonus ſagittarius, qui tametſi aduerſarium non habeat, tamen ſemper manum exercet, vt opportuno tempore eâ vtatur. Nam neque ſcopus vtrique noſtrûm idem eſt, vt nos videlicet tuis eruditis ſcriptis fruamur, & tu noſtra legas: ſed nos quamuis millies ſcribamus, ſimiliter vt Homerici pueri ludimus, qui iuxta littora quicquid è luto finxerunt, arenâ obrui ſinunt: cùm interim tua licet parua epiſtola cuiuis fertili fluuio anteponenda ſit. Ac ſanè epiſto-

lam vnam Iamblichi malim, quàm totum Lydium aurum poſſidere. Quòd ſi amatorum tuorum vlla tibi cura eſt, (eſt autem aliqua, niſi fallor) ne nos quaſi pullos negligas, qui cibo tuo magnoperè egemus: ſed ſcribe aſſiduè, neque tuis bonis paſcere nos deſine. Quòd ſi fortè officio defuerimus, ipſe vtrumque munus præſtato, tùm ad nos, tùm pro nobis viciſſim ſcribendo. Etenim Mercurij facundi diſcipulum, aut etiam alumnum, qualis tu es, virgâ vti decet, non ad ſomnum inducendum, ſed ad mouendum & excitandum, atque hac ex parte maximè illum imitari.

ἔγωγε Ἰαμβλίχου μᾶλλον ἐπιστολὴν μίαν, ἢ τὸν ἐκ Λυδίας χρυσὸν κεκτῆσθαι. εἰ δὲ μέλει τί σοι τῶν ἐραστῶν τῶν σῶν· μέλει δὲ, εἰ μὴ σφάλλομαι· μὴ περιΐδης ὥσπερ νεοττοὺς ἡμᾶς ἀεὶ τῶν παρὰ σοῦ τροφῶν ἐν χρείᾳ τυγχάνοντας· ἀλλὰ καὶ γράφε συνεχῶς, καὶ τοῖς παρὰ σαυτοῦ καλοῖς ἑστιᾶν μὴ κατόκνει. κἂν ἐλλίπωμεν, αὐτὸς ἑκατέρου τὴν χρείαν οἰκείου, καὶ ὧν δίδως, καὶ ὧν ἀνθ' ἡμῶν τὸ ἴσον πρεσβεύεις. πρέπει δὲ Ἑρμοῦ λογίου μαθητὴν, εἰ δὲ βούλει τρόφιμον ὄντα σε μαθητὴν ἐκείνου, ῥάβδον οὐκ ἐν τῷ καθεύδειν ποιεῖν, ἀλλ' ἐν τῷ κινεῖν καὶ διεγείρειν μᾶλλον ἐθέλειν μιμεῖσθαι.

EIDEM.

XLI.

OPortebat ſanè, iuxta Delphicum oraculum, nos ipſos noſſe, neque tanti viri auribus obſtrepere: quem vel aſpicientem reſpicerè difficile eſt, ne dum concentum omnis ſapientiæ mouenti velle par referre. Nam & Pani dulce carmen canenti quilibet conceſſerit, quamuis ſit Ari-

Τῷ αὐτῷ.

μα.

ΕΧρῆν μὲν ἡμᾶς τῷ γράμματι πειθομένους τῷ Δελφικῷ γινώσκειν ἑαυτοὺς, καὶ μὴ τολμᾶν ἀνδρὸς ἀκοαῖς τοσούτου καταθαρσεῖν, ᾧ καὶ ὀφθέντι μόνον ἀντιβλέψαι δυσχερὲς, ἤ που τὴν πάνσοφον ἁρμονίαν κινοῦντι πρὸς τὸ ἴσον ἐλθεῖν. ἐπεὶ καὶ Πανὶ μέλος λιγυρὸν ἠχοῦντι, πᾶς ὅστις ἐκσταίη,

κἂν Ἀρισταῖος ᾖ, καὶ Ἀπόλλωνι πρὸς κιθάραν ψάλλοντι, πᾶς ὅστις ἠρεμεῖ, κἂν τὴν Ὀρφέως μουσικὴν εἰδείη. τὸ γὰρ ἧττον τῷ κρείττονι, καθόσον ἧττόν ἐστιν, εἴκει ἂν δικαίως, εἰ μάθοι τό, τε οἰκεῖον, καὶ τὸ οὐ χεῖρον, τί ἐστι γινώσκειν. ὅστις δὲ ἐνθέσμῳ μουσικῇ θνητοῦ ἐναρμόσαι μέλος ἤλπισεν, οὐκ ἔμαθέ που τὸ Μαρσύου τοῦ Φρυγὸς πάθος, οὐδὲ τὸν ὁμώνυμον ἐκείνῳ ποταμόν, ὃς μανέντος αὐλητοῦ τιμωρίαν ῥεῖ. ἀλλ' οὐδὲ τὴν Θαμύριδος τοῦ Θρᾳκὸς τελευτὴν ἤκουσεν, ὃς ταῖς Μούσαις οὐκ εὐτυχῶς ἀντεφθέγξατο. τί γὰρ δεῖ τὰς Σειρῆνας λέγειν, ὧν ἔτι τὸ πτερὸν ἐπὶ τοῦ μετώπου φέρουσιν αἱ νικήσασαι. ἀλλ' ἐκείνων μὲν ἕκαστος ἀμούσου τόλμης ἀρκοῦσαν ἔτι, καὶ νῦν ἐκτίνει τῇ μνήμῃ δίκην· ἡμᾶς δὲ ἔδει μέν, ὡς ἔφην, εἴσω τῶν οἰκείων ὅρων ἑστάναι, καὶ τῆς ὑπὸ σοῦ μουσικῆς ἐμφορουμένους ἠρεμεῖν, ὥσπερ οἱ τὴν Ἀπόλλωνος μαντείαν ἐξ ἀδύτων ἱερῶν προσιοῦσαν ἡσυχῇ δέχονται. ἐπεὶ δὲ αὐτὸς ἡμῖν τοῦ μέλους τὸ ἐνδόσιμον μηνύεις, καὶ οἷον Ἑρμοῦ ῥάβδῳ κινεῖς καὶ διεγείρεις καθεύδοντας, φέρε

ſtæus: & Apolline ad citharam canente vnuſquiſque tacet, quamuis Orphei muſicam teneat. Quod enim minus eſt, hoc ipſo quod eſt minus, cedere debet maiori, ſi modò vult & ſua ipſius bona, & aliena meliora cognoſcere. Quiſquis autem cum diuina muſica humanam vult componere, nunquam Marſyæ Phrygis caſum didicit, neque nominis eiuſdem fluuium, qui tibicinis inſani ſupplicio manat: imò neque Thamyræ Thracis mortem audiuit, qui infeliciter cum Muſis de cantu certauit. Quid enim Sirenas memorem? quarum eæ quæ cantu vicerunt, alam in fronte adhuc geſtant. Verùm enimverò illi ſtultæ audaciæ pœnas ſatis magnas nunc etiam poſteritati perſoluunt: nos autem, ſicut antè dixi, oportebat ſanè noſtris finibus contentos eſſe, & tuâ muſicâ ſatiatos quieſcere, vt qui Apollinis oracula è ſacris adytis cum ſilentio excipiunt. Verùm, quando tu nobis ad canendum præis, & tanquam Mercurij virgâ nos moues atque excitas dormientes, ecce ipſi

quoque, ſicut qui Baccho thyaſum pulſanti cum choreis & tripudiatione occurrunt, ſic ad plectrum tuum reſpondemus: perinde vt qui præſultorem ad numeri prouocationem ſequuntur. Accipies igitur primùm, quando ità vis, orationes, quas nuper Imperatoris iuſſu in nobilem illam freti coniunctionem elaboraui. Paruum certè munuſculum, ſi cum tuo conferatur, omninóque æs pro auro reddimus: ſed tamen quò poſſumus munere noſtrum Mercurium proſequimur. Theſeus quidem certè menſam Hecales, licèt tenuem, non eſt aſpernatus: ſed neceſſitati obſecutus, exiguo contentus fuit. Pan ille Nomius non erubuit, cùm pueri bubulci fiſtulam ſuis labris admouit. Quare tu quoque librum noſtrum amico animo accipe, neque te pœniteat exiguo carmini magnam aurem præbere: ſed ſi quid erit boni, & liber felix eſt, & eius author, vt cui Minerua ipſa teſtimonium laudis dederit: ſin extremam manum, quò per-

σοι, καθάπερ οἱ τοῦ Διονύσου τὸν θίασον κρούοντι πρὸς τὴν χορείαν ἄνετοι φέρονται· οὕτω καὶ ἡμεῖς ὑπὸ τοῦ σοῦ πλήκτρου τὸ εἰκὸς ἀντηχήσομεν. ὥσπερ οἱ τοῦ χορεστάτῃ πρὸς τὸ ἀνάκλημα τοῦ ῥυθμοῦ συνομαρτοῦντες. καὶ προσέτι τὸν σοὶ τῶν λόγων, οὓς βασιλεὺς κελεύσαντι, πρὸς τὴν ἀοίδιμον τοῦ πορθμοῦ ζεῦξιν ἔναγχος ἐξειργασάμεθα, ἐπεὶ τοῦτο ἐστὶ δοκοῦν ἀπαρξώμεθα, μικρὰ μὲν ἀντὶ μεγάλων τοῖς παρὰ σοῦ, καὶ τῷ ὄντι χαλκὸν χρυσοῦ ἀντιδιδόντες· οἷς δὲ ἔχομεν ξενίοις τὸν Ἑρμῆν τὸν ἡμέτερον ἑστιῶντες. πάντως οὐδὲ τὴν Ἑκάλης ὁ Θησεὺς τοῦ δείπνου τὸ λιτὸν ἀπηξίωσεν. ἀλλ' ἤδη καὶ μικροῖς ἐς τὸ ἀναγκαῖον ἀρκεῖσθαι. ὁ Πὰν δὲ ὁ Νόμιος τοῦ παιδὸς τοῦ βουκόλου τὴν σύριγγα προσαρμόσαι τοῖς χείλεσιν οὐκ ἠτίμασεν. πρὸς οὖ δὴ καὶ αὐτὸς τὸν λόγον εὐμενῶς ἐνδέχου, καὶ μὴ ἀποκνήσῃς ὀλίγῳ μέλει μεγάλην ἀκοὴν ἐνδοῦναι. ἀλλ' ἐὰν μέν ἔχῃ τι δεξιὸν, αὐτός τε ὁ λόγος εὐτυχεῖ, καὶ ὁ ποιητὴς αὐτοῦ τῆς παρὰ τῆς Ἀθηνᾶς ψήφου τὴν μαρτυρίαν προσλαβών. εἰ δ' ἔτι χρεὸς ἐντελοῦς εἰς τὸ τοῦ

ὅλου πλήρωμα προσδεῖται, μὴ ἀπαξιώσῃς αὐτὸς τὸ ἐνδέον προσθεῖναι. ἤδη που καὶ ἀνδρὶ τοξότῃ κληθεὶς ὁ Θεὸς παρέστη, καὶ συνεφήψατο τοῦ βέλους, καὶ κιθαρῳδῷ τὸν Ὄρθιον ᾄδοντι, πρὸς τὸ ἐλλεῖπον τῆς χορδῆς, ὑπὸ τῷ τέττιγι τὸ ἴσον ὁ Πύθιος ἀντεφθέγξατο.

ficiatur, deſiderat, ne ſit tibi graue, quod deeſt, addere. Sic olim ſagittario inuocanti Deus aſtuit, & telum vnà direxit: Sic citharœdo Orthium canenti, cùm neruus deficeret, Apollo ipſe cicadæ ſpecie reſpondit.

μβ΄.

Παιδείαν ὀρθὴν εἶναι νομίζομεν, οὐ τὴν ἐν τοῖς ῥήμασιν, οὐδὲ τῇ γλώττῃ πολυτελῆ εὐρυθμίαν· ἀλλὰ διάθεσιν ὑγιῆ νοῦν ἐχούσης διανοίας, καὶ ἀληθεῖς δόξας ὑπέρ τε ἀγαθῶν τε καὶ κακῶν, καλῶν τε καὶ αἰσχρῶν. ὅστις οὖν ἕτερα μὲν φρονεῖ, διδάσκει δὲ ἕτερα τοὺς πλησιάζοντας, αὐτὸς ἀπολελεῖφθαι δοκεῖ τοσούτῳ παιδείας, ὅσῳ καὶ τοῦ χρηστὸς ἀνὴρ εἶναι. καὶ εἰ μὲν ἐπὶ σμικροῖς εἴη τὸ διάφορον τῆς γνώμης πρὸς τὴν γλῶτταν, κακὸς μὲν εἰς τόδε, ὅμως δὲ τοσοῦτον γίνεται. εἰ δὲ ἐν τοῖς μεγίστοις ἄλλο μὲν φρονοίη τις, ἐπ' ἐναντίον δὲ ὧν φρονεῖ, διδάσκει, πῶς οὐ τοῦτ' ἐκεῖνο καπήλων ἐστὶν, οὐ τῶν χρηστῶν, ἀλλὰ παμπονήρων βίος ἀνθρώπων; οἳ μάλιστα παιδεύουσιν, ἃ μάλιστα φαῦλα νομίζουσιν,

XLII.

Doctrinam rectam eſſe arbitramur, non verborum, linguæve magnificum & exquiſitum ſonum: ſed mentis benè conſtitutæ ſanam affectionem, & veras, certáſque de bonis & malis, honeſtis & turpibus ſententias. Quare quiſquis aliud ſentit, aliud ſuos diſcipulos docet, is tantùm videtur à ſcientia, quantum à probitate abeſſe. Ac ſi de parua re ſit linguæ animíque diſſenſio, in hoc ipſo etiam eſt improbus, tametſi modum non excedat ſceleris magnitudo: ſin verò in maximis rebus aliud ſentit, contráque ac ſentit, docet, nonne hæc cauponum, non dico bonorum, ſed nequiſſimorum vita eſt? quippè cùm id maximè doceant, quòd maximè malum exiſtimant, fallentes,

fallentes, atque inescantes eos laudibus, quibuſcum ſua, vt arbitror, mala commutare volunt. Quamobrem omnes qui quidvis docere profitentur, bonis moribus eſſe debent, neque opiniones nouas, & à ſenſu populari abhorrentes afferre: ſed imprimis tales eſſe debent, qui adoleſcentes in veterum ſcriptis inſtituunt, ſiue ſint Rhetores, ſiue Grammatici, & præcipuè Sophiſtæ, qui non ſolùm verborum, ſed etiam morum magiſtros ſe eſſe volunt, & ad ſe Philoſophiam de adminiſtrandis rebus publicis pertinere contendunt. Hoc verum ſit, necne, in præſentia omitto: laudo eos, quòd doctrinam tam præſtantem expetant: plus certè laudaturus, ſi non mentirentur, neque ſeipſi refellerent, dum aliud ſentiunt, aliud diſcipulis tradunt. Quid? Homerus, Heſiodus, Demoſthenes, Herodotus, Thucydides, Iſocrates, Lyſias, Deos habent doctrinæ ſuæ duces, & authores. Nonne eorum alij

ἐξαπατῶντες, καὶ δελεάζοντες τοῖς ἐπαίνοις, εἰς οὓς μεταθεῖναι τὰ σφέτερα ἐθέλουσιν, οἶμαι, κακά. πάντας μὲν οὖν χρεὼν τοὺς καὶ ὁτιοῦν διδάσκειν ἐπαγγελλομένους, εἶναι τὸν τρόπον ἐπιεικεῖς, καὶ μὴ μαχόμενα τοῖς δημοσίᾳ μεταχαρακτηρίζοντας, τὰ ἐν τῇ ψυχῇ φέρειν δοξάσματα· πολὺ δὲ πλέον ἁπάντων οἶμαι δεῖν εἶναι τοιούτους, ὅσοι ἐπὶ νέοις τοῖς λόγοις συγγίνονται, τῶν παλαιῶν ἐξηγηταὶ γινόμενοι συγγραμμάτων, εἴτε ῥήτορες, εἴτε γραμματικοί, καὶ ἔτι πλέον οἱ σοφισταί. βούλονται γὰρ πρὸς τοῖς ἄλλοις οὐ λέξεων μόνον, ἠθῶν δὲ εἶναι διδάσκαλοι, καὶ τὸ κατὰ σφᾶς εἶναί φασι τὴν πολιτικὴν φιλοσοφίαν. Εἰ μὲν οὖν ἀληθὲς ἢ μή, τοῦτο ἀφείσθω νῦν. ἐπαινῶν δὲ αὐτοὺς οὕτως ἐπαγγελμάτων καλῶν ὀρεγομένους, ἐπαινέσαιμ' ἂν ἔτι πλέον, εἰ μὴ ψεύδοιντο, μηδ' ἐξελέγχοιεν αὐτούς, ἕτερα μὲν φρονοῦντες, διδάσκοντες δὲ τοὺς πλησιάζοντας ἕτερα. τί οὖν; Ὁμήρῳ μέντοι, καὶ Ἡσιόδῳ, καὶ Δημοσθένει, μέντοι καὶ Ἡροδότῳ, καὶ Θουκυδίδῃ, καὶ Ἰσοκράτει, καὶ Λυσίᾳ θεοὶ πάσης ἡγοῦνται παιδείας. οὐχ οἱ μὲν

Ἑρμοῦ σφᾶς ἱερούς, οἱ δὲ Μουσῶν ἐνόμιζον; ἄτοπον μὲν οἶμαι τοὺς ἐξηγουμένους τὰ τούτων, ἀτιμάζειν τοὺς ὑπ' αὐτῶν τιμηθέντας θεούς. οὐ μὴν ἐπειδὴ τοῦτ' ἄτοπον οἶμαι, φημὶ δεῖν αὐτοὺς μεταθεμένους τοῖς νέοις· συνδίδωμι δὲ αἵρεσιν, μὴ διδάσκειν ἃ μὴ νομίζουσι σπουδαῖα· βουλομένους δέ, διδάσκειν ἔργῳ πρότερον, καὶ πείθειν τοὺς μαθητάς, ὡς οὔτε Ὅμηρος, οὔτε Ἡσίοδος, οὔτε τούτων τις, οἷς ἐξηγοῦνται καὶ κατεγνωκότες εἰσὶν ἀσέβειαν, ἄνοιάν τε, καὶ πλάνην εἰς τοὺς θεούς, τοιοῦτός ἐστιν. ἐπεὶ δ' ἐκεῖνοι ἐξ ὧν γεγράφασι παρατρέφονται μισθαρνοῦντες, εἶναι ὁμολογοῦσιν αἰσχροκερδέστατοι, καὶ δραχμῶν ὀλίγων ἕνεκα πάντως ὑπομένειν. ἕως μὲν οὖν τούτου πολλὰ ἦν τὰ αἴτια τοῦ μὴ φοιτᾶν εἰς τὰ ἱερά. καὶ ὁ πανταχόθεν ἐπικρεμάμενος φόβος ἐδίδου συγγνώμην ἀποκρύπτεσθαι τὰς ἀληθεστάτας ὑπὲρ τῶν θεῶν δόξας. ἐπειδὴ δὲ ἡμῖν οἱ θεοὶ τὴν ἐλευθερίαν ἔδοσαν, ἄτοπον εἶναί μοι φαίνεται διδάσκειν ἐκεῖνα τοῖς ἀνθρώποις, ὅσα μὴ νομίζουσιν εὖ

Mercurio, alij Muſis ſacros ſe eſſe arbitrabantur? Quare abſurdum eſt, qui horum libros exponunt, Deos vituperare, quos illi coluerunt. Neque tamen, quia id abſurdum puto, idcircò eos diſcipulorum cauſſâ ſententiam mutare iubeo: verùm do optionem, vt ne doceant quæ non bona eſſe cenſent: ſin docere malunt, doceant reipſâ primùm & perſuadeant diſcipulis, neque Homerum, neque Heſiodum, neque quemquam eorum quos interpretati ſunt, quoſque impietatis, amentiæ, & erroris erga Deos condemnarunt, talem eſſe. Nam alioqui cùm ex illorum ſcriptis alantur, mercedémque capiant, auariſſimos planè & ſordidiſſimos ſe fatentur, ſi paucis drachmis id facere ſuſtineant. Atque hactenus quidem multa erant, quæ eos templorum aditu prohiberent: & timor vndique impendens excuſabat, quò minùs veriſſimæ de Diis ſententiæ explicarentur. Nunc autem cùm Deorum munere atque conceſſu libertate potiamur, abſurdum mihi videtur ea homines docere, quæ non bona eſſe arbitren-

tur. Quòd ſi in iis quæ docent, & quorum quaſi interpretes ſedent, ſapientiam eſſe vllam arbitrantur, ſtudeant primùm illorum in Deos pietatem imitari. Sin in Deos ſanctiſſimos putant ab illis authoribus peccatum eſſe, eant in Galilæorum Eccleſias, ibique Matthæum & Lucam interpretentur: quibus vos obtemperantes, à ſacris abſtinere iubetis. Cupio ego & aures, & linguam veſtram (ſicut vos loqueremini) renaſci in iis rebus, quarum vtinam & ego ſim ſemper particeps, & omnes qui me diligunt. Doctoribus quidem & præceptoribus communis hæc lex ſtatuatur. Adoleſcentes enim qui ire volent, minimè prohibentur. Iniquum ſiquidem fuerit, pueros adhuc ignaros quò ſe vertant, ab optima via reiicere, ac metu coactos ad patria inſtituta deducere. Quamquam autem verum erat iſtos tanquam impotentes & inſanos, etiam inuitos ac repugnãtes curare: attamen liceat omnibus per nos iſto morbo detineri. Docere enim amentes, non punire, opus eſt.

ἔχειν. ἀλλ' εἰ μὲν οἴονται σοφὰ ὧν εἰσιν ἐξηγηταὶ, καὶ ὧν ὥσπερ προφῆται κάθηνται, ζηλούτωσαν αὐτῶν πρότερον τὴν εἰς τοὺς θεοὺς εὐσέβειαν. εἰ δὲ εἰς τοὺς τιμιωτάτους ὑπολαμβάνουσι πεπλανῆσθαι, βαδιζόντων εἰς τὰς τῶν Γαλιλαίων ἐκκλησίας, ἐξηγησόμενοι Ματθαῖον καὶ Λουκᾶν· οἷς πεισθέντες, ἱερείων ὑμεῖς ἀπέχεσθαι νομοθετεῖτε. βούλομαι ὑμῶν ἐγὼ καὶ τὰς ἀκοὰς, ὡς ἂν ὑμεῖς εἴποιτε, καὶ τὴν γλῶτταν ἐξαναγεννηθῆναι τούτων, ὧν ἔμοιγε εἴη μετέχειν ἀεὶ, καὶ ὅστις ἐμοὶ φίλα νοεῖ τε καὶ πράττει· τοῖς μὲν καθηγεμόσι, καὶ διδασκάλοις οὑτωσὶ κοινὸς κεῖται νόμος. ὁ βουλόμενος γὰρ τῶν νέων φοιτᾶν, οὐκ ἀποκέκλεισται. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ εὔλογον ἀγνοοῦντας ἔτι τοὺς παῖδας ἐφ' ὅ,τι τρέπωνται, τῆς βελτίστης ἀποκλείειν ὁδοῦ, φόβῳ δὲ καὶ ἄκοντας ἄξειν ἐπὶ τὰ πάτρια. καίτοι δίκαιον ἦν ὥσπερ τοὺς φρενιτίζοντας, οὕτω καὶ τούτους ἄκοντας ἰᾶσθαι. πλὴν ἀλλὰ συγγνώμην ὑπάρχειν ἅπασι τῆς τοιαύτης νόσου. καὶ γὰρ, οἶμαι, διδάσκειν, ἀλλ' οὐχὶ κολάζειν χρὴ τοὺς ἀνοήτους.

Ἐκηβόλῳ.

μγ.

ΕΓὼ μὲν κέχρηκα τοῖς Γαλιλαίοις ἅπασιν οὕτω πράως καὶ φιλανθρώπως, ὥστε μηδένα μηδαμοῦ βίαν ὑπομένειν, μηδὲ εἰς ἱερὸν ἕλκεσθαι, μηδ᾽ εἰς ἄλλο τι τοιοῦτον ἐπηρεάζεσθαι παρὰ τὴν οἰκείαν πρόθεσιν. οἱ δὲ τῆς Ἀρειανικῆς Ἐκκλησίας ὑπὸ τοῦ πλούτου τρυφῶντες, ἐπεχείρησαν τοῖς ἀπὸ τοῦ Οὐαλεντίνου, καὶ τετολμήκασι τοσαῦτα κατὰ τὴν Ἔδεσσαν, ὅσα οὐδέποτε ἐν εὐνομουμένῃ πόλει γένοιτ᾽ ἄν. οὐκοῦν ἐπειδὴ αὐτοῖς ὑπὸ τοῦ θαυμασιωτάτου νόμου προείρηται, ἵν᾽ εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν εὐοδώτερον πορευθῶσι, πρὸς τοῦτο συναγωνιζόμενοι τοῖς ἀνθρώποις, αὐτῶν τὰ χρήματα τῆς Ἐδεσσηνῶν Ἐκκλησίας ἅπαντα ἐκελεύσαμεν ἀναληφθῆναι, δοθησόμενα τοῖς στρατιώταις, καὶ τὰ κτήματα τοῖς ἡμετέροις προστεθῆναι πριβάτοις· ἵνα πενόμενοι σωφρονῶσι, καὶ μὴ στερηθῶσιν ἧς ἔτι ἐλπίζουσιν, οὐρανίου βασιλείας. τοῖς οἰκοῦσι δὲ τὴν Ἔδεσσαν προαγορεύομεν ἀπέχεσθαι πάσης στάσεως καὶ φιλονεικίας, ἵνα μὴ τὴν ἡμετέραν φιλαν-

Ecebolo.

XLIII.

EQuidem de Galilæis omnibus adeò clementer & humaniter ſtatui, vt nemini vis inferatur, neque in templum trahatur, neque alia de re vlla præter voluntatem ſuam contumeliâ afficiatur. At qui ſunt de Eccleſia Arianorum, luxuriantes opibus, in Valentinianos inuaſerunt, eáque apud Edeſſam perpetrauerunt, quæ nunquam in ciuitate benè inſtituta accidiſſent. Quare quod ipſis à lege admirabili imperatum eſt, quò faciliùs in regnum cælorum veniant, nos ad id hominibus opem tulimus, eorúmque pecunias omnes ab Edeſſenorum Eccleſia tolli iuſſimus, vt militi diuidantur, & facultates, vt noſtris priuatis attribuantur: quò illi pauperes facti ſapiant, neque regno cæleſti, quod nunc etiam ſperant, priuentur. Iis autem qui Edeſſam incolunt, edicimus, vt ſeditione, pugnáque omni abſtineant, ne ſi

noſtram humanitatem commouerint, vos ipſi pro communi omnium intemperie ac inſolentia pœnas luatis, gladio, exilio, igne mulctati.

LIBANIO.

XLIV.

NVper cùm è grauiſſimo atque acerrimo morbo, Numinis prouidentiâ, recreatus eſſem, veſtras accepi literas, quo die primùm balneum intraui. Quas cùm veſperi legiſſem, dici non poteſt quàm ſim confirmatus perſpectâ tuâ ſincerâ, puráque beneuolentiâ: quâ vtinam dignus eſſem, ne dedecori ſim amicitiæ tuæ. Igitur ſtatim literas veſtras legi, quamvis id facere non admodum poſſem: quas autem Antonius ad Alexandrum mittebat, in poſterum diem reſeruaui. Inde ad te ſeptimo die hæc ſcripſi, cùm mihi, Dei prouidentiâ, valetudo è ſententia procederet. Vale, mihi optatiſſime, & chariſſime frater.

θεσπίαν κινήσαντες, καθ' ὑμῶν αὐτῶν ὑπὲρ τῆς τῶν κοινῶν ἀταξίας δίκην τίσητε, ξίφει, καὶ φυγῇ, καὶ πυρὶ ζημιωθέντες.

Λιβανίῳ.

μδ.

Ἄρτι μοι παυσαμένῳ τῆς χαλεπῆς πάνυ, καὶ ταχείας νόσου, τῇ τοῦ πάντα ἐφορῶντος προνοίᾳ, γράμματα εἰς χεῖρας ἦλθεν ὑμέτερα, καθ' ἣν ἡμέραν πρῶτον ἐλουσάμην. δείλης ἤδη ταῦτα ἀναγνούς, οὐκ ἂν εἴποις ῥᾳδίως ὅπως ἐρρωννύμην, αἰσθανόμενος τῆς σῆς ἀκραιφνοῦς, καὶ καθαρᾶς εὐνοίας. ἧς εἴθε γενοίμην ἄξιος, ὡς ἂν μὴ καταισχύναιμι τὴν σὴν φιλίαν. τὰς μὲν οὖν ὑμετέρας ἐπιστολὰς εὐθὺς ἀνέγνων, καίπερ οὐ σφόδρα τοῦτο ποιεῖν δυνάμενος. τὰς δὲ τοῦ Ἀντωνίου πρὸς τὸν Ἀλέξανδρον, εἰς τὴν ὑστεραίαν ἐταμιευσάμην. ἐκεῖθεν ἑβδόμη σοι ταῦτα ἔγραφον ἡμέρα, κατὰ λόγον μοι τῆς ῥώσεως προχωρούσης διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ προμήθειαν. σώζοιό μοι ποθεινότατε, καὶ φιλικώτατε ἀδελφέ.

Digitized by Google

Ζήνωνι.

με.

ΠΟλλὰ μὲν καὶ ἄλλα σοι μαρτυρεῖ, καὶ τῆς ἰατρικῆς τέχνης εἰς τὰ πρῶτα ἀνήκειν, καὶ ἤθους, καὶ ἐπιεικείας, καὶ βίου σωφροσύνης συμφώνως πρὸς τὴν τέχνην ἔχειν. νῦν δὲ προσῆλθε τὸ κεφάλαιον τῆς μαρτυρίας· τὴν γὰρ Ἀλεξανδρέων πόλιν ἀπὼν ἐπιστρέφεις εἰς σεαυτόν· τοσοῦτον αὐτῇ κέντρον, ὥσπερ μέλιττα, καταλέλοιπας. εἰκότως· καλῶς γὰρ εἰρῆσθαι καὶ Ὁμήρῳ δοκεῖ,

Εἷς ἰατρὸς ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων.

Σὺ δὲ οὐκ ἰατρὸς ἁπλῶς, ἀλλὰ καὶ διδάσκαλος τοῖς βουλομένοις τῆς τέχνης· ὥστε σχεδὸν ὅ πρὸς τοὺς πολλούς εἰσιν οἱ ἰατροὶ, τοῦτ' ἐκείνοις σύ. λύει δέ σοι τὴν φυγὴν καὶ ἡ πρόφασις αὐτὴ, καὶ μάλα λαμπρῶς. εἰ γὰρ διὰ Γεωργίας μετέστης τῆς Ἀλεξανδρείας, οὐ δικαίως μετέστης, καὶ δικαιότατα ἂν ὀπίσω κατέλθοις. κἄπιθι τοίνυν ἐπίτιμος, καὶ τὸ πρότερον ἔχων ἀξίωμα· καὶ ἡμῖν κοινὴ πρὸς ἀμφοτέρους χάρις ἀντικείσθω,

ZENONI.

XLV.

CVm multæ aliæ res teſtificantur te ad ſummum medicæ artis gradum perueniſſe, eique parem morum ac vitæ temperantiam adiunxiſſe: tùm verò hoc tempore maximum omnium teſtimonium acceſſit, quòd Alexandriam abſens vniuerſam in te conuertis: tantum ei tuo deceſſu aculeum tanquam apis reliquiſti. Nec ſanè immeritò: preclarè enim Homerus,

Vir medicus par eſt multorum millibus vnus.

Tu verò non tantùm medicus es, verùm etiam magiſter omnibus, qui eius artis ſtudio ducuntur: vt propemodum quod medici ſunt populo, hoc ipſe ſis medicis. Hæc autem cauſſa te liberat exilio, & quidem magnificè. Nam ſi propter Georgianam factionem Alexandriâ exceſſiſti, non iure exceſſiſti: iuſtiſſimè autem reuerti potes. Redi igitur cum honore & dignitate priſtina: nobis autem gratia ſit apud vtrumque, & quia

Digitized by Google

Zenonem Alexandrinis, & quia Zenoni Alexandriam reſtituimus.

XLVI.

ACceperam ab auia mea prædium in Bithynia non paruum, cùm in eo prædia quatuor eſſe videantur, idque tuo in me amori dono. Munus eſt profectò leuius, quàm vt eo quiſpiam poſſit vel de opum abundantia gloriari, vel beatum ſe prædicare: munus tamen non omninò iniucundum, ſi tibi cuncta eius bona ſigillatim recenſeam. Nec ſanè abſurdum ſit tecum, qui elegantiæ atque amœnitatis plenus es, iocari. Abeſt à mari ſtadia non ampliùs viginti, neque mercator, aut nauta loquax & petulans loco illi obſtrepit. Sed tamen non propterea Nerei gratiam amittit: habet enim perpetuò piſcem recentem & palpitantem, & ſi domo in tumulum terræ aliquem prodieris, videbis mare Proponticum, atque inſulas & vrbem nobiliſſimi Regis nomine appellatam: neque interim in algulis & muſco, aut rebus aliis iniucundis, quæ in littus atque arenas

Ἀλεξανδρεῦσι μὲν Ζήνωνα, καὶ δὲ ἀποδοῦσα τὴν Ἀλεξάνδρειαν.

μϛ.

ΟΥ κηποτίδιον μικρὸν ἀγρῶν τεττάρων δοκούντων λαβὼν παρὰ τῆς τήθης ἐν τῇ Βιθυνίᾳ, τῇ σῇ διαθέσει δῶρον δίδωμι. ἔλαττον μὲν ἢ ὥστε ἄνδρα εἰς οἰκίαν εἰσιόντα ποιῆσαί τι μέγα καὶ ἀποφῆναι ὄλβιον· ἔχον δὲ ὡς οὐ παντάπασιν ἀτερπῆ τὴν δόσιν, εἴ σοι τὰ καθ' ἕκαστα περὶ αὐτοῦ διέλθοιμι. παίζειν δὲ οὐδὲν κωλύει πρὸς σὲ χαρίτων γέμοντα καὶ εὐμουσίας. ἀπῴκισται μὲν τῆς θαλάσσης σταδίους οὐ πλέον εἴκοσι, καὶ οὔτε ἔμπορος, οὔτε ναύτης ἐνοχλεῖ λάλος, καὶ ὑβριστὴς τῷ χωρίῳ. οὐ μὴν ἀφῄρηται τὰς παρὰ Νηρέως χάριτας παντελῶς· ἔχει δὲ ἰχθὺν πρόσφατον ἀεὶ καὶ ἀσπαίροντα, καὶ ἐπί τινος ἀπὸ τῶν δωμάτων προελθὼν γηλόφου, ὄψει τὴν θάλατταν τὴν Προποντίδα, καὶ τὰς νήσους, τήν τε ἐπώνυμον πόλιν τοῦ γενναίου βασιλέως· οὐ φυκίοις ἐφεστὼς καὶ βρύοις, οὐδὲ ἐνοχλούμενος ὑπὸ τῶν ἐκβαλλομένων εἰς τοὺς αἰγιαλοὺς, καὶ εἰς τὰς ψάμμους ἀπερ-

τῶν πάνυ, καὶ οὐδὲ ὀνομαζομένων ἐπὶ μικρόν· ἀλλ' ἐπὶ σμίλακος καὶ θύμου, καὶ πόας εὐώδους. ἡσυχία δὲ πολλὴ κατακλινομένῳ εἰς τὸ βιβλίον ἀφορῶντι, εἶτα διαναπαύοντι τὴν ὄψιν, ἥδιστον ἐπιδεῖν εἰς τὰς ναῦς καὶ τὴν θάλατταν. τοῦτ' ἐμοὶ μειρακίῳ κομιδῆ νέῳ θερείδιον ἐδόκει φίλτατον· ἔχει γὰρ καὶ πηγὰς οὐ φαύλας, καὶ λουτρὸν οὐκ ἀναφρόδιτον, καὶ κῆπον, καὶ δένδρα. ἀνὴρ δ' ὢν ἤδη, τὴν παλαιὰν ἐκείνην ἐπόθουν δίαιταν, καὶ ἦλθον πολλάκις, καὶ γέγονεν ἡμῖν οὐκ ἔξω λόγου ἡ συνόδος. ἔστι δ' ἐνταῦθα καὶ γεωργίας ἐμῆς μικρὸν ὑπόμνημα, φυταλία βραχεῖα, φέρουσα οἶνον εὐώδη καὶ ἡδὺν οὐκ ἀναμένοντά τι παρὰ τοῦ χρόνου προσλαβεῖν· τὸν Διόνυσον ὄψει, καὶ τὰς χάριτας. ὁ βότρυς δὲ ἐπὶ τῆς ἀμπέλου, καὶ ἐπὶ τῆς ληνοῦ θλιβόμενος, ἀπόζει τῶν ῥόδων. τὸ γλεῦκος δὲ ἐν τοῖς πίθοις ἤδη τοῦ νέκταρός ἐστιν ἀπορρὼξ Ὁμήρῳ πιστεύοντι. τί δῆτα οὐ πολὺ γέγονεν, οὐδ' ἐπὶ πλέθρα πάνυ πολλὰ τοιούτων

eiiciuntur, & ferè non nominantur, verſabere: ſed in ſimilace, & thymo, & herbis fragrantibus. Cùm verò magnâ attentione in librum incubueris, & oculos multâ lectione defatigatos reficere voles, gratiſſimus erit maris & nauium aſpectus. Mihi quidem adoleſcentulo portulus hic videbatur gratiſſimus, quia fontes habet non contemnendos, & balneum non inuenuſtum, prætereà hortum & arbores: cúmque vir iam eſſem, eadem loci illius cupiditate tenebar. Itaque perſæpè illuc veni, neque mihi præter rem fuit loci congreſſus. Eſt etiam illic agriculturæ meæ monumentum exiguum, parua quædam vinea, quæ vinum fert ſuaue, & odoriferum, neque temporis diuturnitate vitij quicquam aſſumit: denique Bacchum, & Gratias videbis. Iam vua & cùm in vite adhuc pendet, & cùm in torculario premitur, odorem edit roſarum: muſtum verò in doliis, iam nectaris eſt liquor, ſi Homero credimus. Quæres fortaſſe, quamobrem cùm tales eſſent vites, non tamen multò plura iugera eodem genere

nere

nere conſueuerim: Quoniam, inquam, neque ipſe fortaſſe valdè diligens agricola fui: deinde cùm ſobrius ſit mihi dilutúſq; Bacchi calix, multúmque iam illìc eſſet nympharum, tantum vini comparaui, quãtum mihi & amicis (quorum exiguus ſolet eſſe numerus) ſatis eſſe videretur. Nunc autem illud tibi, ô charum caput, dono: exiguum certè, quicquid eſt: ſed tamen gratum amico ab amico, domum domo, vt ait ſapiens poëta Pindarus. Epiſtolam hanc raptim ad lucernam cõſcripſi. Quare ſi quid peccatum erit, ne ſeuerè, neque vt rhetor in rhetorem inquiras.

XLVII.

IMperatori ad lucrum ſpectãti difficilis veſtræ poſtulatio videretur, neq; vnquã paucorum gratia publicis vectigalibus detrimentum afferri pateretur. Verùm quia conſilium eſt noſtrum, non quamplurima è ſubditis colligere, ſed quamplurimum eis prodeſſe: iccircò vobis debita condonamus. Neque tamen omnia, ſed pars vna vobis, altera militibus cedet: quæ quidem & ipſa maxima ex parte veſtra erit, cùm præ-

ἀμπέλων; τυχὸν δὲ οὐδὲ ἐγὼ γεωργὸς γέγονα πρόθυμος. ἀλλὰ ἐπεὶ ἐμοὶ νηφάλιος ὁ τοῦ Διονύσου κρατὴρ, καὶ ἐπὶ πολὺ τῶν νυμφῶν δέ ἐστιν, ὅσον εἰς ἐμαυτὸν καὶ τοὺς φίλους· ὀλίγον δέ ἐστι τὸ χρῆμα τῶν ἀνδρῶν· παρεσκευάσαμην. νῦν δέ σοι δῶρον αὖ φίλη κεφαλὴ δίδωμι. μικρὸν μὲν ὅσον ἐστί· χαρίεν δὲ φίλῳ παρὰ φίλου, οἴκοθεν οἴκαδε, κατὰ τὸν σοφὸν ποιητὴν Πίνδαρον. τὴν ἐπιστολὴν ἐπισύρων πρὸς λύχνον γέγραφα. ὥστε εἴ τι ἡμάρτηται, μὴ πικρῶς ἐξέταζε, μηδὲ ὡς ῥήτωρ ῥήτορα. Olymp. VI. & VII.

μζ.

ΒΑσιλεῖ μὲν πρὸς κέρδος ὁρῶντι χαλεπὸν ἂν ὑμῶν ἐφάνη τὸ αἴτημα, καὶ οὐκ ἂν ᾠήθη δεῖν τὴν δημοσίαν εὐπορίαν βλάπτειν τῇ πρός τινας ἰδίᾳ χάριτι. ἐπεὶ δὲ ἡμεῖς οὐχ ὅτι πλεῖστα παρὰ τῶν ὑπηκόων ἀθροίζειν πεποιήμεθα σκοπὸν, ἀλλ᾽ ὅτι πλείστων ἀγαθῶν αὐτοῖς αἴτιοι γίγνεσθαι, τοῦτο καὶ ὑμῖν ἀπολύσει τὰ ὀφλήματα. ἀπολύσει δὲ οὐχ ἁπλῶς ἅπαντα, ἀλλὰ μερισθήσεται τὸ πρᾶγμα, τὸ μὲν εἰς ὑμᾶς, τὸ δὲ εἰς τὸ τῶν στρατιωτῶν

Digitized by Google

χρείαν· ἐξ ἧς οὐκ ἐλάχιστα καὶ αὐτοὶ δήπου φέρεσθε, τὴν εἰρήνην καὶ τὴν ἀσφάλειαν. τοιγαροῦν μέχρι μὲν τῆς τρίτης ἐπινεμήσεως ἀφίεμεν ὑμῖν πάντα, ὅσα ἐκ τοῦ φθάνοντος ἐλλείπει χρόνου· μετὰ ταῦτα δὲ εἰσοίσετε κατὰ τὸ ἔθος. ὑμῖν τε γὰρ ἀφιέμενα χάρις ἱκανή· καὶ ἡμῖν τῶν κοινῶν οὐκ ἀμελητέον. περὶ τούτου καὶ τοῖς ἐπάρχοις ἐπέσταλκα, ἵν' ἡ χάρις ὑμῖν εἰς ἔργον προχωρήσῃ.

μη.

ΠΑντων μὲν ἕνεκά μοι τὸ σῶμα διάκειται μετρίως. οὐ μὴν ἀλλά γε τὰ τῆς γνώμης ἔχει καλῶς. οἶμαι δὴ ἐγὼ τούτου προοίμιον εἶναι μηδὲν κρεῖττον ἐπιστολῇ φίλῳ παρὰ φίλου πεμπομένῃ. τίνος οὖν ἐστὶ τὸ προοίμιον; αἰτήσεως οἶμαι. τίς δὲ ἡ αἴτησις; ἐπιστολῶν ἀμοιβαίων· ἃς εἴη γε καὶ κατὰ διάνοιαν ὁμολογῆσαι τῆς ἐμῆς, αἴσια παρά σου ταῦτα πρὸς ἡμᾶς ἐξαγγελλούσας.

Ἀρσακίῳ ἀρχιερεῖ Γαλατίας ἐπιστολὴ Ἰουλιανοῦ βασιλέως.

μθ.

ΕΛληνισμὸς οὔπω πράττει κατὰ λόγον ἡμῶν ἕνεκα τῶν με-

ſertim pacis & ſecuritatis veſtrę cauſſa impendatur. Quare vſque ad tertiam indictionem vobis remittimus quicquid è pręterito tempore deſideratur: deinceps autem ſoluetis, ſicut cōſuetudo poſtulat. Nam & quæ vobis dedimus, ſatis multa ſunt: neque nobis Reipubl. rationes ſunt negligendæ. Hac de re ad præfectos ſcripſi, vt beneficium vobis verbo datum re perſoluatur.

XLVIII.

CVm omnibus de cauſſis mihi corpus eſt in mediocri ſtatu valetudinis: tùm verò animus rectè ſe habet. Hoc prooemio melius nullum eſſe poteſt epiſtolæ ab amico ad amicū miſſæ. Quid eſt igitur in hoc prooemio? Petitio, vt opinor. Cuius tandem rei? Epiſtolarum mutuarum: quæ vtinam ſententiam habeant cum meis congruentem, nobiſque de te læta ac proſpera omnia renuntient.

IVLIANI IMPERATORIS *Epiſtola ad Arſacium Pontificem Galatiæ ſcripta.*

XLIX.

QVod quidem nondum religio Gentilium ex noſtra procedat ſententai,

impedimēto ſunt hi qui eam profitentur. Quæ autem à Diis nobis donata ſunt, ea ſplendida ſunt, magna ſunt, excellētiora ſunt, quàm quæ omnino vel optari, vel ſperari poterant. Nam in tam exiguo temporis ſpatio (ſit quidem Nemeſis noſtris verbis propitia) tantam ac talem rerum mutationē paulo antè ne optare quidem quiſquam audebat. Sed quid eſt cauſſæ, cur in hiſce, perinde ac ſi nihil amplius opus eſſet, conquieſcamus, ac non potiùs conuertamus oculos ad ea quibus impia Chriſtianorum religio creuerit, id eſt ad benignitatem in peregrinos, ad curam ab illis in mortuis ſepeliendis poſitam, & ad ſanctimoniam vitæ, quam ſimulant? Quorum ſingula à nobis verè exequenda eſſe cenſeo. Neque ſatis eſt iſtud ſolùm inſtitutum ſanctè obſeruari: ſed velim omnes noſtros ſacerdotes omninò, qui Galatiam incolunt, vel minis impellas, vel ratione perſuadeas, vt ſint honeſti: vel ſacerdotali miniſterio abdices, ſi non vnà cum vxoribus, liberis & famulis, Diis colendis ſedulò animos attendant: & ne patiantur ſeruos, aut filios, aut coniuges Galilæo-

πάντων αὐτῶν. τὰ γὰρ τῶν θεῶν λαμπρὰ καὶ μεγάλα, κρείττονα πάσης μὲν εὐχῆς, πάσης δὲ ἐλπίδος. ἵλεως δὲ ἔστω τοῖς λόγοις ἡμῶν Ἀδράστεια. τὴν γὰρ ἐν ὀλίγῳ τοσαύτην, καὶ τηλικαύτην μεταβολὴν ὀλίγῳ πρότερον ἐτόλμα. τί οὖν ἡμεῖς οἰόμεθα ταῦτα ἀρκεῖν, οὐδὲ ἀποβλέπομεν ὃ μάλιστα τὴν ἀθεότητα συνηύξησεν ἡ περὶ τοὺς ξένους φιλανθρωπία, καὶ ἡ περὶ τὰς ταφὰς τῶν νεκρῶν προμήθεια, καὶ ἡ πεπλασμένη σεμνότης κατὰ τὸν βίον; ὧν ἕκαστον οἰόμεθα χρῆναι παρ' ἡμῶν ἀληθῶς ἐπιτηδεύεσθαι. καὶ οὐκ ἀπόχρη τὸ σεμνὸν εἶναι τοιοῦτον. ἀλλὰ πάντας ἁπαξαπλῶς οἳ περὶ τὴν Γαλατίαν εἰσὶν ἱερεῖς, οὓς ἢ δυσώπησον, ἢ πεῖσον εἶναι σπουδαίους, ἢ τῆς ἱερατικῆς λειτουργίας ἀπόστησον, εἰ μὴ προσέχοιντο μετὰ γυναικῶν καὶ παίδων, καὶ θεραπόντων τοῖς θεοῖς, ἀλλὰ ἀνέχοιντο τῶν οἰκετῶν, ἢ υἱέων, ἢ τῶν Γαλιλαίων γαμετῶν ἀσεβούντων

Digitized by Google

μὲν εἰς τοὺς θεοὺς, ἀθεότητα δὲ θεοσεβείας προτιμώντων. ἔπειτα παραίνεσον ἱερέα μήτε θεάτρῳ παραβάλλειν, μήτε ἐν καπηλείῳ πίνειν, ἢ τέχνης τινὸς καὶ ἐργασίας αἰσχρᾶς, καὶ ἐπονειδίστου προΐστασθαι. καὶ τοὺς μὲν πειθομένους τίμα, τοὺς δὲ ἀπειθοῦντας ἐξώθει. ξενοδοχεῖα καθ' ἑκάστην πόλιν κατάστησον πυκνὰ, ἵν' ἀπολαύσωσιν οἱ ξένοι τῆς παρ' ἡμῶν φιλανθρωπίας, οὐ τῶν ἡμετέρων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄλλων ὅστις ἂν δεηθῇ χρημάτων. ὅθεν δὲ εὐπορήσεις, ἐπινενόηταί μοι τέως. ἑκάστου γὰρ ἐνιαυτοῦ τρισμυρίοις μοδίοις κατὰ πᾶσαν τὴν Γαλατίαν ἐκέλευσα δοθῆναι σίτου τοῖς ἱερεῦσιν ὑπηρετουμένοις, ἀναλίσκεσθαι φημὶ χρῆναι. τὰ δὲ ἄλλα τοῖς ξένοις, καὶ τοῖς μεταιτοῦσιν ἐπινέμεσθαι παρ' ἡμῶν. αἰσχρὸν γὰρ εἰ τῶν μὲν Ἰουδαίων οὐδεὶς μεταιτεῖ· τρέφουσι δὲ οἱ δυσσεβεῖς Γαλιλαῖοι πρὸς τοῖς ἑαυτῶν καὶ τοὺς ἡμετέρους· οἱ δὲ ἡμέτεροι τῆς παρ' ἡμῶν ἐπικουρίας ἐνδεεῖς

rum impiè in Deos ſe gerere, & impietatem pietati præponere. Deinde ſacerdotem quemque hortare, ne accedat ad ſpectacula, néve in taberna bibat, neu artem aliquam aut opificium turpe infaméve exerceat. Et qui tibi in his rebus morem gerunt, eis honorem tribuito: qui autem reſiſtunt, expellito. Porrò xenodochia multa in ſingulis ciuitatibus extruito, vt peregrini noſtra benignitate fruantur: neque ſolùm hi qui noſtram colunt religionem, ſed alij quoque, ſi qui pecuniarum indigeant. At ratio, qua res tibi ad hoc inſtitutum neceſſariæ abundè ſuppetant, à me interim excogitata eſt. Nam triginta millia modiorum tritici in tota Galatia, & ſexaginta millia ſextariorum vini in ſingulos annos dari iuſſi: quorum quintam partem in pauperes, qui ſacerdotibus inſeruiunt, inſumẽdam eſſe mando: quod reliquum eſt, peregrinis & mendicantibus ſubleuandis diſtribuẽdum. Nam turpe profectò eſt, cùm nemo ex Iudæis mendicet: & impij Galilæi non ſuos modò, ſed noſtros quoque alant: vt noſtri auxilio, quod à nobis ferri ipſis debeat, deſti-

cuti videantur. Quare doceto gentiles in eiuſmodi miniſteria pecuniam conferre, & pagos gentilium ex fructibus Diis offerre primitias, & eiuſmodi beneficentiæ officiis aſſuefacito, planúmque illis facito hoc noſtrum olim munus fuiſſe. Nam Homerus Eumæum ſic loquentem facit:

Hoſpes ſi noſtris ſuccederet aduena tectis
Vilior, acciperem placidè. Sunt diues, egénſque,
***A Ioue**: parúum hoc eſt, (fateor) ſed munus amicum.*

Neque igitur permittamus alios noſtrorum imitatione bonorum nobis laudem præripere, vt ipſi propter ſocordiam turpitudine & infamia afficiamur: immò potiùs, ne pietatem erga Deos penitùs prodere videamur. Quòd ſi te iſta ſedulò obire accepero, maxima ſanè lætitia geſtiam. Præſides domi raro inuiſas: ſed ſcribas ad eos literas ſæpiſſimè. Ingredientibus illis in vrbem nemo ſacerdos obuiam prodeat: niſi quando ad templa Deorum accedunt, ſolùm intra veſtibula. Eos intrantes nullus miles pręcedat: ſequatur au-

φαίνον). δίδασκε δὲ καὶ συνεισφέρειν τοὺς ἑλληνιστὰς εἰς τὰς τοιαύτας λειτουργίας, καὶ τὰς ἑλληνικὰς κώμας ἀπάρχεσθαι τοῖς θεοῖς τῶν καρπῶν. καὶ τοὺς ἑλληνικοὺς τῆς τοιαύτης εὐποιΐας προέθιζε, διδάσκων αὐτοὺς ὡς τοῦτο πάλαι ἦν ἡμέτερον ἔργον. Ὅμηρος γοῦν αὐτὸ πεποίηκεν Εὔμαιον λέγοντα.

Ξεῖν' οὔ μοι θέμις ἔστ', οὐδ' εἰ κακίων σέθεν ἔλθοι, Odyſſ. ξ.
Ξεῖνον ἀτιμῆσαι· πρὸς γὰρ Διός εἰσιν ἅπαντες,
Ξεῖνοί τε, πτωχοί τε. δόσις δ' ὀλίγη τε φίλη τε.

μὴ δὲ τὰ παρ' ἡμῖν ἀγαθὰ παραζηλοῦν ἄλλοις συγχωροῦντες, αὐτοὶ τῇ ῥαθυμίᾳ καταισχυνοίμην, μᾶλλον δὲ καταπροώμεθα τὴν εἰς τοὺς θεοὺς εὐλάβειαν. Εἰ ταῦτα πυθοίμην ἐγώ σε πράττοντα, μεστὸς εὐφροσύνης ἔσομαι. τοὺς ἡγεμόνας ὀλιγάκις ἐπὶ τῆς οἰκίας ὅρα· τὰ πλεῖστα δὲ αὐτοῖς ἐπίστελλε. εἰσιοῦσι δὲ εἰς τὴν πόλιν ὑπαντάτω μηδεὶς αὐτοῖς ἱερέων. ἀλλ' ὅταν εἰς τὰ ἱερὰ φοιτῶσι τῶν θεῶν, εἴσω τῶν προθύρων. ἡγείσθω δὲ μηδεὶς αὐτῶν εἴσω στρατιώτης. ἑπέ-

σθαι δὲ ὁ βουλόμενος. ἅμα γὰρ εἰς τὴν οὐδὸν ἦλθε τοῦ τεμένους, καὶ γέγονεν ἰδιώτης. ἄρχεις γὰρ αὐτὸς, ὡς οἶσθα, τῶν ἔνδον· ἐπεὶ καὶ ὁ θεοῖς ταῦτα ἀπαιτεῖ θεσμός. καὶ οἱ μὲν πειθόμενοι κατ᾽ ἀλήθειαν εἰσὶ θεοσεβεῖς· οἱ δὲ ἀντεχόμενοι τοῦ τύφου, δοξοκόποι εἰσὶ καὶ κενόδοξοι. τῇ Πεσινοῦντι βοηθεῖν ἕτοιμός εἰμι, εἰ τὴν μητέρα τῶν θεῶν ἵλεων καταστήσουσιν ἑαυτοῖς. ἀμελοῦντες δὲ αὐτῆς, οὐκ ἄμεμπτοι μόνον, ἀλλὰ πικρὸν εἰπεῖν μὴ καὶ τῆς παρ᾽ ἡμῶν ἀπολαύσωσι δυσμενείας.

Οὐ γάρ μοι θέμις ἐστὶ κομιζέμεν, ἢ ἐλεαίρειν
Ἄνδρας, οἵ κε θεοῖσιν ἀπέχθωντ᾽ ἀθανάτοισιν.

πεῖθε τοίνυν αὐτοὺς, εἰ τῆς παρ᾽ ἐμοῦ κηδεμονίας ἀντέχονται, πανδημεὶ τῆς μητρὸς τῶν θεῶν ἱκέτας γενέσθαι.

tem, qui vult. Nam ſimul vt ingreditur limen delubri, priuati perſonam induit. ſiquidem ipſe, vt noſti, his qui intus ſunt praees, propterea quòd diuina lex iſtud poſtulat. Et qui tibi parent, ſunt reuera pij: qui autem præ arrogantia reſiſtunt, oſtentatores ſunt, & inanis gloriæ appetentes. Peſſinunti opem ferre paratus ſum, dummodo matrem Deorum ſibi propitiam reddant. At ſi eam contemnant, non modò culpæ affines erunt, verùm etiam, quod dictu acerbius eſt, in grauiſſimam apud nos offenſionem incurrent.

Nam ſcelus infandum eſt dextram præſtare benignam
Illis, qui ſuperis indicunt bella beatis.

Perſuade igitur illis, vt ſi à me curam de ſe ſuſcipi cupiant, omnes vnà ſe Deorum matri ſupplices præbeant.

Ἰουλιανὸς Ἐκδικίῳ Ἐπάρχῳ Αἰγύπτου.

ν΄.

Ἡ Μὲν παροιμία φησίν· ἐμοὶ σὺ διηγῇ τοὐμὸν ὄναρ. ἐγὼ δὲ ἔοικά σοι τὸ σὸν ὕπαρ ἀφηγεῖσθαι. πολὺς φησὶν, ὁ Νεῖλος ἀρθεὶς μετέωρος τοῖς πήχεσιν, ἐ-

IVLIANVS ECDICIO *Præfecto Ægypti.*

L.

M*Eum tu mihi ſomnium narras*; ait Prouerbium. At ego verum tibi viſum tuum narraturus videor. Nilus, vt ferunt, multis in altum cubitis elatus in vniuer-

Digitized by Google

ſam exundauit Ægyptum. Ac ſi cubitorum quoque numerum audire vis, A. D. XII Cal. Oct. quindecim deprehenſi ſunt. Significauit hoc Theophilus caſtrorum præfectus. Quamobrem ſi id neſciſti hactenus, à nobis audiens gaudeto.

πλήρωσε πᾶσαν τὴν Αἴγυπτον. εἰ δὲ καὶ τὸν ἀριθμὸν ἀκοῦσαι ποθεῖς, εἰς τὴν εἰκάδα τοῦ σεπτεμβρίου πεῖς πέντε. μηνύει δὲ ταῦτα Θεόφιλος ὁ στρατοπεδάρχης. εἰ τοίνυν ἠγνόησας αὐτό, παρ' ἡμῶν ἀκούων, εὐφραίνου.

IVLIANVS ALEXANDRINIS.

LI.

ETſi alius quiſpiam veſtræ conditor vrbis eſſet ex iis, qui ſuas ipſi leges tranſgreſſi meritas pœnas eo ipſo perſoluerunt, quòd & nefariam vitam ſponte ſua delegerunt, & nouum dogmatis, doctrinæque genus inuexerunt; ne tùm quidem deſiderari à vobis æquum eſſet Athanaſium. Nunc cum & vrbis veſtræ conditorem habeatis Alexandrum; & tutelaris vobis, præſéſque ſit Deus ille rex Sarapis, vnà cùm aſſeſtrice puellâ, & Ægypti reginâ totius Iſide, * * * * minimè ſanam ciuitatem imitantes. Verùm malè affecta pars audet ciuitatis nomen aſſumere. Equidem pudore, per Deos, haud mediocri teneor, Alexandrini, quod vllus apud vos Galilæum ſe eſſe fateri audeat. Hebræorum

Ἰουλιανὸς Ἀλεξανδρεῦσιν.

να'.

ΕΙ μέν τις τῶν ἄλλων ἦν ὑμῶν οἰκιστής, οἳ τὸν ἑαυτῶν παραβάντες νόμον, "ἀπέτισαν ὁποίας γρ. ἀπέτισαν τὴν εἰκὸς δίκας, ἑλόμενοι μὲν ζῆν παρανόμως, εἰσαγαγόντες δὲ κήρυγμα, καὶ διδασκαλίαν νεαράν, λόγον εἶχεν οὐδ' ὡς Ἀθανάσιον ὑφ' ἡμῶν ἐπιζητεῖσθαι. νυνὶ δὲ κτίστου μὲν ὄντος Ἀλεξάνδρου τῆς πόλεως· ὑπάρχοντος δὲ ὑμῖν πολιούχου θεοῦ τοῦ βασιλέως Σαράπιδος, ἅμα τῇ παρέδρῳ κόρῃ, καὶ τῇ βασιλίδι τῆς Αἰγύπτου πάσης Ἴσιδι * * * τὴν ὑγιαίνουσαν οὐ ζηλοῦντες πόλιν. ἀλλὰ τὸ νοσοῦν μέρος ἐπιφημίζειν ἑαυτῷ τολμᾷ τὸ τῆς πόλεως ὄνομα. λίαν αἰσχύνομαι νὴ τοὺς θεούς, ἄνδρες Ἀλεξανδρεῖς, εἴ τις ὅλως Ἀλεξανδρέων ὁμολογεῖ Γαλιλαῖος εἶναι. τῶν ὡς ἀληθῶς Ἑβραίων

γρ. ὧν οἱ πα-τέρες

" οἱ πατέρες Αἰγυπτίοις ἐδούλευον πάλαι. νυνὶ δὲ ὑμεῖς ἄνδρες Ἀλεξανδρεῖς Αἰγυπτίων κρατήσαντες· ἐκράτησε γὰρ ὁ κτίστης ὑμῶν τῆς Αἰγύπτου· τοῖς καταλιγωρηκόσι τῶν πατρίων δογμάτων δουλείαν ἐθελούσιοι, ἄντικρυς τῶν παλαιῶν θεσμῶν ὑφίστασθε. κἀκ οὐκ εἰσέρχεται μνήμη τῆς παλαιᾶς ὑμᾶς ἐκείνης εὐδαιμονίας, ἡνίκα ἦν κοινωνία μὲν πρὸς θεοὺς Αἰγύπτῳ τῇ πάσῃ, πολλῶν δὲ ἀπελαύομεν ἀγαθῶν. ἀλλ' οἱ νῦν εἰσαγαγόντες ὑμῖν τὸ καινὸν τοῦτο κήρυγμα, τίνος αἴτιοι γεγόνασιν ἀγαθοῦ τῇ πόλει, φράσατέ μοι. κτίστης ὑμῖν ἦν ἀνὴρ θεοσεβὴς Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδὼν, οὔτι μὰ Δία κατά τινα τούτων ὤν· οὐδὲ κατὰ πάντας Ἑβραίους μακρῷ γεγονότας αὐτῶν κρείττονας. ἐκείνων μὲν οὕτω καὶ ὁ τοῦ Λάγου Πτολεμαῖος ἦν ἀμείνων. Ἀλέξανδρος δὲ καὶ Ῥωμαίοις ἐπὶ ἁμιλλαιὼν, ἀγῶνα παρέσχεν. τί οὖν μετὰ τὸν κτίστην οἱ Πτολεμαῖοι; τὴν πόλιν ὑμῶν, ὥσπερ γνησίαν θυγατέρα, παιδόθεν θρέψαντες οὐκ ἐπὶ τοῖς Ἰησοῦ λόγοις ηὔξησαν αὐτὴν· οὐδὲ τῇ τῶν ἐχθίστων

quondam verorum parentes Ægyptiis ſeruiebant. At vos, Alexandrini modò, qui Ægyptum ſubegiſtis: (Hanc enim conditor veſter ſibi ſubiecit:) patriorum dogmatum contemptoribus ſeruire ſponte contra antiqua iura ſuſtinetis. neque priſcæ illius felicitatis recordamini, quæ tùm ſuppetebat, cùm & communionem cum Diis Ægyptus habebat omnis, & in multa bonorum abundantia viueremus. At illi, qui nouam hanc vobis religionem inuehunt, cuius tandem authores boni ciuitati fuerint veſtræ, dicite. Conditor vobis obtigit pius erga Deos vir Alexander Macedo; non iſtorum vtique ſimilis; neque Hebræorum omnium, qui longè illis antecelluerunt. Iiſdem porrò Lagi quoque filius Ptolemæus præſtitit. Nam Alexander Romanos ipſos, ſi cum iis certaſſet, in diſcrimen adduxiſſet. Quid deinde poſt conditorem veſtrum Ptolemæi? Veſtram illi nempe ciuitatem, velut germanam filiam, à primis annis educantes, non Ieſu ſermonibus ad incrementum euexerunt: neque inuiſorum Galilæorum do-

ctrinâ

ctrinâ tantam hanc, quæ beatam nunc illam facit, adminiſtrationem rerum, copiámque pepererunt. Tertiò, poſtquam nos Romani compotes illius vrbis fuimus; quam Ptolemæis haud rectè imperantibus eripuimus; Auguſtus ad eam veniens, & ad veſtros ciues verba faciens: O ciues, inquit, Alexandrini! vrbi veſtræ culpam omnem remitto, cùm ob magni Dei Sarapidis reuerentiam: tùm propter populum ipſum, ac ciuitatis amplitudinem. Accedit meæ erga vos beneuolentiæ tertia mihi cauſſa amicus meus Arius. Erat autem Arius iſte ciuis veſter, & Auguſti Cæſaris contubernalis, profeſſione Philoſophus. Quæ priuatim igitur in ciuitatem veſtram cœleſtium Deorum beneficio commoda redundarunt, eiuſmodi ferè, vt paucis eloquar, fuerunt. Nam id genus pleraque, ne ſim longior, omitto. Quæ autem communiter quotidie, nō in paucos homines, nec in vnum aliquod genus, vnámque ciuitatem; ſed in mundum vniuerſum ab illuſtribus Diis bona proficiſcuntur, quî tandem non agnoſcitis? An ſoli

Γαλιλαίων διδασκαλία, τὴν οἰκονομίαν αὐτῇ ταύτην, ὑφ' ἧς νῦν ἐστιν εὐδαίμων, ἐξειργάσατο. τρίτον, ἐπειδὴ Ῥωμαῖοι κύριοι γεγόναμεν αὐτῆς, ἀφελόμενοι τοὺς Πτολεμαίους οὐ καλῶς ἄρχοντας· ὁ Σεβαστὸς δὲ ἐπιδημήσας ὑμῶν τῇ πόλει, καὶ πρὸς τοὺς ὑμετέρους πολίτας διαλεχθείς· ἄνδρες, εἶπεν, Ἀλεξανδρεῖς, ἀφίημι τὴν πόλιν αἰτίας πάσης, αἰδοῖ τοῦ μεγάλου θεοῦ Σαράπιδος, αὐτοῦ τε ἕνεκα τοῦ δήμου, καὶ τοῦ μεγέθους τῆς πόλεως. αἰτία δέ μοι τρίτη τῆς πρὸς ὑμᾶς εὐνοίας ἐστὶ καὶ ὁ ἑταῖρος Ἄρειος. ἦν δὲ ὁ Ἄρειος ὑμῶν πολίτης μὲν ὑμέτερος, Καίσαρος δὲ τοῦ Σεβαστοῦ συμβιωτὴς, ἀνὴρ φιλόσοφος. τὰ μὲν οὖν ἰδία περὶ τὴν πόλιν ὑμῶν ὑπάρξαντα παρὰ τῶν Ὀλυμπίων θεῶν, ὡς ἐν βραχεῖ φράσαι, τοιαῦτα. σιωπῶ δὲ διὰ τὸ μῆκος ταῦτα τὰ πολλά. τὰ δὲ κοινῇ κατ' ἡμέραν οὐκ ἀνθρώποις ὀλίγοις, οὐδὲ ἑνὶ γένει, οὐδὲ μιᾷ πόλει, παντὶ δὲ ὁμοῦ τῷ κόσμῳ παρὰ τῶν ἐπιφανῶν θεῶν διδόμενα, πῶς ὑμεῖς οὐκ ἴστε; μόνοι τῶν ἐξ

ἡλίου κατιούσης αὐγῆς ἀναισθή-
τως ἔχετε; μόνοι θέρος οὐκ ἴστε,
καὶ χειμῶνα παρ' αὐτοῦ γινόμενον;
μόνοι ζωογονούμενα, καὶ φυόμενα
παρ' αὐτοῦ τὰ πάντα; τὴν δὲ
ἐξ αὐτοῦ, καὶ παρ' αὐτοῦ δημιουρ-
γὸν τῶν ὅλων Σελήνην οὖσαν
οὐκ αἰσθάνεσθε πόσων ἀγα-
θῶν αἰτία τῇ πόλει γίνεται; καὶ
τούτων μὲν τῶν θεῶν οὐδένα
For. ὃν προσκυνεῖν τολμᾶτε· " τὸν δὲ
οὔτε ὑμεῖς, οὔτε οἱ πατέρες ὑμῶν
ἑωράκασιν Ἰησοῦν οἴεσθε χρῆ-
ναι θεὸν λόγον ὑπάρχειν. ὃν δὲ
ἐξ αἰῶνος ἅπαν ὁρᾷ τὸ τῶν ἀν-
θρώπων γένος, καὶ βλέπει, καὶ σέ-
βεται, καὶ σεβόμενον εὖ πράττει·
τὸν μέγαν ἥλιον λέγω, τὸ ζῶν ἄ-
γαλμα, καὶ ἔμψυχον, καὶ ἔννουν, καὶ
Deeſt aliquid. ἀγαθοεργὸν τοῦ νοητοῦ πατρός, " εἴ
τι μοι πείθεσθε παραινοῦντι, καὶ
μικρὰ ὑμᾶς αὐτοὺς ἐπαναγά-
γετε πρὸς τὴν ἀλήθειαν. οὐχ
Leg. τῆς ὀρθ. ἁμαρτήσεσθε γὰρ " ὀρθῆς ὁ-
δοῦ πειθόμενοι τῷ παραδόντι
κἀκείνην τὴν ὁδὸν ἄχρις ἐτῶν εἴ-
κοσι, καὶ ταύτην ἰδοὺ σὺν θεοῖς
πορευομένῳ δωδέκατον ἔτος. εἰ
μὲν οὖν φίλον ὑμῖν πείθεσθαι,
μειζόνως εὐφρανεῖτε. τῇ δεισιδαι-

ſplendoris illius à Solē manantis ſenſum nullum habetis? ſoli æſtatem, & hiemen ab illo fieri neſcitis? ſoli vegetari ab eo, producique penitus vniuerſa? Iam illam ab eodem, ac per eundem molitricem omnium Lunam non videtis quantas commoditates afferat ciuitati? Atqui nullum iſtorum audetis adorare numinum. Hunc verò, quem neque vos, neque patres veſtri vidêre, Ieſum Deum eſſe Verbum creditis oportere. Quem autem ex æterno genus omne videt, atque intuetur hominum; & veneratur, ac venerando feliciter degit; magnum dico Solem illum; viuum, & anima, mentéque præditum, ac beneficum ſimulacrum intelligibilis Patris; ſi quid hortanti mihi creditis * *

* & vos paululum ipſos ad veritatem reflectite. Non enim à recto tramite aberrabitis, ſi ei fidem habeatis, qui ad annum vſque viceſimum ætatis illa via progreſſus eſt; & hanc alteram modò duodecimum iam inſiſtit annum. Vos igitur, ſi monenti mihi obtemperare vultis, maiorem lætitiam afferetis. Sin eſt vt in illa ſuper-

Digitized by Google

ſtitione, & callidorum hominum inſtitutione perſeuerare malitis; at mutuam inter vos concordiam retinete; neque Athanaſium deſiderate. Sunt enim ex eius diſcipulis vtique complures, qui prurientibus, ac ſermonibus impiis expleri cupientibus auribus veſtris abundè ſatisfaciant. Vtinam enim Athanaſio ſolo ſacrilegæ ipſius ſcholæ circunſcripta eſſet improbitas! Sed eſt in vobis eiuſmodi non ignobilis multitudo. ac ne id quidem eſt difficile factu. Nam quicunque tandem è populo delectus erit à vobis; quod ad ſcripturarum enarrationem pertinet, nihilo eſt eo, qui optatur à vobis, deterior. Sin, quòd reliqua vos Athanaſij ſolertia delectat: (veteratorem enim eſſe hominem illum audio:) idcircò mihi pro eo ſupplicaſtis: ſcitote hac ipſa de cauſſâ vrbe illum eiectum fuiſſe. Etenim parum commoda per ſeſe res eſt; vir populo præſidens, ac multiplicium rerum nouandarum cupidus. Quòd ſi ne ille quidem vir eſt; ſed contemptus homuncio: qualis iſte eſt, qui de capite periclitari magnum eſſe

πρὸς τοὺς θεοὺς * * κεκμηκότες, ὥστε * * λήθεσθαι μὲν τῶν πατρίων. ἀγνοεῖν δὲ λοιπὸν, εἰ καὶ ἐπάχθη * * ποτέ τι τοιοῦτον· ἀλλ' οὗτοι μὲν ἐν μέρει θεοσεβεῖς ὄντες ἐπείπερ ὃν τιμῶσιν * * ἀλλ' ἀληθῶς ὄντα δυνατώτατον, καὶ ἀγαθώτατον, ὃς ἐπιτροπεύει τὸν αἰσθητὸν κόσμον. * * ὃ * * εὖ οἶδ' ὅτι καὶ ἡμεῖς ἄλλοις θεραπεύομεν ὀνόμασιν, εἰκότα μοι δοκοῦσι ποιεῖν τοὺς * * μὴ παραβαίνοντες ἐκεῖνο μόνον ἁμαρτάνειν, ὅτι μὴ καὶ τοὺς ἄλλους θεοὺς ἀρέσκ * * τοῦ μάλιστα τοῦ θεοῦ, θεραπεύουσιν. ἀλλ' ἡμῖν οἴονται τοῖς ἔθνεσιν ἀποκεκλη * * μόνοις, αὐτοὺς, ἀλαζονείᾳ βαρβαρικῇ πρὸς ταυτηνὶ τὴν ἀπόνοιαν ἐπαρθέντες. * * ἐκ τῆς Γαλιλαίας δυσσεβεῖς ὥσπερ τι νόσημα τοῦ βίου τὴν ἑαυτῶν.

ΓΑΛΛΟΣ ΚΑΙΣΑΡ Ἰουλιανῷ ἀδελφῷ χαίρειν.

Hæc epiſtola ſpuria videtur.

Ἡ Γειτνίασις τῆς χώρας, λέγω δὲ τῆς Ἰωνίας, πλεῖστον ὅσον εἰς κέρδος ἡμᾶς συνήνεγκεν. ἀνιωμένους γὰρ ἡμᾶς, καὶ δυσχεραίνοντας ἐπὶ ταῖς πρώταις φήμαις παρεμυθήσατο. τί δέ ἐστιν ὃ λέγω, γνώσῃ. ἧκεν εἰς ἡμετέρας ἀκοὰς ἀποστῆναι μέν σε τῆς προτέρας θρησκείας τῆς ἐκ προγόνων παραδοθείσης, ἐπὶ δὲ τὴν μάταιον δεισιδαιμονίαν ἐληλακέναι, οἴστρῳ τινὶ κακῷ συμβούλῳ εἰς τοῦτ' ἐλαθέντα. καὶ τί οὐκ ἔμελλον πάσχειν δυσχεραίνων; ὡς εἰ μέν τι τῶν ἐν σοὶ καλῶν διαβοώμενον γνοίην, κέρδος οἰκεῖον ἡγούμην· οὐ

GALLVS CAESAR Iuliano fratri S. D.

IONIÆ prouinciæ vicinitas maximum mihi lucrum attulit, quippe quem priore de te fama dolentem mœrentémque recreauerit. Quæ verò illa, quam dico, fama ſit audi. ad aures meas peruenit, te, abdicatâ prima religione, quam à maioribus accepiſti, ad inanem ſuperſtitionem deflexiſſe, impetu quodam prauóque conſilio abreptum. Quid non mihi accidiſſe putas, cùm tuam vicem dolerem? nam ſicut meum eſſe commodum reor, cùm tua bona deprædicari au-

audio : ita mala, quæ Deus auertat , meum apprime damnum arbitror. me igitur in eo mœrore iacentem communis pater Aëtius adueniens erexit : qui & planè contraria narrauit, & mihi optatiſſima. te in domibus ſtudioſè verſari : à memoriis martyrum nunquam diuelli , ſed omnino Dei cultui addictum eſſe affirmauit. Ego tibi Homeri illam vocem ingero : Βάλλε οὕτως , *ſic iaculare* : Perge, inquam, vt cœpiſti , atque hanc eis rependе voluptatem,qui te omni beneuolentia complectuntur. Illúdque memoria retine , nihil religioni præferendum eſſe. nam virtus quo eſt perfectior, monet vt mendacij deteſtemur fallacias , veritatem autem conſectemur. quod præcipuè in pietate erga Deum curandum eſſe apparet. multitudo diſſidij origo , & perpetuitatis eſt labes. quod verò ſolum, vnumque eſt, atque potentia prępditum,rerum omnium tenet imperium. non vt Saturni filij ſorte aut partitione. ſed quia ſuapte natura principium eſt , & omnia potentiâ continet , non vi

δέ τι τῶν δυσχερῶν , ὅπερ οὐκ οἶμαι, ἐξίσης ζημίωμα μᾶλλον ἐμὸν νομίζω. ἐπὶ τούτοις οὖν ἀνιώμενόν με ἡ παρουσία τοῦ πατρὸς ἡμῶν Αετίου εὔφρανεν ἀπαγγέλλοντος μὲν ἐναντία, ἡμῖν δὲ εὐκταῖα. καὶ γὰρ σπουδάζειν σε ἔφη εἰς οἴκους εὐχῶν, καὶ μὴ πόρρω τῆς μνείας τῶν ἀθλητῶν ἀνδρῶν ἀποσπᾶσθαι, ὅλως δὲ ἔχεσθαι διεβεβαιοῦτο τῆς θεοσεβείας τῶν ἡμετέρων. ἐγὼ δέ σοι τοῦτ᾽ ἂν εἴποιμι κατὰ τὸ Ὁμηρικόν, Βάλλ᾽ οὕτως· καὶ ἐπὶ τοιαύταις μνείαις εὔφραινε τοὺς ἀγαπῶντάς σε μεμνημένος, ὡς οὐκ ἔστι τι θεοσεβείας ἀνώτερον. ἡ γὰρ εἰς ἄκρον ἀρετὴ παιδεύει τὸ μὲν ψεῦδος ὡς ἀπατηλὸν μισεῖν, τοῦ δὲ ἀληθοῦς ἔχεσθαι. ὅπερ μάλιστα ἐν τῇ περὶ τὸ θεῖον φαίνεται θρησκείᾳ. ὄχλος γὰρ πάντως φιλόνεικον καὶ ἄστατον. τὸ δὲ μόνον σὺν ἑνὶ δημιουργὸν ὂν βασιλεύει τοῦ παντός. οὐκ ἐκ δασμοῦ καὶ κλήρου καθάπερ οἱ Κρόνου παῖδες· ἀλλ᾽ αὐτοαρχὴ ὄν, καὶ κρατοῦν τῶν ἁπάντων, οὐδὲ δεξάμενον βίᾳ

ἕτερον, ἀλλὰ πρὸ πάντων ὄν. τοῦτο ὄντως θεός. ὃν παρὰ σοῦ τῷ ὀφειλομένῳ σεβάσματι προσκυνεῖν χρή. ἔρρωσο.

acquiſita : nam ipſum ante omnia eſt. Hic procul dubio eſt Deus ; quem debito cultu venerari oportet.

Vale.

AD
IVLIANI IMP.
OPERA

NOTÆ DIONYSII PETAVII
è Societate Iesv.

AD ORATIONEM I.

PAnegyricus iſte Conſtantio Imperatori tum, vt apparet, dictus eſt, cùm profligatis Tyrannis, pacatóque imperio, ſolus rerum potitus eſt. In quo quidem ſcholaſtico illo, ac laudatorio genere ita eum Iulianus prædicat, vt à maioribus primùm, à parentibus, à patria commendet: inde ab rebus præclarè, ac cum laude ſuſceptis. Inter quas nobilis illa eſt aduerſus Perſas expeditio; liberatáque ab obſidione Niſibis. Nec non præclara de vtroque tyranno victoria: quorum alter eloquentiæ vi, atque oratione ſuperatus; alter militaribus copiis, ac vi armorum expugnatus eſt. Secundum quæ ab egregiis, & illuſtribus ornamentis animi, ac virtutibus eum collaudat. Huius orationis initium imitatus eſt Libanius Orat. in Conſul. Iuliani.

Pag. 2. Τῆς μὲν λόγῳ.] Vetranionem, & Magnentium intelligit. Quorum ille ſine atque armis redactus in ordinem;

Digitized by Google

hic bello profligatus eſt. Zoſ. lib. 2. Nazianzenus in Steliteut. I, vbi in Conſtantij laudes oratorio impetu ſtilum effundit, de iis ipſis tyrannis agens, καὶ τοὺς οἴκοι τυράννους χειρούμενος, τοὺς μὲν τοῖς λόγοις, τοὺς δὲ τοῖς ὅπλοις· καὶ τούτων ἑκάτερον ὡς μηδὲν ὑπὸ τοῦ ἑτέρου διοχλούμενος. *Et domeſticos tyrannos poteſtati ſuæ ſubiiciens, alios quidem oratione, alios armis; & ita vnumquemque ſuperans, quaſi nihil moleſtiæ alter inferret.*

Pag. 9. Οὐκοῦν ὡς τεκοῦσα τὴν σὴν μητέρα.] Fauſtam nimirum Maximiani Herculij filiam. De qua Paneg. Maxim. & Conſtan. dictus. Hanc Conſtantinus ob Criſpi filij necem ab ea procuratam è medio ſuſtulit anno CCCXXVII. At Zoſimus lib. 2. alia ex coniuge, quàm ex Fauſta ſuſceptum eſſe Conſtantium diſertè ſcribit. Quæ nimirum vxor ob adulterij ſuſpitionem à Conſtantino interfecta ſit. Sic enim de Conſtantini tribus filiis paterni Imperij hæredibus narrat. ἐτέχθησαν δὲ οὗτοι οὐκ ἀπὸ Φαύστης τῆς τοῦ Ἑρκουλίου Μαξιμιανοῦ θυγατρὸς, ἀλλ' ἐξ ἄλλης. ἣν μοιχείας ἐπαγαγὼν μέμψιν, ἀπέκτεινε. Sed errat ſanè ſcriptor iſte, & cæterorum omnium conſenſione refellitur. Illud enim conſtat, quæ Conſtantini iuſſu necata eſt, eam Fauſtam appellatam fuiſſe. At nullam aliam eiuſdem nominis, præter Maximiani filiam, duxiſſe Conſtantinum reperimus. Quin Iulianus hac oratione perſpicuè è Maximiani filia natum indicat Imperatorem Conſtantium.

Γεγονέναι δὲ ὑπὸ τοῦ σοῦ πατρός.] Plura ad eam rem Themiſt. Orat. 13.

Ἰλλυριοὶ δὲ ἔτι παρ' αὐτοῖς.] Zoſimus lib. 2 Arelate editum in lucem Conſtantium aſſerit. ſed pro Κωνστάντιον apud eundem Κωνσταντῖνον legere oportet. cùm hunc ipſum dicat paucos ante dies natum cum Criſpo, ac Liciniano Licinij filio Cæſarem eſſe factum. Quod ſine dubio ad Conſtantinum pertinet, qui ſecundus à Criſpo Conſtantini Imperatoris filius extitit. Quare Conſtantius meritò in Illyrico natus eſſe dicitur. vnde & plerique Imperatores ortum acceperunt, ipſéque adeo Conſtantij auus Iulius Conſtantius, & Diocletianus, ac Maximiani ambo, Herculius, & Galerius. Aurel. Victor. Eutropius.

Αὐτοὶ γὰρ φασι τὴν τηθίδα.] Eutropiam Syram Maximiani

Herculij coniugem. Ex qua Maxentium, & Fauſtam ſuſtulit Conſtantini vxorem: Aurelius Victor.

Pag. 10. Ἐκ παντὸς ἐξυνώκεσαν.] For. ἐξυνώχασι.

Pag. 11. Κλαυδίου μνησθέντα.] Claudij Imperatoris ex filia nepotem fuiſſe Conſtantium Chlorum Conſtantini Patrem narrat Eutrop. lib. IX, Zonaras, & Cedrenus. At Trebellius Pollio in Claudio, ipſi Claudio liberos nullos fuiſſe memorat: ſed ex fratris eiuſdem Criſpi filia Claudia, & Eutropio nobiliſſimo gentis Dardanæ viro Conſtantium Cæſarem eſſe genitum.

Πρὸς τοὺς ὑπὲρ τὸν Ἴστρον.] Memorabilem illam Barbarorum eruptionem attingit, quæ Claudio imperante facta eſt. cùm Scytharum diuerſi populi infinita multitudine (CCCXX^M^. erant, ac nauium II^M^) Græciam, ac finitimas prouincias depopulati ſunt. De his Trebell. Pollio, Zoſimus, &c.

Pag. 11. Ἐπὶ τῶν εἰκόνων ὁρωμένων ἔτι.] Syneſius Orat. de Regno, de eiuſmodi Imperatoribus loquens, οὓς ἐν ταῖς εἰκόσι, ait, θεώμενα γελᾷ τὰ μειράκια, καὶ οὐδὲ ὁ γέρων δῆμος εὐτυχεῖς ἡγοῦνται γεγονέναι. *Quos in imaginibus intuentes adoleſcentes irrident; plebei verò grandiores natu ne fortunatos quidem putant fuiſſe.*

Τὰ δὲ ὑπὲρ τῶν πάππων.] Maximianum Herculium, & Conſtantium Chlorum innuit. Etenim ille, vt proximè dictum eſt, Fauſtam Conſtantino filiam vxorem dedit. Quòd verò ambo illi aui à Diocletiano in imperium adſciti fuiſſe memorantur; ſic accipe: vt ſolus quidem Maximianus Auguſtus atque Imperator ſit factus; Conſtantius verò, & Galerius Maximianus Armentarius Cæſares duntaxat appellati: itáque in Vet. Inſcriptione. Appoſitè hunc ad locum Aurelius Vict. *Sed horum*, inquit, *concordia maximè edocuit; virtuti ingenium, vſúmque bonæ militiæ, quanta his Aureliani, Probíque inſtitutio fuit, penè ſat eſſe. Denique Valerium, vt parentem, ſeu Dei magni ſuſpiciebant modo.* Quibus poſtremis verbis ad Iouij cognomen alluſit. Sed pro *inſtitutio*, *inſtitutione* forſitan legendum eſt.

Pag. 13. Τὴν μετὰ σοῦ βασιλείαν.] De Militari illo ſuffragio Eumenius Paneg. *Illico enim atque ille terris fuerat exemptus, vniuerſus in te conſedit exercitus. Te omnium mentes oculíque ſigna-*

runt. Mox: *Purpuram ſtatim tibi, cùm primus copiam tui fecit egreſſus, milites vtilitati publicæ magis, quàm tuis affectibus ſeruientes, iniecere lacrymanti.* Hoc verò in Britannia inſula contigit. Itaque ſubiicit: *O fortunata, & nunc omnibus beatior terris Britannia, quæ Conſtantinum Cæſarem prima vidiſti!* Quare Author Paneg. in Maximianum, & Conſtantinum, cùm de Conſtantio & Conſtantino ſic loquitur: *Liberauit ille Britanniam ſeruitute, tu etiam nobiles illic oriendo feciſti*; non de natiuitate ipſa, ſed de Imperij primordio intelligendus eſt, quemadmodum initiò dixerat, *Conſtantine oriens Imperator.*

Τῆς περὶ τὰς δωρεάς.] Adeo vt tanquam profuſus notetur, ſed ab æmulis, & obtrectatoribus, Zoſimo, & hoc Iuliano in Cæſar.

Pag. 14. Πόλιν τε ἐπώνυμον.] Conſtantinopolim decem annis exædificatam haud temerè ſcribit, qui hoc ignorare minimè potuit, Iulianus. Atqui anno Chriſti CCCXXX abſoluta eſt, quo & dedicata fuit; vt Idatius, Alexandr. Chron. poſt Euſebianum Chronicon memoriæ prodiderunt. Ante biennium autem inchoatam, Ianuario, & Iuſto Coſſ. idem Chronicon refert. Atque vt ante annos decem id eſſe factum ex Iuliani loco iſto putemus; neceſſe eſt annum Chriſti circiter CCCXX, vel ſequentem deſignemus. Neutro autem potuit: adeóque non ante CCCXXIV; quo, victo Licinio, Byzantium in Conſtantini poteſtatem venit. Non dubium eſt, quin anno CCCXXVIII cœpta ſit ædificari Conſtantinopolis: à quo ad Conſtantini mortem, anni ſunt οὐχ ὅλοι δέκα, vt loquitur Iulianus. Biennio itaque promota eſt Vrbis exædificatio; ſic vt incoli, ac frequentari potuerit: reliquo tempore abſoluta eſt, ac perpolita. Hæc Iuliani mens fuit.

Τοσούτῳ τῶν ἄλλων.] Suidâs hoc Conſtantinopolitanæ Vrbis elogium hinc deſcripſit, authoris, vt ſolet, nomine ſuppreſſo.

Στρατηγὸς ἐκείνων ἠξίου.] Deſitis iam Archontibus, aut eorum poteſtate iam obliterata, Athenis στρατηγοὶ fuerunt. Vide Meurſium lib. I de Archontibus cap. IX. De eodem Magiſtratu, & vſurpatione vocis illius in hac formula, ἐπὶ ἄρχον-

τος τοῦ δεῖνα diſputabitur. in fine huius Operis, in velitatione noſtra aduerſus Plinianum Exercitatorem, cuius puerilis hoc in genere error exagitatur.

Pag. 16. ὧν ὁ μὲν τις τῷ πατρί.] Nullum ad alium, quàm Conſtantinum conuenire iſtud poteſt, ſi de Fauſtæ φύσει liberis capiendum eſt; quorum ille natu maximus. Cæterùm ne in eum quidem quadrat. Quî enim potuit hic cum Patre bellum aduerſus Tyrannos gerere; cùm Licinius Tyrannorum poſtremus anno CCCXXIV victus ſit; Conſtantinus verò anno Chriſti CCCXVII in lucem editus, ſi quid Zoſimo credendum eſt? Hic enim pace inter Licinium, & Conſtantinum Imperat. ſtabilita, Criſpum ait, & Conſtantinum, ac Licinianum Licinij filium Cæſares appellatos. καὶ Κωνσταντῖνον οὐ πρὸ πολλῶν ἡμερῶν ἐν Ἀρελάτῳ τῇ πόλει τεχθέντα. Sic enim reſtituendum puto pro eo quod malè vulgò Κωνστάντιον ſcribitur. Qui non Arelate, ſed apud Illyricos natus eſt: vt paulo antè Noſter meminit. Accedir & Aurelius Victor: qui hoc ipſum narrat his verbis: *Adſcitique Imperio Cæſarum communes liberi, Criſpus, Conſtantinúſque Flauio geniti, Licinianus Licinio.* Cæterùm de Criſpo loqui Iulianum hoc loco nihil prohibere videtur aliud, quàm quòd hic ex alia coniuge, quàm Fauſta, ſuſceptus eſt, Mineruina ſcilicet. Verùm vt matris nomen pro nouerca etiam vſurpes, facile hoc ad eundem illum referetur, qui, authore Euſebio, aduerſus Licinium vnà cum parente bellum adminiſtrauit.

Ὁ δὲ τὴν πρὸς τοὺς Γέτας.] Vide quæ ad annum Chriſti CCCXXII ex Anonymo, & Idatio notauimus in Chronico noſtro. Hæc igitur ad Conſtantinum iuniorem referenda ſunt: proxima Conſtantem indicant. qui imperium ſuum contra barbaros, præſertimque Francos, tutatus eſt; & à Magnentio tyranno eſt oppreſſus, anno Chriſti CCCL.

Pag 17. Ὡς ὅτι τῶν μὲν] Leg. ἀπόγονοι, & ἔκγονοι.

Τῆς ἡμετέρας οἰκιστοῦ πόλεως.] Romuli, qui à lupa nutritus.

Pag. 18. Τῇ τῶν λόγων.] Scribendum coniecimus νόμων. quod ex pag. 28 confirmatur.

Τὴν θρυλλουμένην εὐεξίαν] In priori editione noſtra corrupta lectio non integram nobis interpretationem expreſſe-

rat. Vtramque ex MS. codicibus caſtigauimus. Docet igitur aliam principis educationem eſſe oportere; quàm pugilis vel athletæ: cuiuſmodi homines ſaginari, miniméque probatum medicis ad corporis habitum exacto, moroſóque cultu perduci ſolebant. Hinc eleganter apud Euſebium libro V προπαρασκευῆς. Oenomaus Cynicus ἄνδρας πεφατνευμένους vocat. hoc eſt *altiles*; vt rectè P. Vigerus in nouiſſima editione reddit. οὐδ᾽ οἱ θεοὶ φιλοῦσιν οὐχ ἧττον, ἢ οὓς οἱ ἀλφιτοποιοὶ σιτεύουσι βοῦς. *Quos Dij non minùs amant, quàm qui à molitoribus ſaginantur boues.* Huic porrò Iuliani loco geminum eſt quod Plutarchus initio Philopœm. diſſerit. vbi athleticum vitæ, exercitationiſque genus cum militari confert.

Pag.19. Χορείαν τὴν ἐν τοῖς ὅπλοις.] Rectè. Nam & Pyrricha ſaltatio militaris genus exercitationis fuit. Ammianus libro XVI de hoc noſtro Iuliano: *Cùm exercere præludia diſciplinæ caſtrenſis cogeretur, vt princeps; artémque modulatiùs incedendi per Pyrricham concinentibus doceret fiſtulis.* Ita & Narſes milites ſuos exercebat apud Agathiam lib.II. De curſu autem, quod alterum genus exercitationis fuit, vide Veget.lib.II.

Pag.20. Καθάπερ ὁ γενναῖος ἠξίωσε Πλάτων.] Lib.V de Rep.

Pag.22. Ἀλλὰ τὸν μὲν οὐκ ἐβασίλευσε.] Scio βασιλεύειν tranſitiuè nonnunquam vſurpari, vt apud Greg. Nazianz. in Stelit.I. ſed difficile eſt ad huius loci accommodare ſententiam. Itaque mendi iure ſuſpectus eſt. & apparet ὧν ἐβασίλευε, leg. cum aliis, quæ in interpretatione Latina probabiliter expreſſimus.

Pag.24. Τὴν γερουσίαν.] Cor. τὴν περιουσίαν. atque ita ſententia poſtulat.

Pag.25. Οὔτε τῶν βαρβάρων.] Polyb. lib.VI. καὶ γὰρ βασιλεῖς ἦσαν παρ᾽ αὐτοῖς, καὶ τὸ γερόντιον εἶχε τὴν ἀριστοκρατικὴν ἐξουσίαν, καὶ τὸ πλῆθος ἦν κύριον τῶν καθηκόντων αὐτῷ. καθόλου δὲ τὴν τῶν ὅλων ἁρμογὴν εἶχε παραπλησίαν τῇ Ῥωμαίων τε, καὶ Λακεδαιμονίων. Vide & Ariſtot.II. Politicon cap.XI.

Pag.26. Ἐντεχνεῖν ὑπερφυῶς.] Deeſt πέφυκε, vel ſimile quidpiam.

Pag.28. Ἐνδεέστερον μὲν αὐτός.] Sanè idem & Themiſt. Orat.13 confirmat. Τὸ δὲ ἁπάντων ἐρωτικώτατόν τε, καὶ ἐμπυρώτατον, ὅτι ἥκιστα

αὐτὸς

αὐτὸς τρυφῶν, χορηγεῖ τῇ πόλει τρυφῆς ἀφθονίαν, καὶ τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ἀποκλείων ταῖς ἡδοναῖς, συνεθίζει ἡμῖν τοὺς νομίμους ἁπανταχόθεν.

Pag. 29. Πολὺ δὲ πλέον τοῦ μένος.] Mortuus iam erat Conſtantinus, cùm ad eum Conſtantius peruenit. Sed illius obitus vſque in huius aduentum celatus eſt. Ruffinus libro I, capite XI, Socrat. lib. I, cap. XXXIX. At de honoribus ab eo parenti habitis adi Euſeb. Encom. Conſtant.

Υπὲρ ὧν ἐξ ἀρχῆς.] Scribe ἐξαρκεῖ.

Pag. 30. Πλὴν ὅπου βιασθείς.] Callidè, & adulatoriè Conſtantij parricidia diſſimulat, & excuſat. Qui mortuo Patre Conſtantium patruum, inde Dalmatium Cæſarem, & Optatum Patritium, atque Ablauium Præfectum Prætorio per milites necat: nec non & Anaballianum, cùm milites ſubiecisſet, qui vociferarentur, nullius ſe alterius, quàm Conſtantini filiorum Imperium pati poſſe. Zoſimus lib. 2. Quæ omnia inuito Conſtantio à militibus patrata hic Iulianus innuit. At in Epiſt. ad Sen. & Pop. Ath. longè aliter ſentit, dicitque verò ἑτέρους ἐξαμαρ.

Τῆς ἴσης παρηγορίας.] For. προσηγορίας. aut, quod magis arridet, ἰσηγορίας.

Ενδεὴς δόξει] For. δόξαι.

Pag. 31. Ὡς ἐκεῖνον ᾔσθοντο τετελευτηκότα.] Hîc ἀδιορίστως multa confundit. Primùm poſt Alexandri mortem Perſas ait defeciſſe. Quod vt de Perſis falſum eſt: ita Parthos conſtat anno demum ab Alexandri morte quarto & ſeptuageſimo defeciſſe, Arſace duce, imperante Antiocho Θεῷ. Tùm horum imperium annos circiter CCCCLXXXII tenuit, vſque ad duodecimum Alexandri Mammææ F. qui incidit in Chriſti CCXXXIII. quando Artaxerxes, interfecto Artabano Parthorum rege, Perſicum imperium longo interuallo renouauit. At Iulianus Perſas promiſcuè cum Parthis habuit. quod interdum Græci ſcriptores ſolent. ſanè Chryſoſtomus ſæpenumerò Perſas pro Chaldæis, & Orientalibus aliis vſurpat.

Τοῦ χειροῦ πράξεων.] Coniiciebam haud temerè ſcribendum Κάρου. Carus enim Imperator multa contra Perſas fortiter geſſit. Nam, vt refert Vopiſcus, aduerſus eos profectus,

nullo ſibi occurrente, Meſopotamiam cepit, & ad Cteſiphontem vſque peruenit. occupatiſque Perſis domeſtica ſeditione, Imperatoris Perſici nomen meruit. Idem & Eutropius narrat, & Aurelius Vict. Porrò verba illa, quæ parentheſi incluſa ſunt, ex Henr. Steph. codice ſuppleuimus. quæ ſi germana ſunt, tùm probabilius ſit pro Κάρου legendum Ὀδενάτου. qui poſt Valeriani cladem pro Romanorum duce ſe gerens multa ſtrenuè contra Perſas edidit. Trebellius.

Pag. 32. Ἀλλ᾽ οἱ τὴν θαυμαστήν.] Diocletianum, & Galerium Maximianum Cæſarem innuit. Quorum hic primò à Perſis victus ad Diocletianum rediit. Cui cùm in itinere occurriſſet, tanta ab eo arrogantia eſt exceptus, vt per aliquot paſſ. millia ad vehiculum cucurrerit. Mox tamen per Illyricum Mœſiámque contractis copiis, ruſſus cum Narſeo pugnauit ingenti ſucceſſu. Quare à Diocletiano in Meſopotamia cum præſidiis tum morante ingenti honore ſuſceptus eſt. Hæc ferè Eutrop. lib. IX, & Zonaras. Qui addit Perſas legatos ad Diocletianum, & Galerium miſiſſe, ab iiſque pacem iniquis conditionibus impetraſſe.

Πεσιόντος τοῦ πατρός.] In ipſa contra Perſas expeditione mortuus eſt Conſtantinus, cùm Soteropolin, ſiue Pythiam delatus eſſet; ibique toxicum à fratribus accepiſſet. Vnde Nicomediam tranſlatus in ea vrbe periit. Aurelius Vict.

Pag. 33. Τὸν μὲν παλαιὸν σφῶν.] For. ἐκβοώντων, & ἐθελόντων.

Pag. 35. Ὡς καλῶς μέν.] Manca oratio: quæ expleri poſſit his, aut ſimilibus voculis; καλῶς μὲν, ἀλυσιτελῶς δὲ τοῦτο πεποίηκε. ἀλυσιτελὲς μὲν γὰρ, &c.

Pag. 41. Τὸν περὶ τὴν Σιγγαρῶν.] De hoc Singarenſi prælio vide Eutrop. & imprimis Sextum Rufum. Contigit anno Chriſti CCCXLVIII, Philippo, & Salia Coſſ. Hieron.

Pag. 44. Γενόμενοι δὲ εἴσω.] Sextus Rufus præ reliquis omnibus accuratè hanc hiſtoriam explicat. quem omninò conſule. Ex hoc enim corrigenda noſtra verſio eſt, & negatio delenda. Quippe Conſtantij milites ſiti confecti, cùm ſub veſperam in hoſtium munitiones irrupiſſent, ac paulo ſe incautiùs ad aquandum effudiſſent, ab hoſte cladem acceperunt.

Digitized by Google

Ἐπειδὴ γὰρ εἰς πολιορκίαν.] Hæc Niſibenæ obſidionis hiſtoria acuto, ac perattento lectore opus habet. Nam ex ea Chronicorum, & Annalium ratiocinia caſtigari, dirigique debent.

Hieronymus in Supplemento Euſebiani Chronici, ad annum proximum à morte Conſtantini M. qui primus eſt trium eius liberorum, hæc adnotat: *Sapor rex Perſarum, Meſopotamia vaſtata, duobus ferme menſibus, Niſibin obſidet.* Mox: *Iacobus Niſibenus agnoſcitur: ad cuius preces ſæpe vrbs diſcrimine liberata eſt.* Theodoretus in Philotheo, S. Iacobi geſta percenſens, obſidionis illius meminit; quæ ſtatim poſt Conſtantini obitum ſecuta eſt, cùm Sapores illius liberos, tanquam imbecillos contemneret. In eâdem porro ſcribit ea contigiſſe omnia, quæ hîc à Iuliano referuntur: & inter cætera, præterfluentis fluuij curſum aggeribus repreſſum: inde cùm maiorem in modum collectis aquis intumuiſſet; interruptis molibus, magno cum impetu in muros emiſſum. Addit & culicum agmina diuini viri precibus in hoſtes immiſſa. nec non Imperatoris habitu quendam pro muris à Barbaro conſpectum. quod ille miratus, eos, qui abeſſe Romanorum Imperatorem dixiſſent, & obſidionis illius authores fuiſſent, capitali ſupplicio affecit. Idem verò Theodoretus lib. II Hiſt. Eccleſ. c. XXX, hanc ipſam obſeſſæ, atque à S. Iacobo ſeruatæ Niſibis hiſtoriam latiùs proſequitur: vbi & ad ea, quæ in Philotheo ſcripſerat, lectorem remittit. Refert autem Saporem LXX diebus in ea obſidione conſumptis, & inhibito flumine, ac mox in muros immiſſo, falſum ſpe ſua domum rediiſſe. Sed quod ad annum attinet obſidionis, à ſeipſo diſcrepat. Non enim ſubinde poſt Conſtantini obitum, atque in ipſo Conſtantij exordio, vt in Philotheo; ſed diu poſteà contigiſſe demonſtrat. nimirum poſt Ariminenſe, & Seleucienſe conciliabula; quæ anno Chriſti CCCLIX, Conſtantii XXIII celebrata ſunt, ac poſt Antiochenam ſedem ab Eudoxio per vim occupatam, reſcriptúmque Conſtantii ad Antiochenos contra eundem Eudoxium editum. quod anno antecedente, Chriſti CCCLVIII accidit. Demùm Antiochiæ per idem tempus, quo Niſibis obſideba-

tur, fuiſſe Conſtantium indicat Theodoretus cap. XXXI. At Theophanes anno à Conſtantini morte proximo Niſibenam illam obſidionem perſcribit, quæ LXIII diebus tenuit: & S. Iacobi precibus in irritum ceſſit. neque culicum, ac cæterarum rerum mentionem facit.

Zoſimus lib. III de obſidione Niſibis agit, eius hiſtoriam à Iuliano ipſo memoriæ proditam aſſerit, indéque lectorem petere iubet. Hanc autem accidiſſe ſcribit cùm iam Cæſar eſſet Iulianus; póſtque Francos Salios, & Quados ab eo domitos; cùm etiam paratis in Occidente rebus, Conſtantius in Oriente eſſet, ac totus in Perſicum bellum incumberet. Itaque anno CCCLIX, vel CCCLX potiùs id euenerit, quando Perſis Romani imperii fines incurſantibus, Conſtantius Iuliani gloriæ inuidens, Celticas duas legiones è Galliis exciuit. quæ res, militari ſeditione concitata, Iuliano viam ad imperium vſurpandum muniit.

Cum horum Scriptorum narrationibus conferamus ea modò, quæ Iulianus ipſe hac oratione ſcripſit. Ita multa multorum errata patefaciemus, & huic hiſtoriæ, quæ hactenus ignota fuit, lucem dabimus. Omnium primò teſtis eſt Iulianus, allato nuncio de Conſtantis nece, & Magnentii, ac Vetranionis tyrannide, Conſtantium munitis Syriæ oppidis in Occidentem eſſe profectum. Perſas verò in eam occaſionem intentos, occupato ciuilibus & occidentalibus bellis Imperatore, Niſibin aggreſſos eſſe, in qua menſes quatuor exegerunt. Hæc obſidio non alia eſt ab ea, quam Theodoretus refert. Nam & retentum flumen magno deinde cum impetu mœnibus illiſum eſſe ſcribit; & de machinis, ac cæteris eadem fere percenſet. Annus verò indicatur à Iuliano Chriſti CCCL, quo allata Conſtantis nece, Conſtantius in Occidentem profectus eſt. Triplex ergo tempus ex hiſtoricorum illorum, quos teſtes citauimus, comparatione colligitur: nempe annus CCCXXXVIII, CCCL, & CCCLX. qui omnes eidem obſidioni præfiniuntur. Mihi non dubium eſt, quin Theodoretus, & Zoſimus grauiſſimè aberrarint, atque ex hac Iuliani narratione corrigendi ſint. Sic igitur habeto: Niſibin ſæpius à Perſis ob-

Pag. 47. & 48.

ſeſſam, atque à S. Iacobo propugnatam fuiſſe, vt indicat Hieronymus. Ter obſeſſam eſſe Rufus affirmat. Duæ porro præ cæteris inſignes obſidiones fuerunt. Prior ſtatim poſt Conſtantini obitum contigit, cuius meminit Hieronymus, & Theophanes. quæ duobus ferè menſibus tenuit. Poſterior abſente Conſtantio, & in Occidentem contra tyrannos profecto, anno CCCL, quam Iulianus & Theodoretus deſcribunt; meminit verò Zoſimus. Has duas obſidiones in vnam eandémq; conflauit Theodoretus, & Zoſimi prætcrea errorem ſecutus eſt in eo, quod poſterioris, ac celeberrimæ tempus pluribus annis tardius conſignauit. Nam obſidio illa, quam hîc Iulianus exponit, & quam Zoſimus ac Theodoretus in animo habuerunt, anno CCCL tribuenda eſt; antequam non modò Iulianus, ſed ne Gallus quidem eius frater Cæſar eſſet. Quare mirum non eſt ſi Ammianus Marcellinus diligens & accuratus illorum temporum hiſtoricus nullam obſidionis illius mentionem fecerit, cùm priores hiſtoriæ illius libri perierint. Ex iis caſtigandi ſunt Annales, & Chronici libri, adeóque noſter, quatenus anno CCCXXXVIII, cùm Niſibenam obſidionem adſcriberemus, Theodoretum, alióſque ſecuti, ad idem ſaxum offendimus. Hæc verò Iuliani oratio tanto eruditis, & hiſtoriæ ſtudioſis eſſe debet acceptior, cuius ope factum eſt, noua vt huius hiſtoriæ ratio, & hactenus ignota conſtaret.

Pag. 49. Ἐπιῤῥεῖ δὲ ὁ Μυγδόνιος.] Haud ſcio an ſponte ſua ſolito magis intumeſcens iſte fluuius inundaſſe dicatur: an vi coërcitus, ac repente laxatus ſeſe in campos effuderit. quod poſterius in obſidione illa contigit; & videtur eò ſpectaſſe Iulianus.

Pag. 50. Οὐδὲν εἰδότας.] Altera ad marginem lectio ſuadet οὐδὲν ἢ ἰδόντας ſcribendum eſſe.

Pag. 52. Ἀκμῶντας ἦγες τὸ ϛράτευμα.] For. τοὺς ϛρατιώτας.

Pag. 54. Οὐδεμία τῶν ὅσαι.] Scribe οὐδεμίαν.

Pag. 57. Ὀψέ ποτε τῇ Θετταλικῇ.] Prouerbium eſt ἡ Θετταλικὴ πειθανάγκη: quod Eunapius vſurpat in Chryſantho. De quo tamen Parœmiographi ferè tacuerunt. certè quæ eſſet illius origo, apud iſtos non reperi.

Pag. 59. Αλλως τε καὶ πρὸς ἄνδρα.] Aur. Victor: *Vetranio* (inquit) *literarum prorſus expers, & ingenio ſtolidior, idcircóque agreſti vecordia peſſimus.* Ibidem & de Conſtantii eloquentiâ.

Pag. 63. Φράγγοι καὶ Σάξονες.] Franci trans Rhenum, ac cis Albin fluuium habitabant. Ammianus lib. XX: *Rheno deinde tranſmiſſo regionem ſubitò peruaſit Francorum, quos Anſuarios vocant.* Panegyricus Maximiani & Conſtantii; nec non alter ab Eumenio dictus hoc ipſum indicant. quod ab aliis obſeruatum.

Pag. 64. Ex μικροῦ παντελῶς.] Cùm ad Murſam oppidum Pannoniæ Magnentij ac Conſtantii copiæ conſtitiſſent, diſpoſitis ad Adranorum fauces inſidiis, Magnentius prælliandi copiam ſe ad Sciſciam facturum eſſe Conſtantio denuntiauit. Quare mirificè is gauiſus, quòd equitatu præſtaret, profectus eſt. Sed dum temerè, ac nullo ordine, & inermes progrediuntur, à Magnentianis pene omnes oppreſſi ſunt. Zoſ. L. II. ex quo totius belli accuratam deſcriptionem petere licet.

Pag. 66. Εφ' αὐτῷ δεῖξαι.] Cor. ἐφ' αὐτῶν.

Pag. 67. Τοῦ πατρῴου λαμπρότερον.] Iiſdem ferè in locis à Conſtantino Licinius debellatus anteà fuerat. Zoſ.

P. 98. Απείρων γὰρ ἦχες.] De Cataphractis Equitibus loquitur, quos Clibanarios vocant. Nazarius Paneg. Conſtant. *Quæ enim illa fuiſſe dicitur ſpecies! quàm atrox viſu! quàm formidoloſa! operimento ferri equi, atque homines pariter obſepti. Clibanariis in exercitu nomen eſt. Supernè omnibus tectis equorum pectoribus demiſſa lorica, & crurum tenus pendens, ſine impedimento greſſus, à noxa vulneris vindicabat.* Amm. lib. XVI, *Sparſique Cataphracti equites, quos Clibanarios dictitant Perſæ, thoracum muniti tegminibus, & limbis ferreis cincti, vt Praxitelis manu polita crederes ſimulacra, non viros: quos laminarum circuli tenues apti corporis flexibus ambiebant, per omnia membra deducti, vt quocumque artus neceſſitas commouiſſet, veſtitus congrueret, vinctura cohærenter aptata.*

Pag. 70. Εἰς τὴν πλησίον πόλιν.] Aquileiam intelligit, vt ex Orat. II. plenius cognoſcimus.

Pag. 71. Αποτειχιζομένης ἐν κύκλῳ.] Idem repetit Orat. III. οὕτω δὲ τῆς Ιταλίας ἁπανταχόθεν ὄρεσί τε συνεχομένης λίαν δυσβά-

τοῖς, καὶ θαλάσσῃ τινα γώδει, ἅτε εἰσρεόντων ποταμῶν μυρίων, οἳ ποιοῦσιν ἕλος προσεχὲς τοῖς Αἰγυπτίων ἕλεσι. Quod de Italia propriè quidem dicta Iulianus intelligit. In ea porrò parte Venetæ ſunt, & Atrianorum paludes; quò ſe poſt cladem acceptam recepiſſe Magnentium, præter Zoſimum, ſcribit Aure. Vict. & Noſter Orat. II.

Pag. 72. Οὕτως οὐδὲν πρὸς πονηρίαν.] Manca & ἡμιτελὴς oratio.

Pag. 73. Τὸν ἀπόστολον τὸν ἐπὶ Καρχηδόνα.] Victo in Pannonia Tyranno, Conſtantius in id intentus, omnia vt illi perfugia clauderet; in Italiam, Siciliam, Africam, Galliámque miſit, qui harum prouinciarum aditu prohiberent. Iulianus Orat. II. τὸν γε μὴν πρὸς τὸν τύραννον πραχθέντων ὅ, τε ἐπὶ Σικελίαν ἔκπλους, καὶ ἐς Καρχηδόνα, Ηριδανοῦ τε αἱ προκαταλήψεις τῶν ἐκβολῶν.

Pag. 74. Επεὶ καὶ τὴν Αντιόχου πόλιν.] Nonnihil hæc obſcura ſunt; imò corrupta leuiter: quibus indicare videtur, Antiochiæ cognomen à Conſtantio Imperatore partum. & eandem vrbem præterea cùm aliis rebus locupletatam, & ornatam fuiſſe, tùm portu præpete, quem ad Seleuciam Conſtantius extruxit. de quo Libanius in Antiochico. & qui nuper editus eſt Veteris mundi deſcriptionis author, Latinus is quidem, non Græcus. qui Seleucienſem portum iſtum à Conſtantio fabricatum refert; vt rectè illius editor obſeruat. Idem tamen in Libanij loco, quem ex Antiochico citat, perperam hæc verba reddit: Αλλὰ τέτμηται μὲν ἐν Σελευκείᾳ· τέτμηται δὲ ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας τοσούτῳ χρυσῷ λιμὴν ἐκ πέτρας γινόμενος. Hæc ille ſic vertit: *Verùm ſectus quidem eſt in Seleucia: ſectus verò propter vrbem noſtram tanta vi auri portus è ſaxo confectus.* Atqui non hoc Libanius ſibi voluit ingenti vi auri ſectum illum fuiſſe portum; ſed ad tantam vim auri capiendam, quantam Crœſo Pactolus non attulit, portum illum è ſaxo fuiſſe factum. vt non pretium, quo portus fabricatio conſtitit; ſed opes, ac diuitiæ, quæ ad eum conuehendæ ſunt, iis verbis exprimantur. De eiuſdem porrò Conſtantij in Conſtantinopolitanam vrbem munificentia, cuius hîc Iulianus meminit, agit in Orat. XIII Themiſtius.

Pag. 77. Χρόνον ἐτῶν οὐκ ἐλάσσονα.] Quî tandem congruit?

Anno regni ſui ineunte ſexto traiecit in Græciam Xerxes: neque tamen initio ſtatim imperij de illa expeditione cogitauit. ſed ægrè tandem ſpectris horrendis, & perfugarum Piſiſtratidarum, Aleuadarúmque precibus adductus. quod biennio ad ſummum ante τὴν ἐκστρατείαν contigit; vt ex Herodoto liquet. Sed videtur Darij apparatum filio eius imputaſſe. Etenim victus ille Marathonio conflictu nouum contra Græcos bellum adornauit, & iis conſiliis immortuus eſt. Contigit Marathonia clades anno III Olympiadis LXXII. Inde ad primum ineuntem Olympiadis LXXV, anni ſunt præter propter decem.

Pag.87. Σπερομένοις ἀπεδίδου.] Imò ἀπεδίδους.

Pag.81. Τῇ βεβαιότητι δέ.] Demoſthenes contra Leptinem, quæ à rebuſ-publicis munera conferuntur, etſi minora ſint, longè tamen præferenda eſſe admonet: παρὰ μὲν γὰρ ἐκείνοις μείζων ἐστὶν ὁ τοῦ μέλλοντος φόβος τῆς παρούσης χάριτος. παρὰ δὲ ὑμῶν ἀδεῶς ἂν αὖ λάβῃ τις ἔχειν ὑπῆρξε τὸν λοιπὸν ἄλλον χρόνον. Cui Xenophonteum illud affine eſt in Hierone. ὅ,τι ἂν τις λάβῃ παρὰ τοῦ τυράννου οὐδεὶς οὐδὲν αὐτοῦ νομίζει, πρὶν ἂν ἔξω τῆς τούτου ἐπικρατείας γένηται.

Pag.82. Τῆς βασιλείας ἔλοιο κοινωνόν.] De ſeipſo Iulianus loquitur. Nam poſt Galli necem hæc habita eſt oratio: vt ex Siluani hiſtoria conſtat, quam tangit pag.89.

Pag.84. Ἀεὶ δὲ ἐν τοῖς κοινοῖς.] Eutropius Conſtantinum ait inter Diuos relatum. De honoribus verò eidem à filio habitis Euſebius in Encomio Conſtantini. Aurelius Victor in Cæſaribus Conſtantium vocat cultu genitoris ſatis pium.

Pag.86. Φρονήσεως ἐπὶ πολύ.] In Anglicano codice quædam erant inſerta, quæ minùs ad ſententiam pertinere putauimus, ob idque minimè recipienda. Sic enim legebatur: φρονήσεως πρὸς τοσοῦτον μέγεθος ἀφικέσθαι, καὶ κάλλος πράξεων· ἀγαπητὸν δὲ, εἰ καὶ τύχῃ μόνον δίχα φρονήσεως ἐπιτετροπευμένην αἰσθῆσαι.

Pag.87. Τὸν τοσούτων τοῖς κοινοῖς.] Tollendi aſteriſci. Nam eſt integra ſententia, quæ ita concipienda eſt. *Prudentia magis, quàm viribus, cùm tantarum calamitatum authore debellaſti.* Nam Siluani copias omnes cùm ad ſuas partes oratione traxiſſet; iis ipſis ad opprimendum tyrannorum alterum Magnentium vſus eſt.

Pag.89.

Digitized by Google

Pag. 89. *Τὴν γυναικείαν ἁλουργίδα.*] Sic Orat. II. *καὶ τέλος ἐκ τῆς γυναικωνίτιδος αἰτελόμενος ἁλουργὲς ἱμάτιον.* De Siluano loquitur, qui Conſtantij offenſionem veritus imperium ſumpſit. ſed à militibus intra XXVIII diem oppreſſus eſt. Aurel. Vict. Ammianus XV. Sed cur *γυναικείαν ἁλουργίδα* dixit? Nam è ſignis purpuram ab eo detractam author eſt Ammianus: *Cultu purpureo Draconum, & vexillorum inſignibus ad tempus abſtracto ad culmen imperiale ſurrexit.* An eleuando, ac per contemptum ſic appellat tumultuariè, ac temerè ſuſceptum principalem habitum? Cogitent eruditi. Neque enim hoc mihi ſatisfacit.

AD ORAT. II IVLIANI.

De authore Orationis huius nihil eſt, quod dubitare quiſpiam iure debeat. Cuius idẽ omnino, quod primæ eſt argumentum, in Conſtantii laudibus ac prædicatione poſitum. Quem vnum virtutis omnis perfectum abſolutúmque ſpecimen proponit; itáque cum antiquis Imperatoribus comparat, vt longo eos interuallo ab illo ſuperatos eſſe confirmet. Quæ verò ab eo contra tyrannos, atque barbaros geſta ſunt; præſertim quæ ad Niſibin contigerunt, auget extollitque magnificè. Quamobrem meritò prior illa inſcriptio *περὶ Αὐτοκράτορος πράξεων*, orationi præfixa eſt. Sed quod additum eſt, *ἢ περὶ βασιλείας*, inane & abſurdum. Non enim de Regno, aut Imperio quicquam præſcribit: quemadmodum Syneſius Orat. de Regno, Dio Chryſoſt. aliique fecerunt. Quòd ſi pauca interim de Principis officio diſputet, id nonniſi obiter, & eo ſolum conſilio pertractat, vt iis omnibus ornamentis Conſtantium præſtare, ac cæteris antecellere demonſtret. Quare magna mihi ſuſpicio eſt, *περὶ βασιλέως*, pro *βασιλείας* eſſe ſcribendum. Imo fortè, vti Inſcriptiones variant, etiam *Κωνςαντίου* additum fuit.
Pag. 92. *Ὑμνεῖν τὸν βασιλέα.*] Quem regem intelligat, equidem non video. Homeri verba ſunt Iliados I.

Τῇ ὅγε θυμὸν ἔτερπε, ἄειδε δ' ἄρα κλέα ἀνδρῶν.

Num igitur ſic concipienda lectio? ὑμνεῖν τὰ κλέα ἀνδρῶν, καὶ ᾄδειν. vel certè τὰ κλ. αν. καὶ κατ. Niſi βασιλέα Achillem vocet.

Pag. 93. Τὸν Πιττακὸν ἐπαινῶν.] Apud Diog. dictum illud extat, Συγγνώμη τιμωρίας κρείσσων.

Pag. 96. Καὶ τὰ φόρεια τὰ εἰπόθεν.] Hemiſtichium illud proximè allatum ex Iliados eſt Y. vbi Æneas Erichtonium vnum ex maioribus ſuis tria equarum habuiſſe millia iactat: quarum amore captus Boreas celerrimos ex iis pullos genuerit.

Αἱ δ' ὑποκυσάμεναι ἔτεκον δυοκαίδεκα πώλους.

Itaque pro φόρεια, quæ vox nihil ſignificat, πωλία forte reponendum eſt.

Pag. 97. Καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς ἅρματα] Malim ἐπ' αὐτοῖς.

Pag. 98. Χρώμενον δὲ πρὸς θήραν.] Olim ſagittariorum infima erat, ac vilis conditio. Schol. Soph. ad hunc verſum Aiacis Maſtigoph.

Ὁ τοξότης ἔοικεν οὐ σμικρὰ φρονεῖν.

Ita ſcribit, διεβέβλητο ἡ τοξεία παρὰ τοῖς παλαιοῖς, ὡς μικροπρεπὴς τέχνη καὶ φαύλη, καὶ ἀξιόλογον οὐδὲν ἐργάσασθαι δυναμένη. Nec ab hoc Iuliani loco Ouidianum illud abhorret Metam. 1.

Hunc Deus Arcitenens; & nunquam talibus armis
Antè, niſi in damis, capreiſque fugacibus vſus.

Pag. 99. Ἅρμασι γὰρ ἐχρῶντο.] Euſtathius ad Odyſ. ε, pag. 1539. ἰστέον δὲ ὡς οἶδε μὲν Ὅμηρος τὸν κέλητα, &c. οὐ ποιεῖ δὲ ἥρωας χρωμένους αὐτῷ, εἰ μὴ ἄρα κατ' ἀνάγκην τινά. *Sciendum Homerum Celetis, id eſt ſingularis equi meminiſſe; non tamen Heroas apud illum vti, niſi in neceſſitate quapiam.*

Pag. 100. Τοῦ Θεσπιᾶσιν Ἔρωτος.] Pauſanias Bœoticis, pluribus de Amoris apud Theſpienſes ſimulachris diſſerit.

Pag. 101. Τῶν ἄλλων ἐκεῖνος.] Videndum an ἕκαστος pro ἐκεῖνος ſit aptius.

Pag. 102. Ἀνὴρ ἄπιστος.] Magnentianum bellum deſcribit. De quo Zoſimus, aliíque Hiſtorici. tùm Iulianus ipſe Orat. I.

Pag. 103. Τρὶς μὲν ὀρέξατ' ἰών.] Crediderunt veteres Deos non βάδην, ac promouendo pedes, ingredi, ſed continuo

velut impetu fluere. Quam ad opinionem facit imprimis elegans Heliodori locus Æthiop. lib.3. vbi Deos ait cognoſci minimè τῷ βαδίσματι, οὐ κατὰ διάστασιν τοῖν ποδοῖν, οὐδὲ μετάθεσιν αἰνομένων, ἀλλὰ κατά τινα ῥύμην ἀέριον, καὶ ὁρμὴν ἀπαραπόδιστον, τεμνόντων μᾶλλον τὸ περιέχον, ἢ διαπορευομένων. Addit mox: proptorea etiam & Homerum, qui Ægyptius eſſet, de Neptuno ita ceciniſſe,

> Ἴχνια γὰρ μετόπισθε ποδῶν, ἠδὲ χνημάων
> Ρεῖ. ἔγνων ἀπιόντος.

οἷον ῥέοντος ἐν τῇ πορείᾳ. τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ῥεῖ ἀπιόντος, καὶ οὐχ ὥς τινες ἠπάτηνται, ῥᾳδίως ἔγνων ὑπολαμβάνοντες. Quo etiam reſpexiſſe Virgilium arbitror, cùm Æn. 1 de Venere ita loquitur,

> *Et vera inceſſu patuit Dea.*

Ἣν ὥτε Ὠκεανὸν δεῖ.] Hunc locum ex M. S. emendauimus. Quod de Atlantico mari dubitat, ſitne Oceanus ille qui Germaniam alluit, parum id peritè facit. Perinde enim eſt, ac ſi quis Æthiopico Oceano Hiſpanos, aut Gallos allui dixerit.

Pag. 104. Μέθη καὶ χραιπάλη.] Rectè hoc & καθ' ἱστορίαν. Etenim per coniugij occaſionem, & comeſſationis Magnentius tyrannidem inuadit. Vide Zoſ. L. 2.

Pag. 106. Τὸν ποιητὴν τοῦ τερατώδους.] Marcellinus iſte forſitan erat Fiſci Præfectus, doli artifex; qui per ſpeciem natalis filij ſui celebrandi Magnentium ad tyrannidem perduxit.

Pag. 106. Καὶ πῶς ἔχαιρε.] Dictum Orat. 1. Quæ ſequuntur vitiata, ac parum integra ſunt. Legerim ſanè, τότε δὲ ἐφεστῶσα πᾶσι δίκη ποιναί.

Pag. 107. Ὁ παιδοτρίβης τοῦ τυράννου.] Marcellinus ille, de quo ſuprà.

Τὸ γὰρ μηδὲ ἐλπίσαι.] For. τῷ γάρ. Sed quæ ſequuntur corrupta nonnihil ſunt.

Pag. 108. Τοὺς πρόσθεν ἀπονιπτόμενος. Subaudiendum φόνους. itaque vertendum *priorum cædium labem eluens.* Sic Orat. 1, pag. 72. τοὺς φόνους, καὶ τὰς πρόσθεν ἀδικίας ἐκκαθαιρόμενος.

Pag. 109. οὐκ οἶδα ὑπὸ τοῦ θεοῦ.] Scribo ὑπό του θεοῦ.

Οὐ γὰρ δὴ ξυνὼ τῇ τῶν στρατηγῶν.] Atrociſſimus hic confli-

ctus fuit: vt, quemadmodum Victor refert, pene amplius Romanæ conſumptæ ſint vires, totiúſque imperij fortunæ peſſundatæ. Idem habet Eutrop. L. 10. Sed præ omnibus legendus Zoſimus. ex quo pauca tantùm, quæ Iuliano conſentanea maximè ſunt, hic adſcribam. Πρὸς μείζονα (inquit) λύσσαν ἐπαρθέντες οἱ Μαγνεντίῳ συναγωνιζόμενοι οὐδὲ νυκτὸς μαχομένοις αὐτοῖς ἐπελθούσης ἐπαύσαντο. ἐπέμειναν τε αὐτοί γε οἱ στρατιωτῶν ἔργα πληροῦντες, καὶ τοῖς καθ' ἕκαστον στρατιώταις ἐπικεῖσθαι τοῖς ἐναντίοις ἐγκελευόμενοι. Mox: νυκτός τε βαθείας οὔσης ἔπαιον ἀλλήλους δόρασί τε καὶ ξίφεσι, καὶ παντὶ τῷ προσπίπτοντι καὶ εἰς χεῖρας ἰόντι.

Pag. 110. Ἀλλὰ καὶ ὅσοις ὑπό.] In vet. erat τραυμάτων. At in vulgatis θραυμάτων. Ego θραυσμάτων excudendum cenſuerim. Haſtas enim, ſiue contos equeſtres fractos fuiſſe, ob idque inutiles redditos eſſe ſignificat. Sed tranſpoſita ac luxata nihilominus lectio eſt. Forte ita leg. Ἀλλὰ καὶ τῶν ἱππέων ὅσοις ὑπὸ τῶν θραυσμάτων ἀχρεῖα παντελῶς ἐγεγόνει τὰ δόρατα.

Pag. 112. Ὥσπερ ἐν ἀρχῇ περὶ ἀρωμάτων.] Extudimus vtcumque loci huius ſententiam. in qua tamen nondum acquieſcimus. Suſpicati ſumus in editione prima pro περὶ ἀρωμάτων, legendum περιῃρημένων. atque etiam poſt ἀρχῇ, addendum λόγου. Nemo autem eſt, qui de Areopagitarum hac in re inſtituto non audierit. Amplius eruditi cogitent.

Pag. 114. Ἠδὲ Μυγδόνιος.] Mygdonia Macedoniæ regio: à cuius ſimilitudine Meſopotamiæ pars appellata, quæ ad Euphratem, & vtrumque Zeugma poſita, ait Strabo L. 16. In ea vrbs eſt Niſibis, quæ & Antiochia Mygdoniæ. Hanc alij ad Euphratem, aut non longe ab eo collocare videntur, ex eo quòd Strabo prouinciam ipſam ad Euphratem eſſe ſitam aſſerat. Ita ex recentioribus Dominicus Niger. Verùm ſine dubio non ad Tigrim illa quidem; ſed haud longè tamen ab eo ſita fuit. vt ex Ptolemæo conſtat. qui in Meſopotamia illam collocat, ad gradum longitud. 75, 10'. latitud. 37. 15'. idque ſubinde Iulianus ipſe ſignificat. Plinius verò libro VI, capite XIII, etiam partem Aſſyriæ, hoc eſt Arbelitin, & Adiabenen Mygdoniæ vocabulo

Digitized by Google

comprehenſam à Macedonibus ſcribit. Itaque videtur ἡ ἄλλη Μεσοποταμία, ac totus ille ſuperior tractus cum Aſſyriæ parte, Mygdoniæ nomine cenſeri; vt ex Strabonis, & Plinij Ptolemæique comparatione conſtat. Stephanus Νίσιβις πόλις ἐν τῇ Περαίᾳ τῇ πρὸς Τίγρητι ποταμῷ. *Niſibis vrbs in Peræa, quæ eſt ad Tigrim flauium.* Peræam, opinor, Meſopotamiæ tractum appellat, quòd trans Euphratem ſit. Mox. καὶ ἔδει Νισιβίτης. ἀλλ' ὁ τύπος Αἰγύπτιος, καὶ Λιβύης. ὁ δὲ διὰ τοῦ ἰνος, περὶ τὸν Εὐφράτην, καὶ τὴν ἕω. *Oportebat, inde formare, Niſibites. ſed hæc inflexio Ægypti, & Africæ propria eſt: quæ verò fit per* ἰνος, *Euphratenſium, & Orientalium.* Sanè in Africa Niſibes ſunt apud Ptolemæum. à quibus fit Νισιβήτης.

Καὶ ἕτερον ὄνομα.] Eſt hoc Niſibis, vel Neſibis, aut Naſibis. Quæ vox Stephano Phœnicum lingua aceruatos lapides, vel τὰς στήλας, hoc eſt cippos, & columnas lapideas ſignificat, éſtque pura puta Hebraica. Nam נציב eſt תל, id eſt cumulus, & tumulus. Lapidum enim acerui, vel cippi ad itinera metanda, regendáve à veteribus ponebantur. Hos verò aceruos Mercurios ἐνοδίους appellarunt, vt alibi obſeruauimus.

Pag.115. Τὸν θαλάσσιον καρκίνον.] Vide Palæphatum.

Pag.119. Οὐδὲ αὐτοῦ παντελῶς.] Manca lectio.

Pag.121. Μάταιον γάρ.] Aut δὲ pro γὰρ ſcrib. aut deeſſe quippiam putandum eſt.

Pag.124. Οὐχὶ Γλαύκου τέχνη.] Prouerbium eſt, Γλαύκου τέχνη, ἐπὶ τῶν ῥαδίως κατεργαζομένων, apud Suidam, hoc eſt de iis rebus, quæ nullo negotio conficiuntur: ab Glauco quodam Samio, ὃς πρῶτος σιδήρου κόλλησιν ἐξεῦρεν, ait idem: qui ſcilicet ferri glutinationem, & ferruminationem reperit. Quam Vir doctus *conflationem* bis térque Latinè reddidit. haud ſcio qua ratione inductus. Sanè κόλλησις ferruminatio eſt. Et χώνευσιν legiſſe eum oportet. Zenobius, quem cum Diogeniano, aliiſque Parœmiographis P. Andreas Schottus vir eruditiſſimus vulgauit, Prouerbium hoc dici adnotat, ἢ ἐπὶ τῶν ῥαδίως κατεργαζομένων, ἢ ἐπὶ τῶν πάνυ ἐπιμελῶς, καὶ ἐντέχνως εἰργασμένων. Cuius rationem fuſiùs perſequitur. At-

Digitized by Google

que etiam Diogenianus, ἐπὶ τῶν μὴ ῥᾳδίως κατεργαζομένων, ἢ τῶν τεχνικῶς κατεσκευασμένων. Marcellus Ancyranus apud Euſeb. lib. I contra Marcel. cap. III quinque affert huius prouerbij origines, quæ omnes eò conſpirant, vt de exquiſito artificij genere dicatur. In quarta mendoſa lectio eſt, quam hîc reſarciemus. Scrib. οὕτω δημιουργήσαντα τῷ πάχει, ὥστε χρουομένου, &c.

Pag. 126. Τὴν Πλάτωνος μικρά.] Deſunt hîc non pauca. aut certè quòd veriſimilius arbitror, poſt hæc verba, τὸ διαχόνημα εἶναι, ſubiungenda ea ſunt, quæ pag. 131 leguntur. Ταῦτά τοι καὶ ἐπαινοῦμεν. vbi de Hectore inſtitutum hoc loco ſermonem pertexuit. Omninò inſignis eſt huius loci perturbatio.

Pag. 132. Ἐνετοὶ δὲ οἶμαι.] Aquileiam ſub Venetia complectitur, vt & Plinius ex Auguſti diuiſione. At Strabo aliter, qui diſertè lib. 5, ἔξω δέ ἐστι (ſcribit) τῶν Ἐνετικῶν ὅρων ἡ Ἀκυληΐα. At Foroiulienſi in Italiæ parte Geographi vulgò collocant, quæ à Venetia Liquentia flumine diuiditur. Neque Heneti in ea parte conſedêre: ſed in Euganeorum ſedibus: vbi & Troiam condiderunt.

Καὶ χρῶνται ἀντὶ τοῦ Βῆτα.] Diligenter obſeruandum quod ait, V Latinum perinde vt Βῆτα proferri. Cui tamen pronuntiationis Græcæ magiſtri illi tantopere reclamant. Sed de V noſtro ſanè haud immerito dubites; ſi in B Græcum mutari potuit, cur tam pertinaciter Græci omnes, qui Romana nomina perſcripſerunt, in Ου conuerterint. Ita enim paſſim, Οὐολοῦσκοι, Οὐαλέριος. Certè quidem, V, conſonantis vim apud Latinos olim habuiſſe ex Varronis apud Priſcianum authoritate conſtat; cùm id Grammaticus iſte confirmat, V Romanum Æolico Digammo poteſtate par fuiſſe. *vnde* (ait Priſci. lib. 1.) *à pleriſque nomen ei hoc datur, quod apud Æoles habuit olim F Digamma, id eſt Vau, ab ipſius voce profectum, teſte Varrone, & Didymo; qui id ei nomen eſſe oſtendunt.* Igitur V Vau quondam appellatum, eodem, quo Hebraica litera, nomine. Cæterùm nemo iſtud, opinor, ignorat, quod ab Halicarnaſſeo proditum eſt lib. 1, Latinam linguam magna parte ex Æolica profluxiſſe. Quare ab eâdem Digamma illud in Latium tranſlatum eſt. quo vſi ſunt non modò Æoles, ſed &

Græci antiquiores omnes, ea forma, qua F Latinum pingitur; poteſtate verò eâdem, qua V Romanum, vel ου Græcanicum. Quod quia Iulianus non vidit, cauſſam affert minùs expeditam, cur ex Ενετίᾳ Græcorum Venetiam Latini, non Henetiam fecerint. Idque aſſerit προσπνεύσεως ἕνεκα, hoc eſt, ſpiritus gratiâ, & quadam Latini ſermonis proprietate contigiſſe. Nec intellexit iſtud à Græcis ipſis, non à Latinis profectum. veteres quippe Græci ante vocabula omnia, quæ incipiunt à vocali, ſyllabam ου præfigere ſolebant, hoc eſt Digamma F: vt pro ἐλία Fελία, & pro ἐνετοὶ Fενετοὶ dicerent. Et quoniam V Latinum eſt ου, idcirco Veneti, & Velia Latinè vſurparunt. Docet hoc libro Αρχαιολ. 1. Dionyſius Halicarn. his verbis. Συνήθες γὰρ ἦν τοῖς ἀρχαίοις Ελλησιν, ὡς τὰ πολλὰ προτιθέναι τῶν ὀνομάτων, ὁπόσων αἱ ἀρχαὶ ἀπὸ φωνηέντων ἐγίνοντο, τὴν ου συλλαβὴν, ἑνὶ στοιχείῳ γραφομένην. τοῦτο δὲ ἦν ὥσπερ γάμμα διτταῖς ἐπὶ μίαν ὀρθὴν ἐπιζευγνύμενον ταῖς πλαγίαις, ὡς Fελένη, καὶ Fάναξ, καὶ Fοῖκος, καὶ Fανὴρ, καὶ πολλὰ τοιαῦτα. Hæc ille. Verùm ſi eodem modo quo ου diphthongus Digamma illud efferendum eſt, conſonans eſſe non poterit; contrà quàm Grammatici omnes ſentiunt. Inter quos Terentianus Maurus in Sotadeis id ita teſtatur;

Vnde Aeolis litera fingitur Digammos;
Quæ de numero ſit magis vna conſonantum,
Vocalis in iſtum mage quàm verſa ſit vſum.

Quis & Velius longus L. de Orthographia, monet V totiens conſonantis vim habere, quotiens pro eo ponitur, quod apud Græcos dicitur Digamma. Priſcianus lib. 1 Æolicum F Digamma interdum pro conſonante ſimplici, aliàs pro duplici vſurpatum ſcribit. Nam in hoc verſu,

Οἰόμενος Fελένας ἑλικώπιδα,

ſimplex eſt. In hoc verò duplex,

Νέστορα δὲ Fοῦ παιδὸς.

Qua ratione apud Latinos his in vocibus, *venus*, & *cupiui*, V conſonans ſimplex eſt, ac duplex. Itaque minimè verum eſt vſquequaque, quod Halicarn. docet, F Digamma ſonare vt ου diphthongum. Ac ſi coniecturæ locus eſſe poteſt, crediderim Æolicum Digamma ante vocales lenes inſtar ου diph-

thongi prolatum : ante aſpiratas verò, quibus potiſſimum præfixum eſt, conſonantem fuiſſe, V Romani ſimilem. Porrò quod Iulianus affirmat, V ſæpe ita vt Βῆτα pronuntiari, ex iis, quæ Priſcianus ſubiicit, illuſtrari poteſt. Ait enim Digamma plerunque in B mutari : velut in hac voce Βρήτωρ, pro ῥήτωρ. Imò etiam Βρόδον pro ῥόδον. *Quod*, inquit, *Digamma nonniſi vocali præponi, & in principio ſyllabæ non poteſt. Ideo autem locum quoque tranſmutauit : quia B, vel Digamma, pòſt & in eâdem ſyllaba pronuntiari non poteſt*. Quæ verba ſatis arguunt, F Æolicum, non ου tantùm diphthongi ſonum reddidiſſe. Alioqui nihil, puto, prohiberet ῥουήτωρ, & ῥουόδον dici. vnáque illud indicant, nonnunquam ſolius aſpirationis gratia præponi ſolitum conſonantibus maximè literis. Verùm hallucinari Grammaticus idem videtur, cùm mutationis V in B. ex Quintiliano exemplum affert *Bruges*, & *Belena*. Neque enim in his B locum occupat V, ſed F, & Φ. *Bruges*, inquam, pro *fruges*, & *Balena* (ita enim apud Quintilianum legitur) pro Græco φάλαινα in vſum venerunt. Quæ res ſuſpicionem præbere nonnullam poſſit, B Græci æquè, ac Latini quibuſdam ſaltem in vocibus, aut certè Æolica proprietate, V conſonanti ſimilem, & affinem ſonum extitiſſe : qui ab φ, vel F Latini ſpiritu non multùm abhorret. Denique hoc tanquam corollarium adiiciam : Digamma Æolicum in F Latinum eſſe conuerſum. Author eius rei Diomedes haud ignobilis Grammaticus lib. II, cùm ſcribit, *Huic item* (nimirum V literæ) *Digamma aſcribi ſolet : vt cùm ſibi ipſi præponitur ; vt ſerfus, fulgus, pro ſeruus, vulgus. Nam V literam geminari in vna ſyllaba poſſe plurimi negant*. Quo etiam pacto Germani hodie V conſonantem proferunt. Quintilianus libro I, capite V idipſum confirmat his verbis : *Quin fædum, fædúſque, pro aſpiratione V ſimili litera vtentes. Nam contrà Græci aſpirare ſolent, vt pro Fundanio Cicero teſtem, qui primam eius literam dicere non poſſet, irridet.* Qui locus intelligi ita conceptus vix poteſt. Quamobrem pro *Fædum*, *Fædúſque*, emendo *Vædum*, *Vædúſque*. Hoc enim ſignificat, Veteres V literam pro F quibuſdam in vocibus expreſſiſſe : cùm Græci denſiore ſpiritu pronuntient. Quare cùm Græculus quidam teſtis Fundanij nomen

men ita efferret, quaſi eſſet φουνδάνιος, non autem, vt vulgò cum conſueuerant, *Vendanius*, vel *Vundanius*, à Cicerone eſt irriſus. Atque eâdem, opinor, de cauſa Græca aſpiratio ob Æolicum Digamma in F interdum tranſiit. Quare ab ὁρμαὶ Latini Formias deducunt, vt Seruius adnotat. Quòd ſi quis, vt Criticorum ferè mos eſt, argutari velit, næ is ex ea obſeruatione nouas multas, nec fortaſſis abſurdas nominum origines excogitabit. Sic enim & *firmus* ab ἕρμα, & *focus* quaſi Fοῖκος, vt Halicar. ſcribit, & *faueo* ab ἄω, id eſt ſpiro: vnde αὔραι, & αὐλὼ Grammatici formant. Indidémque & *Fauonius*. Adde & *fœdum*; quod ab *hœdo* Iſidorus deriuat. lib. 10. Poſſis & ab οἰδῶ deducere, hoc eſt *intumeſco*. Quæ enim contra naturam tument, velut vlcera, papulæ, ἀποστήματα, ea aſpectu fœda ſunt. & ſexcenta eiuſdem generis.

Pag. 133. Τῇ πόλει δὲ ἀετός.] Igitur Aquileia ab Aquila. quod & Euſtat. teſtatur in Comment. ad Dion. Περιηγ. Hanc Romani contra barbarorum incurſiones condidere. Strabo lib. V.

Ην δὲ τ Ιόνιον ἄνεμ.] Ita Strabo, qui, vt vocat, mare τὸ ἐντός, à Sicilia ad Iapygium vſque promontorium, & Cretam, Auſonium, ſiue Siculum appellat. Inde Aquileiam vſque, Ionium. Ptolemæus verò Tyrrhenum mare vſque ad Leucopetram producit. à qua ad Lacinium Promontorium, Adriaticum. Inde ad Iapygium Prom. Tarentinum ſinum definit. Ab hoc ad Garganum montem, Ionium: deinceps Adriaticum. Etſi plerumque Ionium cum Auſonio & Siculo promiſcuè haberi videas, præſertim apud Virgilium.

Τὰ δὲ πρὸς τὴν ἄρκτον.] Niſi in ſcriptura ipſa vitium ſit, in ſcriptoris animo fuerit neceſſe eſt, & Geographiæ, ſitúſque earum regionum ignoratio. Quid enim? Rhætos ait ad Occidentem cum Gallis habitare: ad Septentrionem verò, prope Rheni, Danubiíque fontes, barbaros alios. Atqui Rhætos ipſos ad vtriuſque fontes Geographi omnes conſtituunt. E quibus Ptolemæus Rhætiam ita circunſcribit, vt ab Occaſu linea à Rheni fontibus ad Danubij æquè fontes producta terminetur. à Septentrione Danubio. ab Oriente Oeno fluuio. à Meridie Alpibus. Vbi inſuper Rhætiam

Digitized by Google

propriam, & Vindeliciam diſtinguit. Quarum illa ad Lycum vſque, hæc inde ad O Enum porrigitur. Quibus limitibus Canorum, quos Griſones vocant, regio, & Sueuia continetur. Nec de Rhætiæ ſitu diſcrepat Strabo. Quò fit vt manifeſti erroris teneatur noſter; niſi, καὶ Ῥῆτοι, inducendum cenſeas, & poſt πλησίον mox reponendum. Quod ad orthographiam ſpectat, Ptolemæus & Strabo Ῥαῖτοι, non Ῥῆτοι ſcribunt.

Pag. 134. Οἱ τὴν πέτραν ἐκείνην.] Petras complures ab Alexandro expugnatas ſcribit Strabo L. 11. Sed præcipua extitit Sogdiana, altitudinis, vt ait Curtius, ſtadiorum 30. ambitu 140. De qua hîc Iulianus loquitur. Sed eam in India collocarè videtur. A qua tamen Imao monte Sogdiana diſcernitur. Porro cùm Petram illam tentaret Alexander, quæſiere per iocum Barbari, num volare poſſet. Qui ſe proximà nocte effecturum dixit, vt crederent Macedones etiam volare. Curtius L. 7.

Pag. 136. Ὀλίγα ἅπαντα.] Mendoſa hæc planè ſunt.

Pag. 137. Ἀγῶνες * * * ἀνεγράφη.] Quæ ſequuntur parum ſincera ſunt, nec à me niſi ariolando poſſunt corrigi.

Τὴν εἴσω Τίγρητος.] Aſſyriæ fluuius eſt Lycus, Ptolemæo Λευκὸς, qui in Tigrin influit. Oritur ex Niphate monte.

Δυνάμεις ἀφελόμενος.] For. ἀφελόμενοι.

Σχοτίαις Ἄλπεσιν.] Legendum omninò Κοττίαις. Per eas Magnentius Lugdunum perrexit; vbi & diem obiit.

Pag. 143. Ταύτην ἐγὼ τὴν νίκην.] Lacedæmoniorum ἄδακρυς νίκη quid eſſet, dixi ad Themiſt. Orat. XIV. Quæ quidem Oratio eaſdem res à Conſtantio geſtas exornat.

Τοῦτο γὰρ ἔοικε.] Scribe, vt eſt apud Hom. Il. ω.

Τοιούτῳ γὰρ ἔοικεν, ἐπεὶ λούσαι τε, φάγῃ τε.

Pag. 145. Ὥσπερ ἐσθῆτι ποικίλῃ.] Tranſlatio hæc frigida, & puerilis, σκιαγραφεῖν τῇ ἐσθῆτι: quaſi dicas veſte delineare, ac depingere.

Τὸν Ἀθηναῖον ἐπεπόνθει.] Apud Platonem in Gorgia.

Pag. 146. Καὶ σαγηνεύοντας.] Ad Darium pertinere iſtud ipſum poteſt. cuius iuſſu Datis Præfectus cum ingenti exercitu aduerſus Eretrienſes, & Athenienſes profectus eſt;

Digitized by Google

cum mandatis, ne cui effugiendi locus eſſet. Quod vt accuratè perficeret, milites ſuos iunctis inter ſe manibus Eretrienſem agrum amplecti, atque ita vniuerſum percurrere iuſſit. Plato Menexeno. διηρευνήσατο δὲ αὐτὴν πᾶσαν τὴν χώραν, ἵνα μηδεὶς ἀποφύγοι, τοιούτῳ τρόπῳ· ἐπὶ τὰ ὅρια ἐλθόντες τῆς Ερετρικῆς οἱ στρατιῶται αὐτοῦ, ἐκ θαλάττης εἰς θάλατταν διαστάντες, συνάψαντες τὰς χεῖρας διῆλθον ἅπασαν τὴν χώραν, ἵν᾽ ἔχοιεν τῷ βασιλεῖ εἰπεῖν, ὅτι οὐδεὶς σφᾶς ἀποπεφευγὼς εἴη. Hinc Heſych. σαγηνεύειν αἰχμαλωτίζειν. &, τοὺς πολιορκηθέντας ἔθος ἦν καὶ σαγηνεύειν. Herodotus in Erato, cùm de Eretrienſium clade meminit, mentionem iſtius rei nullam, quod ſciam, facit. ſed de ture, de quo hoc loco Iulianus, ea refert, quæ huic loco conſentanea ſint; niſi quod talentorum, librarúmve numerus non reſpondet. Ait igitur; Datin in Ara Delij Apollinis turis Libras 300 adoleuiſſe. μετὰ δὲ λιβανωτοῦ τριηκόσια τάλαντα κατανήσας ἐπὶ τοῦ βωμοῦ ἐθυμίησε. Idem tamen pag. 391 ſcribit inſulas quaſdam à Perſis captas, & ſagena incluſas fuiſſe.

Pag. 148. Κολοφώνιον ἔχουσαι.] Prouerbium hoc vide apud Zenob. & Suidam.

Pag. 149. Αὐτὴν ἐς ἡμέρας.] Corr. αὐγῆς.

Πᾶς γὰρ ὅ τε ὑπὲρ γῆς] Tranſtulit eandem ex Platone ſententiam Oratione 1. Themiſt.

Pag. 150. φασὶ γὰρ οἱ πολλοί.] Ariſtot. lib. de Nobilit. Σιμωνίδην δέ φασιν ἀποκρίνασθαι. διερωτώμενον τίνες εὐγενεῖς, τοὺς ἐκ πάλαι πλουσίων φάναι. Tu hoc fragmentum conſule.

Pag. 151. λόγχη δὲ λέγεται.] Gregorius Naz. Ep. ad Them. Σπαρτιάτας ἡ λόγχη γνωρίζει· ὦμος τοὺς Πελοπίδας· λόγοι τὸν μέγαν Θεμίστιον. Appellantur Σπαρτοί, & Σπαρτιᾶται. Sic Lactantius lib. III, cap. IV. *Pereunt igitur vniuerſi hoc modo: & tanquam Spartiatæ illi Poëtarum, ſic ſe inuicem iugulant, vt nemo ex omnibus reſtet.* Leg. αὐτοὺς pro αὐτὴν apud Iulianum.

Υπάρχειν δὲ φασι] Nota hiſtoria. Claud.

Et quos naſcentes explorat gurgite Rhenus.

Nonus. L. 23.

Ρῆνος ἰσηρ βρεφέεσσι κορύσσεται, ἀλλὰ δικάζων,

Digitized by Google

Καὶ χρυφίλω ἄδιτα διαχίζων πηκετοῖο.
Κτείνῃ ξεῖνα γένεθλα.

Vbi Rhenum Iberum appellat perperam. Libanius Paneg. in Iulianum Coſ.p. 238. καὶ διαβὰς Ῥῆνον ποταμὸν, ὕδωρ ἐλέγχον ἐκ τῶν γεννωμένων ἀδικίας μητέρων. Ita enim leg.

Ἡ μᾶς διδάξῃ.] Præclarè ad eam mentem Seneca Ep. 47. *Quemadmodum ſtultus eſt, qui equum empturus, non ipſum inſpicit, ſed ſtratum eius, ac frænos: ſic ſtultiſſimus eſt, qui hominem aut ex veſte, aut ex conditione, quæ veſtis modo nobis circundata eſt, æſtimat.* Idem Ep. 76. ſanè egregiè. *Hoc laboramus errore: ſic nobis imponitur: quod neminem æſtimamus eo quod eſt, ſed adiicimus illi & ea, quibus adornatus eſt. Atqui cùm voles veram hominis æſtimationem inire, & ſcire qualis ſit, nudum inſpice. Ponat patrimonium, ponat honores, & alia fortunæ mendacia: corpus ipſum exuat: animum intuere, qualis quantuſque ſit, alieno an ſuo magnus.*

Pag. 154. Καὶ διανοίας ὑπὸ φιλοτιμίας.] Hûc pertinet, quod Plin. L. 36. c. 12, Pyramidas *Regum pecuniæ ſtultam, atque otioſam oſtentationem* appellat.

Pag. 156. φόρους ἀπαιτεῖν.] For. ἀποτίνειν.

Κατὰ τοὺς ταύρους.] Reſpexit ad Homericum illud Troianis exprobratum,

Οὐ γὰρ παρδαλέης τόσσον μένος, οὐδὲ λέοντος.

Pag. 158. Μισθωτὸν οὐ παντάπασιν.] For. μὴ pro οὐ, ſubſtituendum.

Pag. 159. Ἔτι δὲ πρῶτον μὲν εὐσεβής.] Sequuntur notæ aliquot, ſiue χαρακτῆρες optimi Principis, qui eò ſpectant, vt ea omnia in Conſtantio ineſſe demonſtret. Confer cum his quæ Syneſius Orat. de Regno diſputat: vbi pleraque iis conſentanea reperies. Mirum autem Iulianum coram Conſtantio θεραπείαν θεῶν, ac de Diis tam multa dicere. An poſtea cùm edidit ita commutauit?

Pag. 167. Μετὰ ξυνέσεως στρατιωτικῆς.] Emendanda hæc lectio: ita vt primùm στρατιωτικὰς ſcribas; tum poſt ξυνέσεως diſtinctionis notam appingas.

Pag. 169. Κειτῆς τῶν λιθογνωμόνων.] Trium horum probationes, & βασανιστήρια Themiſtius quoque Orat. 1. numerat.

Digitized by Google

Καὶ διὰ τοῦτο ἐξεύρηται ὑμῖν πολλὰ μὲν τοῦ χρυσοῦ, πολλὰ δὲ ὑακίνθων βασανιστήρια. Scribe, πολλὰ δὲ αὖ λίθων, pro ὑακίνθων. Totidem enim probandas merces paulo antè recenſuerat. Adde facilem lapſum Librarij fuiſſe, vt pro αὖ, υα ſcriberet.

P. 171. Χορευτὴν τινα αὐτῶν.] Leg. συγχορευτήν. Et alludit ad Platonis figmentum: qui in Phædro choreas illas Deorum animorúmque deſcribit. vbi regum animos cum Diis pariter circumagi docet.

Pag. 173. Τὴν κτῆσιν ὑπὸ τῆς.] Terent. Heaut.

Atque hæc[a] *perinde ſunt vt illius animus, qui ea poßidet.*
Qui vti ſcit, ei bona: illi qui non vtitur rectè, mala.

[a] Vetus cod. *proinde.*

Pag. 174. Οὔτε σφόδρα ὢν λίαν.] Indicat Conſtantini in Criſpum ſæuitiam.

Pag. 177. Τῆς μὲν γε λίαν ἀρχαίων.] Quæ deinceps ſunt, vitio laborant. Nos vtcumque ſententiam expreſſimus.

Νεαρὰ τὰ ἐκδικήματα.] Scr. ἀδικήματα.

Pag. 178. Οὐδὲ μὴν εἴ τις ἐκεῖνῳ. Titianum Senatorem ſignificat à Magnentio miſſum; qui inſolentius erga Imperatorem ſeſe geſſerit. Zoſimus lib. II.

Pag. 180. Λοιδορείας πεπλάμενον.] Malo δεξάμενον.

Ἄνδρες τῆς γερουσίας.] Propterea Orat. 1. Romam in Pannoniam tranſlatam eſſe dixit.

Pag. 181. Ἐξ ἀπειλῆς νεφῶν.] For. ἐξαπίνης.

Pag. 182. Διηγεῖσθαι βούλεσθαι.] For. διηγήσατο βούλεσθαι. vel antè, τὸ καὶ τὴν εὔνοιαν.

Pag. 183. Ἀνὴρ τῶν ἐπιταχθέντων.] Syluanum intelligit. De quo Orat. 1.

Pag. 187. βούλεσθαι περὶ ἐπιεικῶς.] Deprauatus nonnihil locus. Cæterùm de hoc Prouerb. *Pinus in morem*, adi Parœmiographum.

Pag. 188. Καὶ ὡς οὐδὲ ἂν ὧραι.] Simillima eſt eiuſdem Conſtantij apud Themiſtium laus Orat. 14. Βασιλεὺς δὲ οὐ φιλονεικεῖ πρὸς τὰς ὥρας. ἀλλὰ καὶ ταύτῃ ἕπεται τῷ θεῷ. οὐδὲ γὰρ ὅσα αὐτὴ ἡ ὥρα φύει πρὸς ἑαυτὴν ἀπέχρασα καὶ ἕτοιμα παραμύθια, οὐδὲ τούτων ἁλίσκεται κατὰ τὸ ξυμφέρον.

Pag. 189. Ἀντέχων καὶ πρὸς τὸ κρύος.] Sic idem Them. Ὅτι δὴ τὸ σῶμα βασιλικὸν στερεώτερόν ἐστιν ἀδάμαντος ὑπὸ τῶν πό-

νων. οὕτω ῥαδίως αὐτὸ καὶ εὐκόλως ἐμπιέζει μὲν ἐνδεία, δίψη δ' ἀνιᾷ, θυραυλίᾳ δὲ ἐποτρεύει, προσβάλλει δὲ χειμῶνι, καύματι δὲ ἐπιδίδωσιν.

Πρὸς ἔργον τρέπεσθαι.] Quod opus illud eſt? An ab hoc ludicro, & vmbratili literarum otio, ad alias, vt puta armorum, exercitationes transferre ſe oportere dicit? Nempe quia Cæſar, & prouinciis, atque exercitibus præfectus erat.

AD IVLIANI ORAT. III.

GAllo Cæſare Iuliani fratre à Conſtantio vita, & dignitate ob immanitatem exuto, de eius propinquis, ac neceſſariis atrociſſimæ quæſtiones habitæ. Ac parum omnino abfuit, quin Iulianus ipſe, nonnullorum præſertim calumniis in odium atque inuidiam adductus, interficeretur. Sed ab Euſebia Imperatoris coniuge defenſus, ac ſeruatus eſt. Author Zoſim. initio lib. III. & Amm. lib. XV. Atque eâdem annitente poſtea Cæſar à Conſtantio dictus eſt. Horum igitur in ſe meritorum, ac beneficiorum gratias hac oratione refert, quæ Euſebiæ commendationem ac præconium complectitur.

Pag. 191. Ὅστις οὐ δρᾷ κακῶς.] Delenda negatio.

Pag. 194. Καὶ τοὺς ἐπαίνους ξυγγράφων.] Poſſes & ita vertere. *Laudationes ſcribens non erubeſcebat.*

Pag. 195. Ἀλλ' αὖθις.] Del. vox ἀλλά.

Ἔχει δὲ αὐτῷ τὰ ὑπέρ.] Hom. Od. η.

Pag. 199. Πρὸς ἑσπέραν τὸ Ὠρικόν.] Ita Dionyſius ὁ περιηγητὴς Græciæ limitem ab Occidente circunſcripſit: vt Euſtathius animaduertit. Nempe ab Oriente Thraciam: ab Occidente Oriciam ab vrbe Orico dictam ſtatuit.

Pag. 200. Μεταβαλοῦσαν δὲ διά.] Perplexè, & implicatè dictum. Hoc enim ſibi vult: regiam apud Romanos poteſtatem commutato duntaxat nomine penes Coſſ. reſediſſe. At illud verba ipſa ſignificant: Conſulari poteſtati nomen aliud

Digitized by Google

inditum: quod falſum eſt. De Conſulari dignitate ſuo tempore Caſſiodorus lib.I, Epiſt.II, vbi *faſtigium dignitatum* illum vocat.

Pag. 202. Οὐ τῷ παντὶ χαλεπώτερον.] Vitium huius lectionis nemo non videt. Deſiderantur hæc verba, τοῦ διδόναι τῷ παντί. At veteres cod. habent, ἢ τῷ παντί.

Pag. 263. Os ἐπειδὴ πατρῴαν οὐσίαν.] Hæc ſi vera ſunt; tum demum Euſebiam duxiſſe Conſtantium neceſſe eſt, cùm mortuis fratribus ſolus orbi pene vniuerſo, vt hîc noſter loquitur, imperare cœpit. Neque enim aut ante illorum obitum ἁπάσης τῆς οἰκουμένης κύριος, hoc eſt orbis totius dominus eſſe potuit: aut verò ab eo qui inuaſiſſet paternum Imperium recipere. Quid igitur hiſtoricis illis facias, qui diu antea Euſebiam illum habuiſſe coniugem narrant? Sic enim ferunt; ſtatim poſt Conſtantini obitum Arij erroribus imbutam Conſtantij Vxorem Euſebiam ab nefario illo Preſbytero, cui Conſtantinus teſtamentum ſuum commiſerat: eámque virum ſuum ſecum in præceps traxiſſe. Euſebius quoque IV de Vita Conſtant. Conſtantio ait matrimonium à Patre procuratum. qui illum & manu ſua deduxit, & ſplendidum ac lautiſſimum conuiuium inſtruxit. In quo & virorum cœtus, ac mulierum ſeparati fuerunt, & in populos ac ciuitates ampliſſima ſunt munera diſtributa. Quocirca dubitari non poteſt, quin prior illa Conſtantij coniux alia quàm Euſebia fuerit. Victor in Epitome; *Ex coniugibus*, inquit, *quas plurimas ſortitus eſt, præcipuè Euſebiam dilexit.* At vulgò primam Euſebiam; ſecundam, & vltimam Fauſtinam memorant, è qua nata eſt Conſtantia poſtuma; quæ Gratiano nupſit. Ammian. lib. XXI. Vide Epiſtolam ad S. P. Q. Athenienſem pag. 501, vbi quænam prior illa coniux fuerit adnotauimus.

Καθάπερ οὐκ ἔχοντας.] διελθεῖν ad ἐγκώμιον pertinere puto: vt hic ſenſus ſit, quaſi proprium illius præconium inſtituere, ac perſequi nequeamus, de qua hæc habetur oratio.

Pag. 208. Γελοιότερον νομίζει.] Alia lectio ἀποπορνεύειν habet. Apud Suidam voce γελοῖος, ita legitur. Καὶ παροιμία, γελοιότερον ἀπεργάζηται τῆς τὰς κέγχρους ἀποπορνεύειν ἐπιχειρούντων, ἢ κα-

θάτερ τ̃ Μυρμηκίδου αὐτὶ παραβαλλόμενον τῇ Φειδίου τέχνῃ. Quæ verba ex hoc loco tranſlata ſunt, ſed mendosè, vt alia multa. Ex quibus tamen ſcribendum hîc videtur, ἢ καθάπερ.

Τὸν Μυρμηκίδην.] Plin.lib.7.cap.21. *Myrmecides quidam in eodem genere inclaruit: à quo quadrigam ex eadem materia* (ebore) *quam muſca integeret alis, fabricatam, & nauem, quam apicula pinnis abſconderet.*

Pag.211. Εν τῇ σαυτῷ χερδία.] Nihil hac lectione vanius. Coniiciebam eam in has voces reſoluendam, ἐν νήσῳ Σχερίᾳ. Quod Phæacum inſulæ, ſiue Corcyræ nomen eſt. Stephanus. Mox verò ἐθελήσας, pro ἠθέλησας leg.

Pag.213. Αἰγινήτῃ μὲν οὖν.] Illuſtris locus, & ad Prouerbij huius ſententiam intelligendam planè neceſſarius. Illud enim perperam hactenus explicatum eſt. Nec rectè Parœmiographus ad ſtupidum, & nullius iudicij hominem refert.

Πυνθάνομαι γὰρ δή ποτε Δαρεῖον.] Syloſontis hiſtoriam refert Herodotus Thalia. Meminit & Iulianus Epiſt. XXIX.

Pag.219. Τῇδε σφόδρα.] Scrib. τόδε.

Η δὲ ἐπειδὴ] Ammianus. *Qui quidem nefando aſſentatorum cœtu vrgente periſſet, niſi aſpiratione ſuperni numinis Euſebia ſuffragante Regina, ductus ad Comum oppidum Mediolano vicinum, ibique pauliſper moratus, pro colendi ingenij cauſſa, vt cupidine flagrauit, ad Græciam ire permiſſus eſſet.*

Pag. 222. Τὸν παλαιὸν ἐκεῖνον Μάσητα.] Pauſanias Corinth. Μάσητι δὲ οὔσῃ πόλει τὸ ἀρχαῖον, καθὰ καὶ Ὅμηρος ἐν Ἀργείων καταλόγῳ πεποίηκεν, ἐπινείῳ καθ' ἡμᾶς ἐχρῶντο Ἑρμιονεῖς. Srephano vero vrbs eſt Argiæ. Addit & paludem eiuſdem eſſe nominis, & pagum.

Τὴν Πειρήνην δὲ αὐτήν.] Quid hîc ſibi velit diuinandum eſt. Pirene quidem fons eſt ad Acrocorinthum Corintho proximus. A qua tamen haud procul abeſt Sicyon. Ac Sicyonem à Philoſophiæ, ac reliquarum artium, maximè Poëtices, ſtudio commendare videtur. Nam per eadem tempora ſapientiæ profeſſorum fama & authoritate ciuitas iſta floruit. Siquidem Themiſtius Orat. IV Iamblichi diſcipulum quendam mirificè collaudat, qui ſua ætate, hoc eſt etiam Iuliani ipſius, Philoſophiæ ſcholis ſumma cum dignitate præfuerit.

Τὸν

Τῶν Ἀθηνῶν δή.] De Athenarum illis temporibus ſtatu, propenſiſſimóque in litteras ſtudio, ac Philoſophiæ, & eloquentiæ ſcholis multa accuratè Nazianzenus Epiced. D. Baſilij. At Syneſius ætate ſua queritur exoleuiſſe illas, ac refrixiſſe, nec aliud præter vmbram, & veſtigia ſupereſſe. Epiſt. CXXXV.

Pag. 225. Κυρουμένης τε γὰρ ἐπ' ἐμοί.] Imo ſuggerente ipſa, & authore factum illud eſt. Zoſ. L. III.

Pag. 226. Ἀλλὰ δυνάμεις τινάς.] Eadem Syneſ. Orat. de Regno.

P. 228. Ὁ δὲ οἶμαι παραμυθούμενος.] Hac allegoria ideo ſe in communionem imperij adſcitum indicat, vt Gallias pacaret. Quod teſtatur Zoſ. & Amm.

Pag. 238. Γαλατίαν, καὶ τὴν Κελτίδα.] Γαλατίας *nomine* Gallia noſtra, Κελτὶς verò Germania deſignatur. Ita Dio cùm alibi, tum perſpicuè L. XXXIX. Ὁ δὲ Ῥῆνος ἀναδίδωσι μὲν ἐκ τῶν Ἄλπεων τῶν Κελτιβήρων, ὀλίγον ἔξω τῆς Ῥαιτίας. προχωρῶν δὲ ἐπὶ δυσμῶν, ἐν ἀριστερᾷ μὲν τήν τε Γαλατίαν, καὶ τοὺς ἐποικοῦντας αὐτήν. ἐν δεξιᾷ δὲ τοὺς Κελτοὺς ἀποτέμνεται, καὶ τελευτῶν ἐς τὸν Ὠκεανὸν ἐμβάλλει. At Cæſari contrà Celtica ea eſt, quæ Lugdunenſis ab Auguſto nominata.

Pag. 231. Πολλὰ γὰρ δή.] Huius rei ac librorum vtilitatis exemplum habes in Lucullo, qui iiſdem legendis *in Aſiam factus Imperator venit, cùm eſſet Roma profectus rei militaris rudis.* Cic. 4. Acad.

Pag. 239. Ἀστυείας γυναικός.] Philoſtr. lib. 1. cap. XVIII.

Νίτωκρις δέ.] De Nitocri Herod. Clio. Rhodogunes verò Xerxis filiæ meminit Cteſias.

Pag. 241. Τῶν φυλῶν τοῖς ἐπιστάταις.] Inſignis locus, in quo Tribuum apud Romanos, & curatorum illarum per id tempus veſtigium apparet.

AD IVLIANI ORATION. IV de Sole.

EDITA eſt hæc oratio primùm à Theodoro Marcilio ante annos fermè quatuor & quadraginta. ſed adeò mendoſa, vti vix vni alterive verſui ſententia conſtaret. quæ res & illum, & prudentem deinceps quemlibet ab illius interpretatione deteruit. Nos eandem partim ex regiæ Bibliothecæ; partim ex Anglicanis codicibus, ita in integrum reſtituimus; vt non modò ſine offenſione, ſed etiam cum voluptate legi poſſit. Quamuis aliqua ſunt ſic affecta, ægrè vt ex illis expedire nos vlla coniectura potuerit. De quibus, vt & cæteris, quæ obſeruatione digna viſa ſunt, paucis hæc accipe. Ac primum illud ſciendum eſt, ab Euſtathio in lib. I Iliados pag. 38 hanc orationem citari ſub nomine Iuliani.

P. 244. Τοῦ βασιλέως ὀπαδός.] Ita paſſim Iulianus Solis ſe obſequio & amore plurimùm effert: vt in Cæſaribus; vt aliàs ſæpe. Eſt autem βασιλέως vocabulum proprium Solis epitheton, quod ei ſæpe ab Iuliano tribuitur. Philo lib. περὶ κοσμοποιίας· τῆς μὲν ἡμέρας τὸ κράτος ὁ πατὴρ ἀνεδίδου ἡλίῳ, οἷα μεγάλῳ βασιλεῖ. Sic & ὀπαδοῦ nomen cùm ſibi; tùm ψυχαῖς aliorum Iulianus accommodat. Iamblicus, etiam in vita Pythagoræ lib. I, cap. II. τὸ μέντοι τὴν Πυθαγόρου ψυχὴν ἀπὸ τῆς Ἀπόλλωνος ἡγεμονίας οὖσαν, εἴτε συνοπαδὸν· εἴτε καὶ ἄλλως οἰκειότερον ἔτι πρὸς τὸν θεὸν τοῦτον συντεταγμένην καταπεπέμφθαι εἰς ἀνθρώπους οὐδεὶς ἂν ἀμφισβητήσειε. Vide infrà pag. 293.

Εἰδέναι τι περιεργότερον.] Propriè. Nam περίεργοι ſunt magi, & curioſi. Auguſt. lib. X de Ciuit. capite XVI. *Reſpondeant theurgi, vel potiùs periergi. Hoc enim ſunt illæ omnes artes vocabulo digniores.* Vulgò *periurgi*; in quo Viues fruſtra conflictatur.

Pag. 245. Κοινότερον μὲν.] Vox iſta κοινότερον ſi abſit, planior erit ſententia.

Pag. 247. Ὁ θεῖος οὗτος.] Vaniſſimæ huius & loquaciſſimæ diſputationis myſterium eſt; à principe ac primario Deo νοητὸν quendam, & archetypum Solem editum fuiſſe: qui

Digitized by Google

eandem prorſus χώραν & τάξιν in genere τῶν νοητῶν habeat, quam in αἰσθητοῖς ille quem videmus, Solaris globus obtinet. Tria itaque diſcernenda ſunt, Princeps ille Deus, qui τἀγαθὸν à Platone dicitur, ὁ νοητὸς ἥλιος, ὁ φαινόμενος δίσκος. Vide Macrob. lib. I in Som. cap. II. Nazianzenus verò Orat. XXXIV, quæ eſt II de Theologia, Platonis locum elegantiſſimè tractat; de quo mox Iulianus. At Philo libro περὶ κοσμοποιίας de ſole aſpectabili, & νοητῷ loquitur.

Pag. 254. Εἷς Ζεύς.] Verſus iſte ex Orpheo petitus eſt. Vide Macrob. lib. I, cap. XVIII, & cap. XX de Sarapide.

Pag. 264. Τῶν ἡλιακῶν Ἀγγέλων.] Meminit Iamblicus in vita Pythag. Proclus in II Heſiodi librum.

Pag. 267. Ἐπεὶ καὶ Ἀριστοτέλης.] Locus eſt Ethic. ad Nicom. VII in calce libri. ex quo mendoſum hunc Iuliani locum caſtigare potuimus, ſi quid mutare animus fuiſſet. Legendum porro videtur. τὸ γὰρ ἐπιτέρπει, φησὶ, τῶν ἐν ἡμῖν φύσεων ἡδὺ, τῇ περὶ ταύτην, &c.

Pag. 273. Τὸν χαλκιδέα, φημί.] Scripſit Iamblicus librum de myſteriis Ægyptiorum; in quo ſub Ægyptij Sacerdotis perſona Porphyrii Epiſtolæ ad Anebonem reſpondet. Ex illo libro multa Iulianus in hunc tranſtulit. Capite porro XVII diſſerit Iamblicus περὶ τῶν ἐμφανῶν θεῶν, id eſt Sole, Luna, & cæteris. Vertit hunc è Græco librum Nicolaus Scutellius Tridentinus: ſed adeò imperitè, & abſurdè; nulla vti periodus veram authoris ſententiam exprimat. Editus eſt Romæ liber anno MDLVI. At Marſilius Ficinus anteà non tam Latinè opus ipſum, quàm ex opere illo ſelecta quædam interpretatus erat. & tamen ſic quaſi integer eſſet, Iamblici de myſteriis librum inſcripſit: quod conſilium nemo prudens laudare, nedum imitari debeat.

Pag. 279. Καὶ τοῦτο δὲ αὐτό.] Euſtathius in Comment. ad Iliad. α, pag. 83, hunc ipſum è Iuliano locum citat: cuius verba libet hîc adſcribere. Ὁ δὲ παραβάτης ἐν οἷς Δία νοῦ τὸν ἥλιον ἐξ αὐτοῦ γενέσθαι λέγει τὴν Ἀθηνᾶν, ἤτοι τὴν πρόνοιαν. Διό φησι, καὶ θείᾳ μοίρᾳ Ὅμηρος ἀπεμαντεύσατο τὸ,

Τιοίμην ὡς τίετ᾽ Ἀθηναίη, καὶ Ἀπόλλων.

γεννᾷ δέ φησιν, οὐκ ἐξ ἀκροτάτου μέρους, ἀλλὰ ὅλην ἐξ ὅλου. ὅτι

δὲ Ἀθηνᾶ προνοία λέγεται, φέρε ἐκεῖνος καὶ χρῆσον τοιαύτην·

Ικετο δ' ἐς Πυθὼ, καὶ ἐς Γλαυκῶπα προνοίην.

Quibus ex verbis deſperatiſſimus alioqui verſus emendatur; vti & ex MS. codicibus, in quibus pro Γλαυκῶπα legitur Γλαυκῶνα. Pauſanias in Phocicis meminit, ædem ſacram apud Delphos eſſe τῇ Ἀθηνᾷ προνοίᾳ. cui Crœſus clypeum aureum conſecrauit. Ac de variis Solis appellationibus, cæteriſque quæ ad Iulianum illuſtrandum pertinent, eruditè, copioſéque ſcripſit Hieronymus Alcander vir doctiſſimus in Explicatione Heliacæ tabulæ.

P. 288. σύνοδος ἀκριβής.] Ad illud reſpexit, quod à Dionyſio, Plutarcho, aliiſque proditum eſt; ſub ipſum Romuli conceptum, & obitum Solem defeciſſe. De qua re vide quæ l. IX de Doct. Temp. c. XLVIII. & l. X, c. XXI diſputamus.

Pag. 286. Ἄσβεστον ἐξ ἡλίου.] De Veſtalibus loquitur. atque hic locus obſeruatione dignus eſt. Etenim ex eo planè conſtat, ignem illum perpetuum, ſi forte reſtinctus eſſet, è Sole recuperatum. Feſtus tamen igniarium è felicis materiæ tabula ad id aſſumptum eſſe refert: quam tamdiu terebrabant, dum ignem conciperet. At Plutarc. in Numa ab Iuliano facit. Quippe ſi quando ignis extinctus eſt, negare Romanos ait alio ex igne fas eſſe ſuccendi, ſed nouum ex ipſo Sole parandum. quod ſcaphiis, ſiue vaſculis adhibitis præſtant, quorum latera trianguli æquilateri, ac rectanguli ſpecie conſtant; quæ in vnum centrum à circunferentia ita coeunt; vt exceptis à Sole radiis, & in anguſtum coactis, ignem concipiant. Hæc non in Græcia; ſed Romæ fieri diſertè Plutarchus aſſerit. etſi leue mendum ſubeſt. Legendum enim, ἐὰν δὲ ὑπὸ τύχης τινὸς ἐκλίπῃ, καθάπερ Ἀθήνησι μὲν ἐπὶ τῆς Αεισίωνος λέγεται τυραννίδος ἀποσβεσθῆναι τὸν ἱερὸν λύχνον· εἰ Δελφοῖς δὲ, τοῦ ναοῦ καταπρησθέντος ὑπὸ τῶν Μήδων· περὶ δὲ τὰ Μιθριδατικὰ, καὶ τὸν ἐμφύλιον Ῥωμαίοις πόλεμον, ἅμα τῷ βωμῷ τὸ πῦρ ἠφανίσθη· οὔ φασι δεῖν ἀπὸ ἑτέρου πυρὸς ἐναύεσθαι. vulgò legitur, ὅ φασι μὴ δεῖν, &c. Sed ſuſpenſa ſententia eſt, & ἀνακόλουθος, niſi ita, vti nos facimus, hunc locum concipias. & Lipſium eruditiſſimum virum corrupta illa lectio in eam ſententiam induxit; vt Plutarchum crederet morem illum ignis

è Sole ſuſcitandi Græcis ſolis, non Romanis adſcribere. quos idem ille non Solis, ſed igniarij beneficio idipſum curare ſolitos putat. Verùm non eſt quod de Romanis Plutarchum loqui dubitemus; ſi rectè illius orationem expendimus. Atenim obſcurè ſanè Iulianus rem explicat, & mendoſus hic locus videtur. Primùm quid eſt, quod κατὰ τὰς διαφόρους ὥρας ignem ait à Veſtalibus aſſeruari? An quia per vices excubabant? vt ex Liuio idem Lipſius obſeruat c. VIII. Quid illud porrò; ignem à Veſtalibus eum cuſtodiri, qui à Luna circa terram, & ab eodem illo Deo proficiſcatur? Forte an expungenda ſunt iſta, ἀπὸ τῆς σελήνης. Nam ſententiam turbant. Pag. 290. Καὶ ἀγῶνα ἡλίῳ τετραετηρικούς.] Euſebius Chron. anno MMCCXC. Primus, inquit, agon Solis ab Aureliano inſtitutus eſt.

Οἱ μὲν ἅπασι μὲν τοῖς.] Hic locus arguit Iuliani tempore, præter Romanos, & Ægyptios, reliquas nationes lunares menſes, & annos vſurpaſſe. quod commodè capiendum eſt, vt pleræque, non omnes id fecerint. Vide lib. IV Var. Diſſert. cap. XII.

Pag. 291. Οὐ γὰρ, οἶμαι, καθ' ἣν ἡμέραν.] Attentè legendus hic locus. Solis feſtum eo die celebrari ſcribit, non quo Sol conuertitur, id eſt Septentriones verſus curſum ſuum inflectit; ſed aliquanto poſtea. hoc eſt non in diem ipſum ſolſtitij feſtum illud incidere. Celebrabatur autem, vti mox dicetur, octauo Kalend. Ianuar. quo die ſolſtitium à Iulio Cæſare conſtitutum eſt, ſiue brumæ dies: idémque vulgò octauus habebatur ab eo, quo Sol Capricornum erat ingreſſus: propterea quod cardines temporum in octauis ſignorum partibus fieri putabant. Hac ratione Solis πάροδος in Capricornum incidet in XVIII Decembris diem. Quod in aliis itidem menſibus, ſigniſve continget. vtputa Solis ingreſſus in Arietem XV Kalend. April. congruet: æquinoctium verò VIII Kalend. Idque ex Ouidij Faſtis, Varrone, Columella, Plinio, aliíſque conſtat. Vide quæ lib. IV de Doctrina Temporum cap. XXVII diximus. & lib. II Var. Diſſert. cap. V. Hæc mens Iuliani fuit: non quod ſuſpicari aliquis poſſet, exiſtimaſſe ipſum, quod res erat, ſolſtitium, ſiue potiùs in-

Mm iij

greſſionem Solis in Capricornum ante diem illum accidere.

Pag. 292. περὶ τῆς νεομηνίας.] Inſignis locus, idémque perobſcurus. Ludi in honorem *Solis Inuicti* celebrabantur VIII Kalend. Ianuar. hoc eſt ipſo die Natalis Chriſti Domini. In Kalendario Romano, quod ad Conſtantini tempora directum edidit Georgius Heruuartus vir eruditiſſimus, & nos in Auctario excudendum curauimus; Decembri menſe, ad VIII Kalend. Ianuar. adſcriptum eſt, *N. Inuicti CM. XXIV*, hoc eſt, *Natalis Inuicti*, *Circenſes*, *Miſſus XXIV*. Qui ſunt vnius diei Circenſes, ait Seruius ad hæc Virgilij III. Georg.

Centum quadriiugos agitabo ad littora currus.

Erat & in veteri Romano Kalendario *Inuicto Ioui* feſtus dies Eid. Iun. Sed & Auguſt. lib. VII de Ciuit. cap. XI inter Iouis cognomina recenſet, *Inuictum*. Sed mirum quòd illos ipſos ludos celebratos eſſe refert poſt vltimum menſem Saturni, hoc eſt Decembrem: cùm eiuſdem XXV die notentur. Si quis coniecturæ locus eſt, crediderim vocem, μηνὶ, è gloſſemate eſſe, quod ignarus aliquis ſententiæ verioris adnotarat. itáque legendum μετὰ τὸ τελευταῖον τοῦ Κρόνου, ποιοῦμεν ἡλίῳ τὸν περιφανέστατον ἀγῶνα. Ita vox ἀγὼν communis erit tam muneribus, ſiue gladiatoriis ſpectaculis, quæ per Saturnaliorum dies præbebantur, quàm ludis Circenſibus. Ait Iulianus, ſtatim poſt vltimum Saturnaliorum ſpectaculum celebrari ſplendidiſſimum Solis agonem. Saturnalia ſeptem diebus olim agebantur: vt ex Macrobio lib. I, cap. X viri docti pridem obſeruarunt. Eadem poſt emendatos à Iulio Cæſare Romanos Faſtos XVI Kalend. Ianuar. cœperunt; cùm antea XIV Kalend. inirent. Hoc modo vnus amplius dies Conſtantini tempore Saturnalibus acceſſit. Nam à XVI Kalend. ad IX, octo numerantur.

Μεθ' ὃν οὐδὲν θέμις] Huius loci ſententiam nobis R. P. Iacobus Sirmondus εὐθυβόλως aperuit. Obſeruauit enim in Kalendario illo Conſtantiniano nullo alio menſe, præterquam Decembri, Muneris nomen adſcriptum eſſe. quod eſt gladiatorum ſpectaculum, vel beſtiariorum. Ita poſterius hoc inſigniit S. Proſper libro de glor. Sanct. in Perorat.

vbi ludorum genera omnia ſpiritalem ad ſenſum, vſúmque transferens, inter alia: *In munere*, inquit, *habes Danielem ſanctum leonem vim ferro, ſed oratione vincentem.* Ab ante diem octauum Kalend. Ianuar. deinceps nullum munus exhibebatur. Hoc Iulianus voluit.

Pag. 293. Τὴν ἐνδεχομένην ἀϊδιότητα.] Nam Roma *vrbs æterna* propriè dicta.

AD ORATIONEM V.
quæ eſt in Deorum matrem.

SCRIPSIT hanc orationem Iulianus eo tempore, quo contra Perſas profectus per Phrygiam iter habuit, ac Peſſinuntem deflectens matris Deûm delubra veneratus eſt. Ammian. lib. XXII. Ac tùm ſacris illius reſtitutis Callixenen præfecit antiſtitem, vt ex Epiſt. XXI eiuſdem Iuliani conſtat. Teſtis eſt huius rei Libanius Orat. Panegyr. in Libanius
Iuliani Conſulatum, quam anno ſequente Antiochiæ habuit; Tom. II,
& in funebri II, quæ ordine X ponitur, vbi hanc ipſam pag 247.
orationem vna nocte elucubratam eſſe ſcribit, quod & Iu- Idem in Funebri II,
lianus profitetur. Id autem æſtate ſub ipſum ſolſtitium fe- pag 300.
ciſſe ſequentis initio demonſtrat.

Pag. 298. Καὶ αὐτῇ, φασί, ἐπὶ τούτῳ τὸ Μητρῷον.] Vti Romæ in æde Saturni ærarium, ac tabularium fuit; vt in Rom. Quæſt. Plutarchus refert. ſic Athenis in Metroo, id eſt Deorum matris æde, publicæ tabulæ, ac leges cuſtodiebantur. Athenæus de Apellicone Teio homine locuplete, & antiquitatis Lib. V.
ſtudioſo ſcribit, ipſum è Metroo pſephiſmara clarorum quondam virorum ſcripra manu ſuffuratum eſſe. Meminit Harpocratio, Pollux, Suidas. Demoſthenes περὶ παραπρεσβείας. Ἀλλ' ἀντὶ μὲν τῆς ἐξωμοσίας, ἐν τοῖς κοινοῖς τοῖς ὑμετέροις γράμμασιν ἐν τῷ Μητρῴῳ ταῦτ' ἐστὶν, ἐφ' οἷς ὁ δημόσιος τέτακται. Metroo dicit, in quo ciuitatis erant tabularia, præfectum fuiſſe τὸν δημόσιον, id eſt publicum officialem, & actuarium. Fallitur enim Vlpianus, qui οἶκον ſignificari putat.

Pag. 302. Παρ' αὐτοῖ τῆς ἁγιστείας.] Caſtum Latini vocant, hoc eſt ritum illum, quo ſe certorum ciborum delectu, & aliorum abſtinencia purgatiores faciebant. Cuiuſmodi in ſacris Iſidis, & Cybeles mos fuit. In his quidem pane ac vino temperabant; cùm interim Phaſianis, & turturibus indulgerent. vti lib. II contra Iouinianum ſcribit Hieronym. Arnobius lib. V. *Quid temperatus ab alimonio panis, cui rei dediſtis nomen caſtus; nònne illius temporis imitatio eſt, quo ſe numen ab Cereris fruge violentia mœroris abſtinuit?* Apud Suidam in voce Μητρῳακαὶ, incertus author μητρῳακὰς ἁγιστείας vocat. Τὰς δὲ μητρῳακὰς παρὰ Ῥωμαίοις, ἢ καὶ πρότερον παρὰ Φρυξὶ σπουδασθείσας ἁγιστείας ἑκάστου μηνὸς ἦγεν. *Matrales caſtimonias, quæ à Romanis, & ante hos à Phrygibus obſeruabantur, ſingulis ſibi menſibus indicebat.* Ergo ſingulis menſibus caſtimoniæ aliquid vſurpabatur.

Ἀκούω μὲν ἔγωγε.] Scripſerat Porphyrius librum de allegoriis Græcæ, & Ægyptiacæ Theologiæ, περὶ τῆς ἀλληγορουμένης Ἑλλήνων, καὶ Αἰγυπτίων θεολογίας, vt ex Euſebio colligitur lib. III de Præpar. vbi multa ex illo libro teſtimonia producit: quibus Stoicorum more, quæ de Diis fabuloſè prodita ſunt, naturales ad cauſſas referre nitebatur. Hunc librum negat ſe vidiſſe Iulianus, neque ſcire, vtrum in eandem cum illo interpretationem incurrat. Ac diuerſa ſanè eſt vtriuſque ratio. Etenim Porphyrius apud eundem Euſebium, Attin flores ſignificare dicit, qui verè germinant, & ante fructuum maturitatem excidunt. Vnde & virilia ſibi amputauit Attis. Quam eius ſententiam Auguſtinus expreſſit libro VII de Ciuit. cap. XXV. *Propter vernalem quippe faciem terræ, quæ ceteris temporibus eſt pulcrior, Porphyrius philoſophus nobilis Atyn flores ſignificare perhibuit. & ideò abſciſum, quia flos decidit ante fructum.* Fulgentius Mythologico idem refert. *Athis enim,* inquit, *Græcè flos dicitur.* Nempè quaſi ἄνθος. Arnobius verò lib. V, Atyn ſcribit ex eo nominatum, quod Lydi *ſcitulos* ſic vocant; *vel quia hircos Phryges ſuis Atagos elocutionibus nuncupant.* Quod confirmat Euſtathius ad Odyſſ. ι. vbi ab Ionibus quibuſdam ἀττάγους vocari ait hircos. Quàm variè vox illa Græcè Latinéque ſcribatur, ignorat nemo. Nam Ἄττις, Ἄττυς,

Euſeb. de Præparat. Lib. III, pag 65.

Ἄττης

Ἄττης, vel Ἄττης dicitur; & hoc poſtremum à Laconibus cum aſpiratione vſurpari ſcribit Heſychius. ſic enim verba eius interpretor. ἄτθιν, τ ἄτθιν φασὶ Λάκωνες. Ad illam αἴθους notionem fortean alludẽs noſter poſtea τὸ αἰθῆσαι verbum ad Atyn accommodat. ὃν δέ φησιν ὁ μῦθος αἰθῆσαι μ ἐκτεθέντα παρὰ Γάλλου ποταμοῦ ταῖς δίναις. Cùm autem multiplex ſit rerum principium, quod tertium locum obtinet, genitalem quandam vim ab aſtris delapſam ad infimas mundi partes deriuat. Hanc ipſam vim Attin eſſe nugatur Iulianus. Confer cum his quæ in oratione de Sole de triplici perinde principio diſſerit. Vide & Iulium Firmicum lib. de errore profan. relig. cap. III.

Pag. 303. Ἀλλ' ὀρθῶς μὲν, φησὶ Περιπατητικός τις.] Xenarchus iſte Peripateticus quiſpiam fuerit ætate Iuliani; cuius hic teſtimonium affert. ſed obſcurè ſanè, & minus intelligenter loquitur. Etenim Xenarchus, vt apparet, rerum omnium cauſſas adſcribebat quinto, & orbiculari corpori. ſed vtrum idem nihil vltrà quærendum arbitraretur, neque intelligibilem aliquam perſcrutandam eſſe ſubſtantiam; adeóq; Ariſtotelem, ac Theophraſtum ob eam curioſitatem argueret, id verò non ſatis liquidò conſtat. Hæc igitur γελοῖον δὲ καὶ Ἀριστοτέλης, &c. tanquam à Xenarcho dicta, an à ſeipſo, Iulianus proferat, non planè dixerim. Et videntur potiùs eſſe Xenarchi, quàm Iuliani. quibus ille ſtatuat, in quinto corpore ſiſtendum eſſe, cùm cauſſas rerum inquirimus, nec vlterius eſſe tendendum. Notiſſimum illud eſt Peripateticæ ſcholæ decretum, Deum, ſiue primum motorem primæ ſphæræ inſidere, nec vltra hanc illius prouidentiam extendi. quod Laërtius aſſerit. Plutacrhus quoque in Philoſoph. Placitis, cap. III Ariſtotelem præter tria principia, & elementa quatuor, quintum quoddam ſtatuere corpus ait. Itaque nuſquam Deus inter principia numeratur: quemadmodum primus Anaxagoras materiæ effectorem, atque artificem adiunxit Deum, hoc eſt mentem: quam & Pythagoras, & Zeno, & Plato rerum omnium molitioni præfecerunt. Ideo cum Platonis Philoſophia coniungendam eſſe Peripateticam Iulianus affirmat. Feruntur tamen & Ariſtotelis aliquot ſententiæ, quibus Deum omnium rerum principium eſſe ſignificat: vt I Metaph. cap. II, ὅ, τι

N n

γὰρ θεὸς δοκεῖ τὸ αἴτιον πᾶσιν εἶναι, καὶ ἀρχή τις. Qua de re plura Franciſcus Patricius Tomo II Diſcuſſ. Peripat. lib. III, & Tomo IX, lib. IV.

Pag. 315. Τέμνεσθαι γάρ φασι.] Arnobius lib. V; *Fluere de ſanguinis viola flos naſcitur, & redimitur ex hac arbos. Inde natum, & ortum eſt, nunc etiam ſacras velarier, & coronarier pinos.* Et poſtea; *Quid enim ſibi vult illa pinus, quam ſemper ſtatis diebus in Deûm matris intermittitis ſanctuario? Nonne illius ſimilitudo eſt arboris, ſub qua ſibi furens manus, & infelix adoleſcens intulit, & genitrix diuûm in ſolatium ſui vulneris conſecrauit?*

Pag. 316. Τῇ τρίτῃ δὲ τέμνεται.] Quid aliud putem, quàm illo die exſecari quempiam ſolitum, qui inter Gallos adſcriberetur? Indicat Aug. L. VII de Ciu. cap. XCVI. *Huic monſtro nec Iani monſtroſitas comparatur. Ille in ſimulacris habebat ſolam deformitatem, iſta in ſacris deformem crudelitatem. Ille membra in lapidibus addita; hæc in hominibus perdita.* Lactantius lib. I, cap. XXI, *Ab iſto genere ſacrorum non minoris inſaniæ iudicanda ſunt publica illa ſacra, quorum alia ſunt matris Deûm, in quibus homines ſuis ipſi virilibus litant. amputato enim ſexu nec viros ſe, nec fœminas faciunt. Alia virtutis, quam eandem Bellonam vocant; in quibus ipſi ſacerdotes non alieno, ſed ſuo cruore ſacrificant. Sectis namque humeris, & vtraque manu diſtrictos gladios exerentes currunt, efferuntur, inſaniunt.* In vtriſq; ſacris, tam Bellonæ, quàm matris Deûm, corpora ſua lancinabant, & ſanguinem mittebant. vt Tertull. in Apolog. ſignificat. Idem & in libro de Pallio Bellonariorum fanaticam diſcurſionem de qua Lactantius, his verbis explicat: *cùm ob diuerſam affectionem tenebricæ veſtis, & tetricæ ſupra caput velleris in Bellonæ montes fugantur?* Erant haud procul Carthagine, quantum ſuſpicari licet, montes ita nominati; forte quòd Bellonæ, ac Bellonariis ſacrati; in quibus inſanis illis curſitationibus operabantur. Vnius horum mentio fit in Geſtis purgationis Cæciliani & Felicis, quæ poſt Acta Collationis Carthagine habitæ inter Catholicos, & Donatiſtas, edita ſunt: *Victor reſpondit; Fugeram hanc tempeſtatem: &, ſi incutior percam. Cùm incurſum pateremur repentinæ perſecutionis, fugimus in montem Bellonæ.* At Salmaſius in Notis ad Tertull. de Pallio, negat vſpiam legi montes ita dictos, & Interpretes

Salm. p. 320 infeliciſſima coniectura.

irridet, qui horum rationem habuerint. Verba hîc illius adſcribam, vt quàm verum ſit Thucydideum illud dictum omnes intelligant, *ἀμαθία μὲ θράσος, λογισμὸς δὲ ὄκνον φέρει*. *ἀμαθία μὲ θρασεῖς, ὀκνηροὺς δὲ τὸ λελογισμένον ἀπεργάζεται.* imperitia fieri temerarios, ac precipites homines, prudentia verò tardos, & cunctatores. *Bellè*, ait Salmaſius, *fecerunt eruditi commentatores, qui montes iſtos Bellonæ tanquam ſcopulos aliquos vitauerunt. Illi cautiores. ſed nos, vt audentiores, ita & fortaſſe feliciores, qui montes iſtos in planum redegimus. De Bellonæ montibus, in quos fugarentur Bellonarij, nihil legiſſe bellos interpretes certò ſcio. nec me ſanè legere memini.* Vides confidentiam. cui par inopia iudicij, dùm pro his verbis, *in Bellonæ montes fugantur*, ſcribi imperat, *in Bellonæ, mentis fugantur. Quod*, inquit, *indubitatè verum eſt*. Hic primus temeritatis gradus. Proximus eſt, quòd hanc bonæ mentis inanem ariolationem in contextum impegit nouæ illius editionis, quam ex veteribus adornauit: vt ex eo cognoſcas, quorſum euaſura ſit licentia, ſi per agnatos ac gentiles impune & effusò vagari Bellonariis iſtis Criticis liceat.

Ἐπὶ τούτοις Ἱλάρια.] Hilaria in honorem matris Deorum VIII Kal. Apr. celebrata ſunt, poſtridie eius diei, quo ſanguis mittebatur; qui erat IX Kal. Tertul. in Apolog. in Kalendario Heruuartij eo die notatur, *Sanguen, dies Aegyptiacus*. De Hilaribus Macrob. lib. I Sat. cap. XXI. Herodianus lib. I. Lampridius in Alexandro; Vopiſcus Aureliano. Damaſcius apud Photium Cod. CCXLII. Photius col. 1054 edit. Græcolat.

Pag. 323. *Ἦν ὁ Χαλδαῖος περὶ τὴν ἱερατικὴν.*] Chaldæum iſtum ſcriptorem eundem eſſe puto, cuius de purgatione animarum ſententiam Porphyrius affert apud Auguſt. lib. X de Ciuit. cap. IX; vbi de purgatione animæ per *theurgiam*, vel *theurgicas teletas*, ſiue conſecrationes, hoc eſt *magiam*, vel *goëtiam*.

Pag. 324. *Τελεῖται γὰρ περὶ τὸ ζυγόν.*] Duplex myſteriorum celebritas fuit. Nam alia maiora Boëdromione peracta ſunt, ſub ipſum autumnalis æquinoctij tempus: alia minora Antheſterione, ſub æquinoctium vernum. de quibus alibi ſcripſimus.

Pag. 325. *Καὶ ὁ τούτων ἐξάρχων.*] Hierophanta, qui myſteriis præerat, ab re vxoria penitus abſtinebat. Hieron. con. Iouin. lib. I. Vide Meurſium in Eleuſin. cap. XIII.

Pag. 326. Ταῦτα ἀκηκοὼς μυνειζόντων.] Ad Chriſtianos iſta ſine dubio pertinent; qui ſuperſtitioſas iſtas caſtimonias traducebant. quorum è numero ſe fuiſſe aliquando fatetur.

Pag. 329. Ερρίζωται δὲ ὥσπερ.] Hic locus mendoſus videtur; neque quid χαλάμης vox iſtic faciat, ſatis apparet. Deeſſe nonnulla puto, quibus triticei ſeminis mentio fiat; quod quidem χαλάμη ſuſtinet.

Μῆλα μὲν, ὡς ἱερά.] Significat ita mala in his ſacris adhibita, vti veſci non liceret. Sanè hæc amoris ſymbola ſunt, & Matris Deûm fabulæ hac ratione congruunt.

Pag. 330. Δοκεῖ δὲ ἔμοι γε δυοῖν ἕνεκεν.] Vide Porphyrium lib. IV περὶ ἀποχῆς. Plut. Sympoſ.

Ὡς ἵππον Ρωμαῖοι.] Menſe Octobri equus Marti ſacrificabatur, qui October dictus. Vide Feſtum, & Plut. Quæſt. Rom. Iidem & Robigalibus rutilam canem immolabant. Quod a. d. VII Kal. Maias fiebat. Ouidius IV Faſt.

Eſt canis (Icarium dicunt) quo ſidere moto
Teſta ſitit tellus: præripiturque ſeges.
Pro cane ſidereo canis hic imponitur aræ:
Et quare fiat, nil niſi nomen habet.

Feſtus: *Rutilæ canes non procul à rubro colore immolantur, vt ait Ateius Capito, canario ſacrificio pro frugibus, deprecandæ ſæuitiæ cauſſa ſideris caniculæ.* Plinij hac de re locus eximius eſt libro XVIII, cap. XXIX: *Rubigalia*, inquit, *Numa conſtituit anno regni ſui XI. quæ nunc aguntur ad VII Kal. Maij, quoniam tunc ferè ſegetes rubigo occupat. Hoc tempus Varro determinat, ſole tauri partem decimam obtinente; ſicut tunc ferebat ratio. Sed vera cauſſa eſt, quod poſt dies vndeuiginti ab æquinoctio, per id quatriduum, varia gentium obſeruatione in IV Kal. Maij canis occidit, ſidus & per ſe vehemens, & cui præoccidere caniculam neceſſe ſit.* Alludit ad canarium ſacrificium, quod ſub occaſum caniculæ fiebat, ad procurandam ſideris illius ſatis exitiabilem afflatum. Huic ergo præoccidere caniculam oportet; hoc eſt canem, qui immolatur. non vtique Procynis ſtellam, vt imperitiſſimè ſcripſit Solinianus Exercitator. ſed vide Variarum noſtrarum Diſſertationum lib. II, cap. X, & lib. VII, cap. I.

Pag. 331. Τοῦτον δὲ ὡς χθόνιον.] Hûc ea pertinent, quæ à pe-

Digitized by Google

riſque de ſuillo genere diſputata ſunt, cùm rationem redderent, quare Iudæi, aliíve ab illis carnibus abſtinerent. De quo Clem. Alexand. lib. III Pædag. & Strom. II, ac III. Porphyrius lib. I περὶ ἀποχῆς falſam cauſſam prodidit, quare Iudæi, & Phœnices abſtinerent. nimirum, quod apud illos ſues non eſſent. φοίνικες, δὲ καὶ Ιουδαῖοι ἀπέχοντο, ὅτι οὐδ' ὅλως ἐν τοῖς τόποις ἐφύετο. Sed falſitatem arguit hiſtoria illa porcorum, in quos dæmones immiſſi ſunt; Math. VIII, Marci V, Lucæ VIII.

P. 238. Καὶ τὸ τοῦ βίου πέρας.] Quàm ſecundum voti illius ſui exitum habuerit ineptiſſimus declamator, & perfidus apoſtata, euentus docuit. Nam ſequenti anno, VI Cal. Iul. miſerè periit. Quare hoc epiphonema in Anglicano codice ad oram adſcriptum erat. ἀξίως οὖν τοῦ τρόπου, καὶ τῆς εὐχῆς τὸν θεοστυγῆ σου βίον κατέστρεψας, ἀσεβέστατε.

AD ORATIONEM VI IVLIANI
contra Imperitos canes.

MEMINIT Orationis huius Libanius Orat. X Tomi II, vbi in ipſa contra Perſas expeditione tam hanc, quam ſuperiorem in honorem Matris Deorum à Iuliano ſcriptam eſſe teſtatur, ſingulis noctibus ſingulas. δύο γοῦν εὐθὺς τότε ἔδειξεν ἔργον μιᾶς ἡμέρας, μᾶλλον δὲ νυκτὸς ἑκάτερον· ὧν ὁ μὲν ἐπάταξεν ἄνθρωπον, νόθον Αντισθένους μιμητὴν, ἀλογίστῳ θράσει τὸ πρᾶγμα ὁριζόμενον· ὁ δὲ πολλά τε, καὶ καλὰ λέγει περὶ τῆς μητρὸς τῶν θεῶν. *Duas igitur* (orationes) *tunc edidit, vnius opus diei, imò noctis, ſingulas. quarum altera certum hominem feriit, adulterinum Antiſthenis imitatorem, qui profeßionem iſtam inconſiderata quadam audacia metiebatur. altera verò de Deorum matre multa & præclara diſputat.* Quibus ex verbis orationis huius argumentum colligitur. Scripta eſt videlicet contra Cynicum neſcio quem, qui Diogenis in victu ſeueritate, ac duritia damnata, delicias conſectabatur, & luxum.

Pag. 339. Ανω ποταμῶν.] Alludit ad Xeniadis, à quo emptus eſt Diogenes, dictum illud; cuius meminit Laërtius in Diog.

Αεὶ ταῦτα τοῦ θεοῦ.] Ο θεὸς per antonomaſiam Sol. Vide eruditiſſimum Aleandrum in Heliaca Tabula. Hinc autem colligas ſub æſtiuum ſolſtitium & hanc, & ſuperiorem à Iuliano ſcriptam.

Αλλὰ καὶ τὴν ἐδωδήν.] Athenæus lib. VIII. Διογένης ὁ κύων ὠμὸν πολύποδα καταφαγὼν, ἐπιθεμένης αὐτῷ τῆς γαστρὸς ἀπέθανε. *Diogenes Canis cùm polypum crudum deuoraſſet, citata aluo mortuus eſt.* Laërtius polypum quidem mortis illi cauſſam attuliſſe refert, ſed eo quòd, cum canibus illum eripere, ac partiri vellet, eorum morſibus appetitus ſit. Verba Diogenis; ἄλλοι φασὶ πολύποδα κυσὶ συμμερίσασθαι βουλόμενον οὕτω δηχθῆναι τοῦ ποδὸς τὸν τένοντα, καὶ καταστρέψαι. Interpres συμμερίσασθαι vertit *partiri canibus*; quaſi diuidere vellet in canes. Sed eſt, *participem eſſe cum canibus.*

Pag. 340. Αλλὰ καὶ μετ' ἐκεῖνον Διογένης.] Expungenda vox Αντισθένης. Huius porro hiſtoriæ Diogenis, & Antiſthenis meminit Laërtius.

Pag. 343. Τοῦ κρίνου γυμνοτέροις.] Prouerbium eſt hactenus, quod equidem nouerim, à Parœmiographis omiſſum. Eodem pertinet, quod κρίνον de πλωχῷ dici refert Heſyc. & Suidas. Quanquam aliter in Euangelio veritas ipſa; quæ lilia ſic veſtita eſſe dicit, vt ne Salomon quidem ita coopertus fuerit.

Οἷς εἰ μὴ πείθεται.] For. πείθονται.

Αρξώμεθα γάρ.] De hoc Sapientis dicto, *Noſce teipſum*, vide Ciceronem lib. V de Finibus.

Pag. 346. Επιστήμη γὰρ οἱ θεοί.] Eadem apud Syneſium leges initio libri de Inſomniis.

Ωσπερ γὰρ ἡ ἀλήθεια.] Vide Lucianum in Hermotimo.

Pag. 347. Κατὰ τὸν Πύλιον γέροντα.] Odyſſ. γ.

Pag. 350. Αἵτι γὰρ θρυλλούμεναι.] Diogenes Laërtius Philiſcum Æginetam Diogenis Cynici diſcipulum tragœdiarum illarum facit authorem, quibus Diogenis nomen erat inſcriptum. Vide Suidam. Citatur ab Athenæo lib. XIV

Diogenes Tragicus in Semele. Itaque pro φιλίςου reſcribendum hîc eſt φιλίσκου. Quanquam in ſequenti oratione φίλιςον vocat. De quo lepidam hiſtoriam referunt ij, quos nominaui, Laërtius, & Suidas.

Pag. 351. Φημὶ γὰρ δὴ τὴν Κυνικήν.] Plato in Symp.

Τοῦτο γοῦν ἔοικεν Οἰνόμαος.] Cynicus acer, & inſignis, à quo multa contra oracula diſputata apud Euſebium extant in libris de Præparat. Euang.

Λέγουσι μὲν γάρ.] Vide Laërtium, & Cic. III de orat.

Pag. 352. Καὶ παραχάραξον τὸ νόμισμα.] Quod & facere ipſum hortatus eſt Delphicus dæmon, & reipſa cum patre perfecit in patria; vnde & fugere coactus Athenas, ibidem philoſophari inſtituit. Ab eo quod eſt παραχαράττειν, paracharaximum numum, aut ſignum populari conſuetudine dici author eſt Caſſianus Collat. I cap. XX, & Collat. II, capite IX.

Pag. 353. Τὸ γὰρ γνῶθι σεαυτόν.] Plut. de εἶ apud Delphos. ὁ μὲν γὰρ θεὸς ἕκαστον ἡμῶν ἐνταῦθα προσιόντα οἷον ἀσπαζόμενος προσαγορεύει τὸ, γνῶθι σεαυτόν. *Deus vnumquemque noſtrûm hûc adeuntem velut ſalutans compellat his vocibus; Noſce teipſum.*

Ἄνηρ ἄπολις, ἄοικος.] Cuiuſmodi ſunt execrationes, & ἀραὶ Scenicæ, quas eueniſſe ſibi canis iſte gloriari ſolebat. Laërtius.

Pag. 371. Ὑπὸ τὴν Χάρυβδιν.] Diogenes, vt refert Laërtius, γαστέρα Χάρυβδιν ἔλεγε τοῦ βίου.

Pag. 373. Μνημοσύνης, καὶ Ζηνός.] Hi ſunt Cratetis verſus, quos ille, tanquam Parodiam ad Solonis elegos accommodauit. Eoſdem & ſequenti Oratione repetit.

Pag. 372. οὐ γὰρ ἐκ τῶν μαζοφάγων.] Meminit Diogeniani huius dicti Porph. lib. I περὶ ἀποχῆς.

Pag. 375. Ἐπεὶ καὶ τῶν ταύρων.] Virgilius III Georg.

Ergo omni cura vires exercet, & inter
Dura iacet pernox inſtrato ſaxa cubili,
Frondibus hirſutis, & carice paſtus acuta.
Et tentat ſeſe, atque iraſci in cornua diſcit, &c.

Digitized by Google

AD ORATIONEM VII. AD Heraclium Cynicum.

ALTERA hæc eſt contra Pſeudocynicos oratio, & ex eo grege nebulonem quendam Heraclium: qui coram Iuliano, & eius amicis orationem habuerat; in qua de Diis parum prudenter, ac religioſè locutus videbatur. tùm de Cynica profeſſione quædam imperitè iactauerat. Maximè verò Iouis atque Panos vocabulis abuſus erat Cynicus ille, vt ex Iuliani verbis colligitur. Hæc loquaciſſimo & ineptiſſimo vanæ ſuperſtitionis patrono cauſſa fuit orationis huius elucubrandæ: cuius præcipuum argumentum eſt in explicanda origine, natura, vſúque fabulæ. quod de ea ſermonem idem ille Cynicus inſtituerat.

Pag. 385. Τοξόται δὲ.] Nam arundines, è quibus ſagittæ fiebant, in Creta, & in India præſertim, optimæ proueniunt. Plinius lib. XVI, cap. XXXV, Theophraſtus lib. IV Hiſt. Plant. cap. XII, genus quoddam arundinis τοξικὸν appellat, idem Κρητικὸν nominari dicit.

Pag. 387. Ος τοῦ μύθου διαφέρει.] Quid ſit αἶνος aliter explicat Euſtathius Il. θ: & idem eſſe ait atque αἴνιγμα, ſiue γρῖφον. Sed ad Il. λ interpretatur μυθώδη λόγον, ἢ παραίνεσιν. quod cum Iuliano congruit. De fabula, & eius origine vide Aphthonium. Sed nimis anguſtè τὸν μῦθον accipit noſter. Nam & Æſopi, qui princeps huius rei fuiſſe creditur, fabulæ μῦθοι ſimul & αἶνοι ſunt, & illo ſæpius, quàm hoc vocabulo cenſentur. Nihilominus μύθοις intelligit, quales ſunt poëticæ fabulæ.

Pag. 391. Εἴ τί σοι τοῦ ϛράτωνος χρειῶ.] Oenomai librum aduerſus Oracula laudat identidem Euſebius in libris de Præparat. Vtrum præter hunc alterum ſcripſerit ſub illa inſcriptione, quam hîc Iulianus exprimit: ἡ τοῦ κυνὸς αὐτοφωνία: an id ea verba ſignificent, quod in verſione poſuimus: non temerè dixerim.

Pag. 394.

Pag. 394. Κἂν τὰ Μαγνήτων κακά.] Sumptum id ex Archilocho, vt è Strabone colligitur lib. XVI. Vide vtrumque Prouerbium apud Suidam, & Parœmiographum. Apud Suidam ſine authoris nomine Iuliani locus iſte legitur.

Pag. 397. Ελόμενον γὰρ αὐτόν.] Vide Laërtium.

Pag. 399. Αλλὰ ἡ τῆς Ολυμπιάδος χιλιόμβη.] De hac Chiliombe nihil alibi legi.

Pag. 400. Οτι τῷ Διὶ συμβασιλεύειν.] Nam Cynici crebro id ſermone referebant, de felicitate cum Ioue ſe contendere.

Pag. 405. Ιχνεσιν ἀνδρός.] Iamblicum intelligit.

Pag. 411. Οὐδ' Αβδηρος.] Abderus videtur Herculis famulus fuiſſe. quo cum Diomedem Thraciæ regem vicit, & occidit. Hyginus Fab. XXX.

Pag. 415. Εἴτε Ανατόλιος οὑτοσί.] Fuit Anatolius iſte Officiorum Magiſter, quo tempore cum Iuliano Imperat. in acie contra Perſas occubuit. Ammianus lib. XXV. Memorius verò Præſes fuit Ciliciæ. cuius idē meminit lib. XXIII. De Saluſtio frequens in Iuliani ſcriptis, & hiſtoria mentio. Iſti omnes cum Iuliano Cynici declamationi interfuiſſe videntur.

Pag. 417. Αποτακτιστάς τινας.] Veriſſima eſt coniectura noſtra, ἀποτακτιςὰς hoc loco ſcribendum. Propriè *renunciatores*, vel *renunciantes* Latini Patres appellarunt: vt Caſſianus. Cum his perditus Apoſtata Cynicos ſuos comparat.

Pag. 422. Πλουτάρχου δὲ εἰ τὰ μυθικά.] Huius à Plutarcho ſcripti operis nulla mentio in Catalogo Lampriæ.

Πλουσίῳ ἀνδρὶ πρόβατα ἦν.] Sequentis fabulæ interpretatio Oedipum non deſiderat. Nihil enim facilius eſt, quàm quò illa ſpectet intelligere. Quippe de Conſtantino, eiúſque filiis, ac Iuliano illorum conſobrino capienda eſt.

P. 424. Παλαιά, χαὶ νέα μνήματα.] Ita martyrum memorias, & baſilicas ſceleratus Apoſtata nominat.

Pag. 431. Ο μὲν μοι ἔφη.] Conſtantium perſtringit.

Pag. 437. Σὺ δὲ ἀρετῆς.] Poteſt & ἀφελὼν retineri; vt ipſummet Cynicum iubeat, inuidioſis verbis ablatis, quod deeſt ſupplere per ſeſe. Reliqua ad marginalem notam exigenda ſunt.

Digitized by Google

Pag. 442. Ὥσπερ Σωκράτης.] Credo expungendas voces iſtas ὡς Ἀριστοτέλης. Nam de Socrate quæ ſequuntur accipienda ſunt.

AD ORATIONEM VIII.

PROPEMPTICON eſt Salluſtij è Gallia proficiſcentis in Illyricum & Thraciam. quem quidem Iulianus in paucis carum & conſiliorum omnium participem habuit. Scripſit autem hanc orationem ſuperſtite Conſtantio, cùm Cæſaris titulo Gallias adminiſtraret. vt ex pag. 464 colligitur. Vnde etiam conſtat Salluſtium è Galliis ortum accepiſſe. Cæterùm tempus illud, quo digredientem Salluſtium proſecutus eſt hac oratione Iulianus, ſignificari arbitror pag. 518 epiſtolæ ad S. P. Q. Athen. vbi à Conſtantio tranſlatum è Galliis eſſe Salluſtium refert, quòd Iuliani eſſet amicus.

AD EPISTOLAM, QVÆ eſt ad Themiſtium.

SCRIPSERAT ad Iulianum Themiſtius Philoſophus ſub id fortaſſe tempus, quo mortuo Conſtantio, ſolus rerum potitus eſt. & ingentibus Heroum propoſitis exemplis ad eandem in imperio virtutem, & animi magnitudinem explicandam hortatus erat. Cui hac epiſtola reſpondet Iulianus, & conſequendæ tantæ felicitatis, ac gloriæ difficultatem prædicat. præſertim quod incertos exitus rerum, ac viciſſitudines nemo præſtare poſſit. quódque hominem hominibus imperare difficillimum ſit, vt Plato, & Ariſtoteles, ille libro de legibus IV; iſte in Politicis, teſtantur.

P. 469. Τὸν πορθμὸν τὸν παρ' ἡμῖν.] Difficile eſt quo de freto loquatur conijcere. Suſpicor tamen Boſporum intelligi, ac Byzantij tùm fuiſſe Themiſtium.

P. 471. Χρύσιππος δὲ ἐώκει.] Nam Stoici felicitatem ſola virtute metiebantur: contra quàm Peripatetici.

Digitized by Google

Pag. 473. Καὶ πεποιήκασι καὶ ϛρατηγόν.] Ante hæc aſteriſcos poſuimus. Nam deſunt aliqua. Sed in codicibus noſtris inculcatum erat Fragmentũ quoddam alterius epiſtolæ, quam ad Arſacium, niſi fallor, Pontificem ſcripſit; in qua res ad religionem, ac Deorum cultum ſpectantes ordinauit. quod nos alieno loco detractum ſeparatim edidimus. quæ ſequuntur autem ad Themiſtium ſcripta videntur.

P. 475. Θεὸς μὲν πάντα.] Totus hic locus è IV Platonis de Legibus exſeriptus eſt. quem è Platone ipſo aliquot locis emendauimus. cætera, quæ Iulianus ipſe aliter concepiſſe videri poteſt, ad marginem adnotauimus.

P. 477. Τούτων διομένω.] Poſt διομένω apud Platonem iſta leguntur, στέργουσαν δὲ οὐδέν· ἀλλ' αἰηνύτῳ, ὥς ἀπλήςῳ κακῷ νοσήματι ξυνεχομένην αὔξει δή, &c. Quæ fortaſſe breuitatis ſtudio Iulianus omiſerit.

P. 478. Πρὸς τὸν ἑταῖρον ἡμῶν ἀφικόμενος Ἀράξιον.] Araxii meminit Ammianus lib. XXVI ſub finẽ. & Procopii partes ſecutum, eo cæſo in inſulam deportatum, ac poſtea liberatum refert.

IN IVLIANI EPISTOLAM ad S. P. Q. Ath.

SCRIPSIT hanc epiſtolam Iulianus paulo poſt id tempus, quo in Galliis Imperator acclamatus, à Conſtantio defecit, & aduerſus eum cum exercitu profectus eſt. Teſtis eſt enim Libanius tunc illum varias ad ciuitates Græciæ literas dediſſe, vt per illas ſe apud reliquas nationes de ſuſcepto imperio purgaret. Οὕτω δὲ (ait in Panegyrico in Conſulatum Iuliani) πλείω λόγον τοῦ μὴ δοκεῖν ἀδικεῖν, ἢ τῆς νίκης Pag. 142.
αὐτῆς ἐπεποίητο, "ἕως τ' ἐν μέσοις τοῖς δεινοῖς ἐμβεβηκὼς, δι' Ἑλ- "Leg. ὡς.
λήνων ἅπασιν ἀνθρώποις ἀπελογεῖτο, πέμπων ἐπιϛολὰς ἐκεῖσε κατὰ τοὺς ἑκάστων τρόπους, μείζους, ἐλάττους, τὸ μέσον ἐχούσας· ὡς ἔμελλον τοῖς δεξομένοις ἁρμόσειν. *Adeò verò maior illi cura erat iniuriæ purgandæ, quàm obtinendæ victoriæ; vt cùm mediis ipſis in periculis verſaretur, per Græcos ſe apud mortales omnes purgare inſtitueret, ſcriptis illùc epiſtolis pro cuiuſque ciuitatis moribus, aliis longioribus, aliis breuioribus, aliis mediocribus, pro eo atque conſentaneum erat iis ad quos illæ dabantur.*

Digitized by Google

Exponit igitur hac epiſtola rationem conſilij ſui, & quibus à Conſtantio prouocatus iniuriis patienter hactenus tulerit: ac quemadmodum militari conſenſione inuitus ac renitẽs ad imperium euectus ſit, vberrimè deſcribit. Equidem ex omnibus Apoſtatæ illius monimentis nullum eſſe publica luce, atque eruditorum hominum, præſertim verò hiſtoriæ ſtudioſorum, lectione dignius arbitror. Nam cùm totam illius geſtæ rei narrationem accuratè perſequitur: tùm pleriſque ab Ammiano, cæteriſque ſuper hac re memoriæ proditis lucem affert. ac denique complures hiſtoriæ particulas, & περιστάσεις continet, quæ haud alibi leguntur. Athenas autem, & Athenienſes quantum Iulianus adamauerit, ac quibus de cauſſis eò ſe contulerit, declarat Gregorius Nazianz. Orat. II στηλιτ.

Pag. 497. Ἕξ μὲν ἀνεψιούς.] Sex à Conſtantio patrueles, aut conſobrinos interfectos ait; patruos duos. Hos quidem in hiſtoria illorum temporum inuenio; Conſtantium Iuliani patrem, & Dalmatium, quem Anaballianum alij vocant, ambos Chlori filios, ex Theodora Maximiani Herculij priuigna; Conſtantini fratres. Patrueles verò, conſobrinóſve tantummodo tres exhibent hiſtorici, Dalmatium, & Anaballianum Dalmatij; & Nepotianum Eutropiæ ſororis Conſtantini filios: quorum cæteri ſubinde poſt Conſtantini obitum militari conſpiratione cæſi; Nepotianus poſt Conſtantis necem oppreſſus eſt, non tamen à Conſtantio; ſed à Magnentio tyranno. Hæc Socrates lib. III cap. I. Zoſimus, Eutrop. Victor. Itaque duos tantum ἀνεψιοὺς à Conſtantio interfectos lego. cæteros diligens, atque eruditus lector inquiret.

Pag. 498. Ἀδελφόν τε ἐμόν.] Ex hoc loco diſcimus, quod à nullo, quantum quidem meminerim, Scriptore proditum eſt, præter Gallum Cæſarem, alterum fratrem & quidem natu iſto maiorem, habuiſſe Iulianum. quem hîc manifeſtè à Gallo diuerſum facit, & à Conſtantio ante quàm Cæſar iſte fieret interfectum ſignificat. quis autem, quóve nomine appellatus fuerit, neſcire me fateor. Sed neque Socrates.

Ἐμὲ δὲ καὶ ἕτερον ἀδελφόν.] Socrates lib. III, cap. I ſcribit Gallum, quod affecta valetudine haud diu victurus putabatur; Iulianum, quod octennis eſſet, viuere permiſſos. Minus à Socrate id quidem accuratè. Neque enim octennis, ſed quinquennis fuit. Nam mortuus eſt anno ætatis altero & triceſimo, Chriſti verò CCCLXIII. Conſtantinus autem obiit CCCXXXVII.

Pag. 499. Ἐν ἀγρῷ τινι.] Ammianus lib. XV accuſatum refert Iulianum, quòd à Marcelli fundo in Cappadocia poſito ad Aſiam demigrarat liberalium deſiderio doctrinarum, & per Conſtantinopolim trãſeuntem viderat fratrem. Hunc ἀγρὸν, ſeu fundum mox κτῆμα vocat, atque ita apud Latinos *poſſeſſio* pro fundo. Paſchaſinus Lilybetanus Epi. ad Leonem P. *Quædam viliſſima poſſeſſio Meltinas appellatur in montibus arduis*, &c. *Gloſſarium* κτῆμα *prædium, fundus, poſſeſſio*. κτηματοφύλαξ *ſaltuarius*. Eam Iuriſconſulti *maſſam* appellant. Sed & Ammianus lib. XIV de Gallo; *Natus apud Tuſcos in maſſa Veternenſi.* Septuaginta Interpretes Oſee II, 15 pro eo quod in Hebræo legitur ונתתי לה את כרמיה *& dabo ei vineas eius*, vertunt; καὶ δώσω αὐτῇ τὰ κτήματα αὐτῆς.

Τὸν μὲν ἀπὸ * * * φυγῆς.] In ſcripto codice vox erat πρα', quam diuinare nequiuimus.

Pag. 500. Καὶ ἥξαντι τῷδε.] Senſum, quem potuimus, iis ex verbis expreſſimus, quæ mihi haud integra videntur.

Καὶ γὰρ εἴ τι περὶ τὸν τρόπον.] Expreſſit hanc Iuliani de fratre ſententiam Libanius in Panegyr. de Iuliani Conſulatu pag. 234. vbi & literarum meminit, quibus ille priuatus Gallum iam Cæſarem officij monuit. εἰ μὲν οὖν προσεῖχε τ νουῦ τοῖς τοῖσδε γράμμασιν ὁ ἀδελφὸς, ἦν ἂν συζυγία προστατῶν. καὶ γὰρ ἦν οἷος οὐ βασιλεύων βασιλεύοντα νουθετεῖν. ὡς δὲ ὁ μὲν ἄκριτος ἀπελήλυθει, λέγειν ἔχων τι περὶ τῶν πεπραγμένων· ἐπεὶ δὲ τοῦτον ἐκτεῖναι τὰς μέμψεις ὁ ἐκεῖνον ἀποκτονῶς ἐβούλετο μὲν, ἠπόρει δέ· φόνου μὲν εἶχε, πλασάμενος δὲ ἐκάκου, δίκας λαμβάνων ὧν ἐγκαλεῖν οὐκ εἶχε. *Ac ſi huius quidem literis animam ſuum frater accommodaſſet; par nunc principum haberemus. Erat enim eiuſmodi, vt regnantem monere priuatus auderet. Verùm poſtquam ille ind[i]cta cauſſa necatus eſt, qui factorum ſuorum excuſationem afferre poſſet aliquam; & in*

iſtum criminationes transferre, qui alterum occiderat, vellet; ſed id facere non poſſet, ita cæde eius abſtinuit, vt in varia loca tranſportando fatigaret, atque ita quorum accuſare illum non poterat, eorum pœnas repeteret. In his Libanij verbis legendum apparet, ἐκτεῖναι τὰς μέμψεις, alioqui nulla ſententia eſt. De indole Galli teſtatur & Nazianz. in Stelitcut. I. καὶ γὰρ ἦν, εἰ δὲ τὴν φύσιν θερμότερος, ἀλλ' οὖν γνήσιος εἰς εὐσέβειαν. *Erat enim tametſi natura feruidioris, pietatis tamen minimè ſimulatæ.*

Pag. 501. Τὸν τῆς ἀδελφῆς ἄνδρα.] Conſtantiam Conſtantini filiam, Conſtantij ſororem duxerat Gallus. Ex hac ſuſceptam eſſe filiam Iulianus ſignificat. tum Galli ſororem Conſtantio antè nupſiſſe. Quæ poſteriora duo ab hoc vno, quod ſciam, authore prodita, hactenus erant ignota. Horum prius illud Iuliani ex oratione leuiter caſtigata deducitur. Nam ἀδελφιδῆς pro ἀδελφιδοῦ apparet eſſe ſcribendum. Natus eſt Gallus eodem, quo Iulianus, patre, matre Galla Rufini & Cerealis ſorore: quos trabeæ Conſulares nobilitarunt (ait Ammianus lib. XIV.) Huius Gallæ filiam ante Euſebiam videtur duxiſſe Conſtantius. atque haud ſcio, an hæc ipſa ſit, qua cum, patre ſuperſtite, ac conciliatore, Conſtantius nuptias celebrauit, vt refert Euſebius in Vita Conſtantini. Sanè plures illum vxores habuiſſe teſtis eſt Ammianus. quod ad III Orationem obſeruauimus.

Pag. 503. Ἰστε Δύναμιν ἀκοῇ.] Horum nominum ſparſim apud Ammianum extat mentio. ſed vtrum illi ipſi viri ſint, quos hîc Iulianus appellat, non facilè dixerim. De Dynamio certò pronunciari poteſt, cuius ille meminit lib. XV.

Ὅσον οὔπω τοῦ Νείλου.] Hæc non intelligo. ſenſum tamen, vtcunque licuit, expreſſi. De ſequenti hiſtoria plenius Ammianus, & Zoſimus. Vide & Orat. III in Euſebiam.

Ἀλλ' ὁ θεοῖς ἐχθρός.] Euſebius cubicularius, ſpado; quem Iulianus ad imperium euectus occidit.

Pag. 505. Πηγὰς μὲν οὖν ὁπόσας.] Eadem Libanius Oratione Panegyr. in Iuliani Conſulatum pag. 235 C, qui & nonnulla totidem ferè verbis hac ex oratione tranſtulit.

Pag. 508. Καὶ τὸ μὲν ὄνομά μοι.] Ammianus lib. XVI. *Dixit:*

Digitized by Google

móxque indutum purpura Iulianum, & Cæſarem cum exercitus gaudio declaratum his alloquitur contractiore vultu ſubmæſtum. Purpuram igitur intelligit, quæ Cæſari cum Auguſto communis fuit. Apud Capitolinum in Clodio Albino, Commodus in epiſtola ad Albinum ſcripta, cùm hunc Cæſarem faceret, purpuram ei permittit, ſed ſine auro. *Quia*, inquit, *ita & proauus meus Verus, qui puer vita functus eſt, ab Adriano, qui eum adoptauit, accepit.* Quod proauum appellat Verum Commodus, præſertim quem puerum dicit; variis modis explicare ſtudent. Mihi duæ voculæ expungendæ videntur, vt ſententia conſtet. Notatum ab imperita manu fuerat ad oram codicis, *proauus meus*, ad nomen *Verus*, quòd Verum hunc putabat Annium eſſe Verum, auúmque Marci. Sed eſt Ælius Verus adoptatus ab Adriano, paulóque pòſt vita functus: quem proauum Commodi nullo idoneo ſenſu dici arbitror. & nugæ ſunt quicquid ad hunc locum Salmaſius adnotauit. Libanius Orat. Paneg. in Iuliani Imper. Conſulatum, cùm de eius ad ſummum imperium prouectione loquitur: περιστάξεις ἦκεν ἀδελφὴ τῆς περιστέρας, περιτεθεῖσα θαλασσίῳ χλαμύδος βαφῇ λιθοκόλλητον ταινίαν. Ad thalaſſii coloris purpuram, id eſt ἀλουργίδα, quam Cæſar acceperat, additum militari ſuffragio diadema refert.

Pag. 509. Τετρακοσίους ἑξήκοντα.] Libanius Paneg. in Iuliani Conſul. eadem narrat, minus CCCC illi datos eſſe milites, ἐν ἀκμῇ τοῦ χειμῶνος: & reliqua, quæ ex hac oratione, vt iam dictum eſt, exſcripſit. Ammianus lib. XV ſcribit Iulianum Cæſarem renunciatum VIII Eid. Nouemb. paulóque pòſt Helenam ei coniugem datam. Kalendis verò Decembr. in Gallias profectum. Quocirca perperam legitur hîc περὶ τροπὰς θερινὰς pro χειμερινάς. Cùm Iuliano miſſi ſunt Marcellus, & Salluſtius, quibus omnis prouinciæ, ac belli adminiſtratio commiſſa, ne quid Iulianus nouarum rerum moliretur.

Pag. 510. Καλῶς δὴ, ὡς ἀκηκόατε.] Iulianus Cæſar factus eſt Arbetione, & Lolliano Coſſ. anno Chriſti CCCLV. Eodem anno exeunte miſſus eſt in Galliam, ac Viennæ hiemauit, vbi & Conſulatum primum adiit cum collega Con-

ſtantio VIII anno ineunte CCCLVI. qui primus annus fuit Gallicanæ adminiſtrationis. Hunc infeliciter collocatum queritur Iulianus; nec vllum in eo pretium operæ factum. Atqui ſi Ammianum legas; intelliges minus quidem, quàm pro Iuliani voluntate, atque impetu; ſed multum tamen contra barbaros fuiſſe geſtum. Viennæ cùm eſſet, audito Germanos in Galliam populabundos excurrere, atque ab Auguſtoduno ægrè depulſos eſſe, eos perſequi inſtituit. Quibus & ſuperatis, ac diſiectis, Coloniam Agrippinam recuperauit: Francorum quoque reges ita terruit, vt ad pacem adigeret. *Quibus* (addit Ammianus) *vincendi primitiis latus per Treueros hiematurus apud Senonas opidum tunc opportunum abſceſſit.* Quocirca ſcripſiſſe puto Iulianum, οὐ χαλεπῶς δὲ, ὡς ἀκηκόατε: ac mox, καὶ παραχθέντος τινὸς στρατοπέδου. Cùm autem apud Senonas hibernaret cum paucis militibus, repentè hoſtes aduolant, & vrbem obſident; cùm Marcellus magiſter militum agens in ſtationibus proximis diſſimularet interim, nec opem ferret. Verùm poſt viceſimum tandem diem abiêre barbari. Hæc Ammianus lib. XVI.

Pag. 511. Ὡς δὲ καὶ ὁ στρατοπέδων ἄρχων.] Conſtantius vt ea, quæ ad Senonas perfidè à Marcello erant geſta, didicit, *cum ſacramento ſolutum abire iuſſit in larem* (verba ſunt Ammiani) *qui tanquam iniuria graui perculſus, quædam in Iulianum moliebatur, auribus Auguſti confiſus in omne patentibus crimen.* Sed Eutherius ſpado præpoſitus cubiculi longè fideliſſimus à Iuliano miſſus hanc calumniam diſcuſſit. Erat autem Marcellus iſte Serdica oriundus, quò & exauthoratus abiit. Ita Ammianus, vt quidem à nobis emendatus eſt. Nam vulgata lectio neque integra eſt, neque illam ſententiam exhibet. Quippe poſt longum ſuper Eutherio ſpadone de Eunuchorum improbitate ſermonem Ammianus ad Marcellum rediens ita ſcribit: *Nunc redeam vnde diuerti. Superato, vt dixi, Marcello, euerſáque Serdica, vnde oriebatur,* &c. Leg. *reuerſóque Serdicam.*

Ἅπαξ δὲ, καὶ δεύτερον.] Videtur legendum οὐ χαλεπηνάντως. vti dicat ſe deinceps quieuiſſe, quòd ſemel iterúmue eſſet tractatus indignè.

Δίδωσί μοι

Δίδωσί μοι τῶν στρατοπέδων τὴν ἡγεμονίαν.] Quandonam exercitibus præfectus ſit Iulianus, & quo iure in eos imperium habuerit; quæſtione digna res eſt. Etenim poſt exauthoratum Marcellum,& in Sardicam remiſſum,id accidiſſe Iulianus ipſe teſtatur. At idem ſignificat,poſtquam imperium hoc nactus eſt, ſe & Coloniam Agrippinam, & aliud oppidum quod Tabernas eſſe pòſt paulo demonſtrabimus, inſtauraſſe cum aliis Galliæ vrbibus, ita vt ad XLV à Barbaris receperit. Atqui longè ab his diuerſa ex hiſtoria Marcellini colligunt. Nam Coloniam nondum primo, quo in Gallias miſſus eſt,anno vertente recuperaſſe Iulianum aſſerit,hoc eſt Conſtantio VIII, & Iuliano Coſſ. Chriſti CCCLVI, antequam Marcellus à Conſtantio miſſionem acciperet, quæ eodem exeunte anno, vel ineunte altero contigit. Marcello ſuffectus eſt Seuerus vir militaris rei ſcientiſſimus,& neque diſcors, neque arrogans; quem ſe nactum eſſe mirificè gauiſus eſt Iulianus, *& eum recta praeuntem* (ait Ammianus) *ſecuturus, vt ductorem morigerum miles*. Poſtulat ſententia *morigerus*. Cùm hoc & Barbatio miſſus eſt, qui ex altera parte Barbaros opprimeret cum XXV millibus. Hic erat Magiſter peditum; Seuerus autem equitum; vt docet Ammianus lib. XVI. Ac ſi quis Iuliani verba cum Ammiani hiſtoria comparet, intelliget anno quàm erat profectus in Gallias ſecundo, illud ſibi in exercitus imperium eſſe delatum, nimirum Chriſti CCCLVII, quo cum Alemannis, & Chodonomario rege conflixit maturis iam ſegetibus. Nam iſto ipſo anno pro duce ſe geſſit illius ſaltem exercitus, cui Seuerus præerat. Etenim Barbatio, qui alterum regebat, tantum abfuit vt illi pareret, vt ab eo ſe ſubduceret, neq; periclitanti ferret opem. Quare quod ait, δίδωσί μοι τὴν ἡγεμονίαν τῶν στρατοπέδων, de omnibus verum non puto. Sed nec illud prætermiſerim, primo ipſo anno, cùm adhuc Marcellus in Gallia verſaretur, Iulianum Cæſarem non ſic ducibus obnoxium fuiſſe, vt non imperium aliquod exerceret. Refert enim Ammianus lib. XVI, anno illo, qui erat Chriſti CCCLVI, Remos profectum Iulianum, congregatum in vnum exercitum iuſſiſſe operiri præſentiam ſuam: cui tum exercitui præſidebat

Digitized by Google

Vrſicini ſucceſſor Marcellus; nec non Vrſicinus ipſe, iiſdem in locis aduſque finem expeditionis illius agere iuſſus. Verùm etſi titulo tenus pro poteſtate prouinciam adminiſtraret, ac rem bellicam tractaret, Magiſtri tamen militũ, vti Conſtantius mandarat, non illi penitus obtemperabant; ſed in pleriſque refragabantur. Adde Iulianum hîc oratorio more conditionem illam ſuam infra veritatem deprimere: quaſi nulla fuerit eius tunc altera curatio, quàm circunferendæ imaginis principalis. Sanè Zoſimus lib. III ſcribit in digreſſu Conſtantium Iuliano permiſiſſe, vti Gallias, pro eo atque expedire viſum eſſet, ordinaret. Quod vt palam feciſſe Conſtantius, ac præ ſe tuliſſe videtur: ita clam Præfectos ſuos conſilia omnia factáque illius obſeruare iuſſit, ac malignè interdum obtemperare. Vide Libanium Orat. in Iuliani Conſul.

Τὸ μὲν οὖν πλῆθος τῶν πόλεων.] Quadraginta vrbes in Gallia, quas euerterant barbari, inſtauratas à Iuliano ſcribit Zoſimus lib. III. vbi & iidem illi quàm latè Galliam obtinuerint, refert. Libanius totidem, quot Iulianus, enumerat. Nam ex hac epiſtola totam illam hiſtoriam expreſſit.

Pag 512. Δίχα τῶν πύργων.] Burgos vertimus. Gloſſarium Henric. Steph. Πύργος, *Turris, burgus*.

Πόλιν τε αἰέλαβον.] Agrippinam Coloniam recepit anno primo, quo in Galliam venit, & Conſulatum primum geſſit.

Καὶ τεῖχος Αγέντορα.] Opidum illud intelligit, quod Ammianus tres Tabernas vocat: alij Tabernas. Id enim haud procul Argentorato diſtat. Argentoratum Iulianus nominat Αγέντορα, vel, vt opinor, Αργέντορα; quomodo & Zoſimus. vt ex amborum conſenſione non facilè mendi notanda ſit hęc appellatio: tametſi Argentoratum ſæpius nominetur. Iulianus anno ſecundo Gallicanæ adminiſtrationis, quo Conſul ipſe II fuit, & Conſtantius IX, cùm Germani Gallicani limitis ad Rhenum partem maximam occuparent, ſecundis aliquot prælijs factis, *ad reparandas tres Tabernas ſeſe conuertit,* (ait Ammianus lib. XVI) ***munimentum ita cognominatum, haud ita dudum obſtinatione ſubuerſum hoſtili. quo ædificato conſtabat ad intima Galliarum, vt conſueuerant adire, Germanos arceri.*** Sed cùm plura ſint illius tractus opida, quibus Tabernarum nomen

Digitized by Google

congruit, de his ab Iuliano refectis quæritur. Philippus Cluuerius lib. II Germaniæ antiquæ cap. XII, ſuſpicatur apud Ammianum mendoſè ſcriptum eſſe tres Tabernas, ac legendum videri *Rheni Tabernas*. Nam ad Rhenum in Nemetibus Tabernas eſſe ſitas, quas hodie *Rhein Zabern* vocant. non autem illas eſſe, quas in Triboccis poſitas, quę eſt hodie Elſatia, commemorat Itinerarium Antonini, cùm ab Argentorato per Tabernas, Decempagos, & Diuodorum ad Treueros iter deſignat. Sed in eo fallitur. Nam Tabernæ, quas Iulianus inſtaurauit, ſine dubio ſunt Elſaticæ ad Voſegi radices ſitæ. (Nam pro Barſego, quæ vox nihili eſt, ſubſtituendus eſt Voſegus, vel Voſagus mons, ad cuius radices hodiéque Tabernæ collocatæ ſunt.) Quare non poſſunt illæ eſſe Rhenanæ, vt putat Cluuerius. Neque verò firma ſatis argumentatione coniecturam ſuam affirmat. Nam, inquit, ideo ab Iuliano Tabernæ inſtauratæ ſunt, vt aditus ad Gallias intercluderetur hoſti. At *ſtultum fuiſſet, & amentiæ plenum ad Elſaticas Tabernas expectare hoſtem: atque hinc demum è Gallia eum repellere, quùm multo ſatius foret, in ipſo limite, id eſt in Rheni ripa, ei obſtare, tranſitúque eum arcere.* Verùm ante prælium illud, quo Germani victi, & eorum dux Chodonomarius captus eſt, limitem ipſum Galliæ, ac Ciſrhenanum illum tractum, qui Argentorato vicinus eſt, obtinebant barbari, nec niſi poſt victoriam multis denique aliis præliis inde pulſi. Quare non id Tabernarum inſtauratione quærebat Iulianus, vt ab limitis aditu, ac Ciſrhenana regione barbaros arceret. quod nondum poterat. ſed ne ad intima Galliarum penetrare poſſent, id efficere ſtudebat; nimirum in Mediomatricos, ac Treuiros, interioréſque reliquas Galliæ prouincias: quibus muniendis opportunum erat Tabernarum oppidum. De hac Germanorum clade, ac Iuliani victoria, déque Tabernarum iſtarum refectione loqui putat Auſonium Scaliger initio elegantiſſimi carminis, quo Moſellam deſcribit. ſed inſigniter hallucinatum eſſe rectè Cluuerius demonſtrat cap. XI libri eiuſdem.

Ἔνθα τῶν θεῶν δόντων μοι.] Chodonomarium intelligit, qui in fuga ipſa prolapſus in cœnulentam voraginem, captúſque, ad

Conſtantium eſt miſſus. Zoſ. L. III per hallucinationem vocat hũc Vadomarium. ſed alius, & à Chodonomario diuerſus iſte fuit, de quo Ammianum conſule. qui & ſtolidã ſuper hac Iuliani victoria Conſtantij ambitionẽ in fine lib. XVI narrat. Pag. 513. Ἑξακοσίων νηῶν.] Zoſimus octingentas numerat, quas è materia ad Rheni ripam quæſita fabricatas eſſe refert; vt in Britanniam nauigantes frumentum, & annonam præſidiis adueherent. De tot nauibus extructis haud ſcio an meminerit Ammianus. Scribit quidem lib. XVIII, Iulianum ciuitates exciſas à barbaris communiiſſe, horreáq; pro incenſis extruxiſſe, vbi condi poſſet annona à Britannis ſueta transferri. P. 514. Ὑποδεξάμενος μὲν μοῖραν.] Amm. lib. XVII ſcribit, anno illo, quo Datianus, & Cerealis Coſſ. fuerunt, Iulianum contra Francos Salios expeditionem ſumpſiſſe, qui olim apud Toxoandriam ſedem ſibi fixerant. quos aduentu ſubito perterritos deditionem facere coëgit. Exinde Chamauos deuicit. Zoſ. lib. III, vt ſolet, hallucinatur, & Quados pro Chamauis ponit, quos ait Saxonici generis fuiſſe, & à ſuis trãs Rhenum in Galliam miſſos Francos Salios ex inſula Rheni Batauia, in quam à Saxonibus compulſi fuerant, expuliſſe. qui neceſſitate coacti in Romanũ limitem ſeſe receperunt. At Iulianus Saliis benignè receptis, in Quados exercitum duxit; quos & mira quadam ratione per latrocinia, vt ipſi cõſueuerant, duce quodam Chariettone, profligauit. Ac tũ memorabile illud accidit de reguli Chamauorum filio, quod ex Eunapij hiſtoria in legationum Excerptis legitur, & ab Zoſimo breuius exponitur.

Τρίτον ἐπεραιώθη Καῖσαρ ἔτι.] Ter omninò, cùm Cæſar adhuc eſſet, trans Rhenum profectus eſt, anno Chriſti CCCLVI, CCCLVIII, & CCCLIX. De duobus poſterioribus disertè ſcribit Ammianus. Primæ non meminit. ſed colligitur ex iis, quæ lib. XVI refert, cùm anni CCCLVII geſta perſcribens, ait Iulianum ad prælium cum Germanis, & Chodonomario faciendum eo præſertim incitatum fuiſſe, quòd *anno nuper emenſo Romanis per tranſ-rhenana ſpatia fuſiùs volitantibus, nec viſus eſt quiſquam laris ſui defenſor, nec obuius ſtetit: ſed cõcade arborum denſa vndique ſemitis clauſis, ſidere vrente brumali, ægrè vixere barbari longius amandati.* Quæ verba anno, quem dixi,

Iulianum trans Rhenum bellum Germanis intuliſſe ſignificant, adeóque inſtante iam hieme. Quod ſub illud tempus accidit, quo Agrippinam recuperauit.

Διομυνείοις ἀπήτησα] Rem omnem fusè declarat Zoſimus. Vide Legationum Excerpta ex Eunapio.

Pag. Λουπικῖνον, φησί.] Lupicinus iſte in Britanniam profectus erat per id tempus, quo Iulianus à militibus Imperator eſt factus. ac ne quid conrra nouum Imperatorem moueret homo ſuperbæ mentis, & turgidus, miſſus eſt notarius Bononiam, qui oram illam obſeruaret. Ammianus lib. XX. De aliis tribus nihil certi pronunciare licet. Horum vnus videtur eſſe Florenrius: qui, vt idem refert, ſub ipſa Iuliani principatus exordia Vienna, vbi tùm erar, fugit ad Conſtanrium. Iulianus *charitates omnes cum re familiari intactâ, publici curſus. vſu permiſſo, ad Orientem redire tutiùs imperauit.*

Pag. 516. Ως δὲ ὁ μὲν ὢς ὁ πονηρότατος.] Marcellum intellige. de quo ſuprà.

Γελοίως ἡμῖν δὸς.] Proficiſcenti Iuliano libellum Conſtantius dedit, quo non modò quæ eranr agenda præſcribebat, ſed etiam victus, ac quotidiani ſumprus rarionem taxabat. Ammianus lib. XVI, *Denique cùm legeret libellum aſſiduè, quem Conſtantius, vt priuignum ad ſtudia mittens, manu ſua conſcripſerat, prælicenter diſponens quid in conuiuio Cæſaris impendi deberet*, &c.

Pag. 518. Οσα μὲν οὖν ἐπεχείρησεν.] De Pentadio quod queritur valdè miror. Nam Penradij meminit Ammianus lib. XX, quem ait Officiorum magiſtrum fuiſſe Iuliani, & ab eodem Imperatore iam facto cum Eutherio cubiculi præpoſito ad Conſtantium miſſum. Non poteſt igitur is eſſe, quem ſibi, cùm Cæſar adhuc eſſet, infenſum hîc Iulianus fuiſſe dicit.

Παῦλον, Γαυδέντιον.] Paulus Notarius cruentis delationibus inſignis ſub Conſtantio fuit. qui cum Apodemio viuus exuſtus eſt rerum potiente Iuliano. Vide Ammianum lib. XIX, & XXII. Gaudentius quoque notarius, & ad exploranda Iuliani acta miſſus in Gallias, ab eodem poſtea necatus eſt. Amm. lib. XXII.

Digitized by Google

Σαλούστιον μὲν, ὡς ἐμοὶ φίλον.] Cuius in digreſſu querelæ plenam epiſtolam ſcripſit.

Επιτάξας τοῦτο τὸ ἔργον.] Decentio Tribuno, & Notario ad deportandos è Galliis exercitus comes adſcriptus eſt à Conſtantio Sintula Cæſaris ſtabuli tunc tribunus, ait Amm. lib. XX. De Gintonio legere non memini. De hac autem hiſtoria plura vide apud Ammianum, & Zoſimum. nec non Libanium Orat. in Conſul. Iuliani.

Pag. 519. Νεβρίδιος, Πεντάδιος.] Mendum ſubeſt huic loco. Neque enim iſti vel tunc aberant; vel Iuliano fauebant. Imò verò à Conſtantio ſtabant. Nebridius ex Quæſtore Iuliani Præfectus Prætorio Galliarum factus erat à Conſtantio in Florentij locum. Decentius verò Tribunus & notarius ab eodem miſſus ad milites abſtrahendos. De Pentadio paulo antè dixi.

Pag. 521. Τῆς γαμετῆς ζώσης.] Paulo pòſt eodem anno obiit Helena. Ammianus lib. XXI.

Pag. 523. Οὔπω καὶ τήμερον ταῖς πρὸς αὐτὸν ἐπιστολαῖς.] De his epiſtolis vide Ammia. lib. XX.

P. 542. Καὶ γὰρ αἷς γέγραφεν.] Literas intelligit, de quibus Ammianus lib. XX.

Pag. 525. Ἀλλ' Ἐπίκτητόν τινα.] Fuit eo nomine inſignis quidam Arianæ ſectæ fautor Epiſcopus, qui vt Conſtantio gratificaretur, magna in Catholicos ſæuitia graſſatus eſt. de quo Athanaſius ad Solit. Sed is Centumcellenſis Epiſcopus in Thuſcia fuit, non in Gallia forte Κεντυμκελλῶν, pro τῶν Γαλλιῶν ſcripſit Iulianus. At Ammianus, qui hæc ad Iulianum mandata perferret Leonem Quæſtorem in Gallias miſſum refert.

AD FRAGMENTVM EPISTOLÆ Iuliani, Pag. 228.

HÆc illa lacinia eſt, quæ epiſtolæ ad Themiſtium intexta erat, vt ad illam monuimus. quam ideo ſeparatum edidimus. Eſt autem epiſtolæ pars, quam ad Pontificem

aliquem ſcripſit, vt in ea, qualem ſe domi, foríſque præſtare eius ordinis homines deberent, exemplar ſtatueret. Ac multa ſunt in hoc Fragmento, quæ ad Chriſtianorum imitationem à ſuis obſeruari voluit. Quanquam aduerſus ſanctos Prophetas, & Chriſtianos ipſos quædam impiè, ſtolidéque iaciat.

P. 540. Καὶ τὸν μέγαν Ἐμπεδότιμον.] Huius meminit in Cæſaribus. Vide Suidam.

P. 544. Τοῦ θεοῦ τοῦ Διδυμαίου.] Apollinis Didymæi. de quo Strabo, Plinius. Lucianus de Aſtrologia.

P. 550. Καθάπερ γὰρ οὐδὲ ὁδός.] De hoc ritu inſignis eſt Athenæi locus in fine ſexti; vbi de antiquæ frugalitatis, ac parſimoniæ veſtigiis, quæ in ſacris adhuc retinebantur. Οὐδέ τε γὰρ πορευόμεθα τεταγμένας, καὶ ὡρισμένας, καὶ τεταγμένα φέρομεν, καὶ λέγομεν ἐν ταῖς εὐχαῖς, καὶ δρῶμεν ἐν ταῖς ἱερουργίαις ἀφελῆ τε ταῦτα, καὶ λιτά· καὶ οὐδὲν πλέον τὴν κατὰ φύσιν οὔτε ἠμφιεσμένοι, καὶ περὶ τὰ σώματα ἔχοντες· οὔτε ἀπαρχόμενοι· ἐσθῆτάς τε ἔχομεν, καὶ ὑποδέσεις εὐτελεῖς· πίλους τε ταῖς κεφαλαῖς περικείμεθα προβατείων δερμάτων δασεῖς· κεράμεα δὲ, καὶ χαλκᾶ τὰ διακονήματα φέρομεν.

AD IVLIANI CÆSARES.

QVIDAM hunc librum eum eſſe ſuſpicati ſunt, qui & Κρονία dictus ſit. quos refellit Suidas; qui non ſolùm diſtinguit; ſed etiam è Croniis de Empedotimo locum affert, qui in Cæſaribus minimè reperitur. Codex Henrici Stephani, qui in Londinenſi bibliotheca ſeruatur, in Catalogo librorum eius, recenſet Συμπόσιον, ἢ Κρόνια. neque porrò Cæſarum meminit.

P. 3. verſ. 7. Τὸ μὴ καταγέλαστα φράσαι.] Huius loci ſententia, cùm non adeò retruſa ſit; minimè ab Interpretibus expreſſa eſt. Eſt autem eiuſmodi : *Cùm Saturnalia ſint, & hoc ipſo tempore ridendi, ac dicta iaciendi licentia tribuatur : tamen quòd faceti nihil, ac iocoſi nouerim res eſſe curâ digna videtur, nihil vt ridiculum, ac frigidum in iocando mihi excidat.* γελοῖον

hîc pro iocoſo ſumitur. at καταγέλαστον pro frigido, & inepto. quod Græci ψυχρὸν vocant: in quod incurrunt propriè, qui ἀφυῶς & ineptè iocantur. Cicero in Oratore ad Brutum de iocis ſcribens: *Vitabit etiam quæſita, nec ex tempore ficta, ſed domo allata, quæ plerumque ſunt frigida.*

P. 4. v. 4. Ἀλλ' ἐμοὶ δὲ οὐ ταύτῃ.] Quod alioqui vſuuenit, vt ludi, ac ioci à cura ac ſolicitudine ſint alieni; id in me ſecus accidit. Cùm enim naturâ non ſim factus ad iocandum, adhibenda mihi cura eſt, id vt non ineptè faciam.

Ἀλλ' εἴτε πλάσμα.] Leg. ἀλλ' εἴτε πλάσμα λέγῃς Ἑρμογ· περ. γ. ε. σ. φράσω· εἴτε ἀληθὲς, &c. Perſpicua ſententia. Aut enim πλάσμα eſt, aut vera, aut ex vtroque ficta narratio.

Pag. 11. Ἀλλ' ἔγωγε αὐτὸν, εἶπεν.] Vide Themiſt. Orat. V, pag. 137.

Παίζειν κέλευε.] Non quia *amor, & delitiæ generis humani* dictus ſit. Id enim alienius eſt. ſed quod in luxum ac libidinem pronior aliquando ſit viſus; atque imprimis Berenicen adamarit. Vide Sueton. cap. VII.

Κλοιῷ δήσον.] Malè Interpres: qui & ſeipſum in Notis ſuis caſtigauit.

Pag. 12. Τρὶς πέντε νείμαντες.] Ergo XV annos imperauit Domitianus, non XIV. Quod in lib. XI cap. XIX de Doct. Temp. adſtruximus.

Pag. 13. Οὐ τὰ εἰς Ἀφροδίτην.] Obliquè capella noſter Antoninum Pium libidinis arguit. quod in eum non cadit: quem conſtat frugi & laudatum Imperatorem fuiſſe. Auaritiæ quidem, ac ſordium, etſi non meritò, ex eo tamen inſimulare videtur, quòd priuatam in imperio ſeueritatem victus, ac parſimoniam expreſſerit. Capitolinus.

Βήρου, καὶ Λουκίου.] Prior eſt Marcus; poſterior Lucius Verus, qui cum Marco imperauit, eiúſque gener fuit.

Σπουδαῖον κηδεστὴν.] Pompeianum Marci generum.

Pag. 16. Ἥλιός τε ὁ ἐμὸς δεσπότης.] Vicem Aureliano rependit. Hic enim Templum Solis magnificum Romæ condidit, & opulentis donariis ornauit. Aurelius Victor. Zoſimus, & alij.

P. 17.

P. 17. Ει οὐδὲ ὅλοις ἑαυτοῖς.] Vide lib. XI de Doctr. Temp. cap. XXVII.

P. 19. δεινὸς δὲ ὄντα τὸν Μαξιμιανὸν.] De Herculio, an Armentario loquitur? De priore crediderim. quem ardentem libidine fuiſſe ſcribit Aurelius Victor. reliqua vitia, quæ Iulianus hîc memorat, non defuiſſe, ſatis hiſtoria teſtatur.

Τὼ μὲν οὖν δύω.] Maxentium, & Maximinum interpretor.

Pag. 20. Τί γὰρ οὐχὶ κοινῇ.] Ο νοῦς: Cur enim Alexandrum excludemus? Nónne promiſcuè, ac ſine generis diſcrimine periculum virorum fortium inſtituturi præſtantiorem quærimus? Ea notio eſt verbi δοκίμεθα, vel alterius πθέμεθα, quod in hac ſyntaxi non abſurdum, neque peregrinum.

P. 25. Αρχει μὲν ἀγώνων.] Hos verſus rectè in Scholiis ordinauit Cantoclarus. Vide Lucianum in fine Demonactis.

Pag. 28. Γερμανικὸν αὖ τοῦτο.] Ibi claudenda ſententia. De Gallicis victoriis egerat; & de Rheno bis traiecto mentionem iniecerat: quod eſt, inquit, Germanicum illud meum facinus. Tum antitheſis pars altera. Alexandro iſti nemo in Getica expeditione ſe oppoſuit; adeóque impune graſſatus eſt. Mihi verò Ariouiſtus reſtitit.

Πλέον ἢ τριακοσίας.] Vide Plutarchum.

P. 29. Οτι οὐ περὶ τῆς στρατηγίας. Cor. ἔτι: ac mox, καὶ οὐκ αὐτόθεν: vt cum δεινώσει, & ſtomacho proferantur iſta. Etiámne de principatu mecum certare perges; neque in præſentia cedes? &c.

P. 32. Μικρὰ κονιάσας τὸν τοῖχον.] Prætermiſit Interpres. Verte, *cùm paululum tectorij parieti induxerit.*

Οὐδὲ μάχας ἔδει.] Verte, *neque cùm bellum ducere oporteret, prælium diſtulit.*

Pag. 36. Αλλως τε καὶ μηνοσχεσῶν.] Sueton. cap. XVI. *Alÿ dictum factúmque eius criminantur, quaſi claſſibus tempeſtate perditis exclamauerit; etiam inuito Neptuno victoriam ſe adepturum. Ac die Circenſium proximo ſolenni pompa ſimulacrum dei detraxit.*

Pag. 39. Υπὸ δὲ τῆς οἴκοι.] Expunge particulam δὲ.

Pag. 40. Η τὰς ἀποδημίας.] Omninò ita leg. nec audiendus

Digitized by Google

Interpres', qui οἱ reſcribit. Senſus eſt, promptius, & libentius Getas mortem, quàm peregrinationem ſuſcipere.

P. 45. Ὀργῆς, ἢ λύπης.] Leg. ὑπ' ὀργῆς.

Πῶς οἴγε ἐφέρεσθαι.] Cor. ἐφέρεσθε. qui exportamini penè mortui.

P. 53. ὅστις φθορεύς.] Baptiſmum, ac Pœnitentiam; duo peccatorum piacula notat impius apoſtata. De quibus vulgarem paganorum querelam vide apud Auguſtinum libro quinquaginta Homiliarum, homilia XXVII ſub finem.

AD IVLIANI MISOPOGONEM.

IRRISVS ab Antiochenſibus Iulianus, ac præcipuè iactis in eius barbam dicteriis, hoc ſe Satirico libello vltus eſt, quo figurata ſui reprehenſione in Antiochenorum mores, ac luxum mordacem ſtilum exacuit. Meminerunt huius operis, & argumenti Marcellinus lib. XXII. Zoſimus lib. III, Gregorius Nazianz. Orat. II in Iulia. Socrates lib. III, cap. XVII.

Ἡ πάλαι ποτὲ ἐδόκει.] Antea legebatur, ἢ πάλαι ποτὲ αἰσχύνετο τοῖς πλουτοῦσιν ἀδίκως. Nos ex veteribus membranis emendauimus. Nam priora illa vix interpretari poſſis.

Ὥσπερ ὁ Ισμηνίας.] Cicero in Bruto id Antigenidam diſcipulo ſuo frigenti ad populum dixiſſe refert.

P. 58. Ὥσπερ ἤδη τις ἔφη.] Theocritus Eid. XII.

Καὶ μὴ τὰς ἀτρίπτους ἡμῶν.] Odyſſ. φ.

Οὐδέ μιν ἐκτάνυσε· πρὶν γὰρ κάμε χεῖρας ἀνέλκων
Ἀτρίπτους, ἁπαλάς.

Themiſtius Orat. XI, pag. 253.

P. 59. ἀπὸ τοῦ χελλάμου.] Ita ex Anglic. codice. Legebatur hactenus πλοκάμου. Quæ vox ſi cui præferenda videtur, πλοκάμου pro pilis ſumetur, qui manibus & brachiis innaſcuntur. quæ ſententia vti loco huic apprimè conuenit. (Nam de hirſutie membrorum ſuorum loquitur.) Ita πλοκάμιον hac ſignificatione inſolens eſt acceptio.

Ἔξω τῆς νουμηνίας τοῦ ἔτους.] Calendæ Ianuariæ & apud

ethnicos veteres omni laſciuiæ, & hilaritatis publicæ genere celebratæ ſunt, & à Chriſtianis perdiu non abſimili voluptate tranſactæ. Herodianus lib. I. S. Maximus Orat. de Calendis Ian. Auguſt. Epiſt. LXIV, Prudentius.

—— Iano etiam celebri de menſe litatur
Auſpiciis, epulíſque ſacris. quas inueterato
Heu! miſeri ſub honore agitant, & gaudia ducunt
Feſta Calendarum.

Tertull. de Idolol. cap. XIV. *Nobis, quibus Sabbata extranea ſunt, & Neomenia, & feria aliquando à Deo dilecta, Saturnalia, & Ianuaria, & Brumæ, & Matronales frequentantur; munera commeant; ſtrenæ conſonant; luſus, conuiuia conſtrepunt.* His addendus eſt & Canon LXII Trullanæ Synodi. τὰς οὕτω λεγομένας Καλάνδας, καὶ τὰ λεγόμενα Βοτὰ, καὶ τὰ καλούμενα Βρουμάλια,. καὶ τὴν ἐν τῇ πρώτῃ τοῦ Μαρτίου μηνὸς ἡμέρᾳ ἐπιτελουμένην πανήγυριν καθάπαξ ἐκ τῆς πιστῶν πολιτείας περιαιρεθῆναι βουλόμεθα. *Calendas, quæ ſic appellantur, & quæ vocantur Brumalia; tùm celebritatem illam, quæ Calendis Martiis agitari ſolet, funditus ex fidelium vſu, & inſtituto abrogari volumus.* Brumalia ſunt Saturnalia. Vota porro certus hilaritatis publicæ dies. ac fortaſſe III Non. Ian. qui votorum nuncupationi dictus L. CCXXXIII de Verb. ſignific. vt olim ab eruditis viris obſeruatum eſt. In Calendario Conſtantini ad eum diem adſcribitur: *Votorum nuncupatio.* Alioqui Vota pro conuiuiis, maximè nuptialibus, ipſiſque adeo nuptiis vſurpantur. Ambroſ. Sermo. XXV. *Solent autem homines, ſicut mos eſt, in votis ſuis, hoc eſt nuptiis, præcipuè ſaltare, vel canere.* Idem in Epiſt. ad Epheſ. capite III. *In magna vota maxima dantur apophoreta.* Auguſt. lib. XI de Geneſ. ad lit. cap. XLI. *Niſi fortè ſponſa erat à patre tradenda, & expectanda erat votorum ſolemnitas, & conuiuij celebritas.*

Καθάπερ ὕπαρχος.] Mihi haud integer hic locus videtur: etſi vtcumque ſentẽtiam exprimo. ſed non penitus cohæret.

Αναμιμνήσκεσθε νῦν ἥβης ἐκείνης.] De Conſtantio ita loquitur, non de ſe, vt putauit interpres.

Pag. 60. Εξ δὲ τοὺς πάντας θεώμενος δρόμους.] De quatuor & viginti, qui erant ordinarij.

P.67. ver.pen. ἀναπίμπλανται τὰ ἱερά.] Leg. ἀναπίμπλατε.
P.71. Καὶ ὧν ἔξεστι μετέχειν.] Ludos intelligit, & ſpectacula, quibus Chriſtiani non minùs, quàm gentiles aderant, magna ſanctiſſimorum Præſulum querela. quam toties inter alios Chryſoſtomus replicat.
P.53. Ο δὲ αὐτίκα μὲν ἠρνήσατο.] Aliter Plutarchus in Demetrio. Nam ſuperſtite adhuc parente nouercam duxiſſe refert Antiochum Demetrij Poliorcetæ filium.
P.74. Ὅθεν δὴ καὶ τὸ γένος.] Significat ex Myſia ſe originem accepiſſe.
P.76. Μύκωνος ἀγροικία τις.] Leg. videtur Μυκόνιος ab inſula Mycono. De hoc prouerbio Euſtath. in Odyſſ. ρ. Suidas, Zenobius.
P.77. Οἱ δὲ τοὺς καπηλείους τῆς γῆς αἰτιῶνται.] Obſcurus hic Iuliani locus eſt. de quo ſic accipe. Scribit Ammianus lib. XXII, Iulianum *nulla probabili ratione, ſuſceptæ popularitatis amore, vilitati ſtuduiſſe venalium rerum, quæ nonnunquam ſecus, quàm conuenit, ordinata inopiam gignere ſolet, & famem.* neque ab Antiochenis magiſtratibus deterreri potuiſſe. Igitur, quod venalibus rebus vilius pretium edicto ſuo ſtatuiſſet, propterea inſtitores ſibi infenſos reddidit. (Nam κάπηλος generalius hîc vſurpatur, quam ratus eſt Interpres, qui cauponem vertit.) Cúmque inſtitores illi iniquitatem taxati pretij cauſſarentur, quod fruges, atque prouentus carius ab agrorum dominis emerent; & iſtos etiam officium facere eodem edicto compulit. quæ in hominum genera duo decreta ſeueritas, ac diſciplina, in primores ciuitatis, ac Magiſtratus redundauit, qui & inſtituram faciebant, & agros poſſidebant. Ita dupliciter multabantur. Suſpicor autē ver.7. expungendā vocem ταῖν ζημίαιν. vt ſit oratio perſpicua magis.
P.78. Ἀλλ' Ἀχαρνία.] Alludit ad Acharnenſes illos Ariſtophanis in eius nominis Comœdia.
P. 80. Ὁμώνυμος δὲ τοῦ τὸν Ξέρξην.] Mardonius appellatus eſt vterque.

Πρὸ μικροῦ μὲν εἴκοσι.] De Euſebio Conſtantij cubiculario præcipuè loquitur: qui illo imperante rerum potiebatur. Ammianus lib. XXI, refert obiiſſe Conſtantium III

Non. Octobr. Tauro, & Florentio Coſſ. qui eſt Chriſti CCCLXI. Idem ſequenti libro ſub exitum anni CCCLXII Iulianum Miſopogonem ſuum elucubraſſe prodit. egreſſum autem Antiochia contra Perſas III Non. Mart. anni CCCLXIII. Interuallum ab obitu Conſtanrij ad tempus, quo Miſopogonem ſcripſit, menſes non pleni XV. At Iulianus εἴκοσι numerat. Neſcio an mendum ſit.

Pag. 84. Δυνατὰ μὴ μόνον αὐτὸν ἔχειν.] Scribe, ἢ δυνάται μὴ μόνος αὐτὸς ἔχειν. Alioquin abſona videtur lectio.

Εἷς δὲ ἢ πολίτης ὑμέτερος.] Libanium ſignificat.

Pag. 85. Ἐπὶ ταῖς μεσιτείαις αὐτὸ ἐπαξάμην.] Hæc non ſatis explicata ſunt.

Τί τοῦτο, ὦ μωρὲ, πρὸς σὲ κοινωνεῖν] Scribe πρὸς σέ; κοινωνεῖν ἐξὸν, &c. ἀφεὶς τὸ κέρδος ἔχθραι ἐπανῃρῇ. Nam in prima editione legitur ἀφεῖσθαι κέρδος. Recepta autem lectio boni ſenſus inanis eſt.

Pag. 90. Ἀλλ' ὁ Ῥωμαῖος Κάτων.] Plutarchus in Pompeio.

Pag. 91. Δαμοφίλῳ τῷ Βιθυνῷ.] Hic ille videtur eſſe Damophilus, qui Marco Imperatore floruit. De quo vide Suidam.

Pag. 94. Ὡς ἐνεδίδοσαν ἐπὶ κοτυλισμοῦ.] Vtrum κοτυλισμὸς ad illud genus ludi pertineat, de quo Pollux, Athenæus, Euſtathius, non temere dixerim.

Pag. 95. Ὅτι παρ' ἐμοῦ τὰ τοῦ κόσμου πράγματα ἀνατέτραπται.] Alludit ad effigiem numis impreſſam. Nam taurus erat in ara reſupinus, quo ſymbolo mundum ab Iuliano ſubuerſum Antiochenſes ſignificari dicebant. Vide Socrat. libro III, cap. XVII.

Τὰς ἀστυγείτονας ἐσυκοφαντήσατε.] Syriæ, Palæſtinæque vrbes intelligit: quod edictum Iuliani de Templis Deorum aperiendis, ac ſacrificiis inſtaurandis, in Chriſtianorum Eccleſias, ac ſepulcra, ipſóſque adeo Chriſtianos, omni crudelitate graſſaræ ſunt; vt Heliopolitani, Gazenſes, Arethuſij, aliæque ciuitates, de quibus Socrates, Theodor. Sozom.

Pag. 96. Τὸν νεκρὸν τῆς Δάφνης.] S. Babylæ martyris reliquias, quas auferri inde iuſſit. vt iidem illi hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Scriptores, aliíque memorant.

Δεκάτῳ γάρ που μηνί.] Imò ἑνδεκάτῳ. Nam Lais vndecimus eſt menſis à primo, qui eſt Hyperberetæus.

Pag.98. Ταῖς ἑορταῖς τοῦ Μαϊουμᾶ.] De hoc feſto vide Suidam. Theophanes in A. III Leonis filij Copronymi. ὁ δὲ βασιλεὺς ποιήσας Μαϊουμᾶν ἐν Σοφιαναῖς ἐκάθισεν ἐπὶ σένσου, μετὰ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. Paulus Diaconus lib. XXIII, *Præterea Maiuma facta Imperator in Sophianis ſedit in ſolio cum filio ſuo.* Vide lib. XI Cod. Iuſt. Leg. vnica Tit. XLVI de Maiuma.

Pag. 99. Τῶν κρατούντων τὴν διάνοιαν.] Non ſatis explicatum mihi eſt, quinam ſint κρατοῦντες illi; niſi cuſtodes loci genios intelligat; quorum ſedulitatem, ac vim diuina potentia fruſtrata eſt, quæ vt Antiochenſes vlciſceretur, incendium illud immiſerit.

Pag.101. Ἐμαυτὸν ἐπιδείξας] Leg. ἐπέδειξα, vt & infrà.

Pag.102. Οὐδὲ ἐνειμάμεθα τὰς προστασίας.] Interpres, *Præfecturas depaſti ſumus.* Melius verteris, *patrocinia diſtribuimus.* Nempe certorum ordinum, corporúmue tutelam, ac defenſionem indicat; vel rerum ac negotiorum apud Imperatorem curationem, cuiuſmodi ſuffragationes principibus viris quæſtuoſæ ſunt.

Οὐδὲ παραδυναστεύειν ὑμῖν.] Scrib. ἡμῖν. Et eodem, quo proximè ſuperior, ſententia pertinet. Tantum, inquit, primoribus, ac Magiſtratibus gratiæ apud nos, & authoritatis tribuere noluimus, vt ea poteſtate freti pro Imperatore ſe gererent, ac vos opprimerent.

Pag. 104. Ἵνα με καὶ ὑμεῖς.] Deeſt aliquid. Forte pro ἵνα με· ἔγραψα δέ· καὶ ὑμεῖς, &c. vt ſignificet; ſe neque facto, neque ſcriptos læſiſſe ipſos.

Pag.106. Καὶ τῆς ἀναφροδισίας.] *Veneris odium* Interpres, haud rectè. τὸ ἀναφρόδιτον opponitur τῷ ἐπαφροδίτῳ. Hoc autem *ſcitum*, & *elegans* ſignificat. Illud ergo *inficetum*, & *abſonum*, *atque inelegans* eſt. & ἀναφροδισία *ruſticitas*, *inurbanitas*.

Ἔπειτα τοῦ βουλευτηρίου τὸν κατάλογον.] Zoſimus lib. III. ὁ δὲ βασιλεὺς βοηθήσας τὰ εἰκότα τῇ πόλει, καὶ πλῆθος πολὺ προσδοὺς βουλευτῶν ἐκ πατρὸς εἰς τοῦτο καταγομένων, καὶ ἔτι ὅσοις ἔτυχον τεκοῦσαι βουλευτῶν θυγατέρες· (ὅπερ ὀλίγαις δεδομένον ἔγνωμεν πόλεσιν, &c.) *Imperator vrbe, vt æquitas ferebat, ſubleuata, eique*

magno Senatorum conceſſo numero, qui à parentibus ex eo ordine genus ducerent: quos Senatorum filiæ peperiſſent. (quod paucis ciuitatibus tributum ſcimus.) Hoc verò non tam iis, qui adſcribebantur, quàm ciuitati ipſi gratum erat, & honorificum. Illis enim oneri potiùs fuit in Senatum referri: quod & plerique defugiebant propter collationum, ac præſtationum onera. de quibus ad Epiſtolam XI plenius dicetur. Ideo mox ait ſe ducentos illos in Senatum allegiſſe *nulli parcentem* φειϭάμϑυ@, inquit, οὐδενός, nullius hominis habita ratione, non rei, vt malè Interpres. Nam potentiores quique, ac locupletiores, id, vt dictum eſt, oneri ſibi ducebant. Quare cogendi fuerunt.

Pag.107. Ἀπὸ τῶν ἐπιτροπευσάντων τοὺς θησαυρούς.]. Præfectos theſaurorum, & Comites intelligit. de quibus Notitia. qui ſub diſpoſitione Comitis ſacrarum largitionum erant. ſic οἱ ἐργαζόμενοι τὸ νόμισμα ſunt Procuratores monetales. De vtriſque præter Notitiam, vide quæ accuratè, & eruditè nuper explicauit Iacobus Gutherus noſter lib. III de Officiis domus Auguſtæ.

Καὶ λειτουργίᾳ τῶν ἀνθρώπων. Mendoſa erat antea lectio. cui tamen deeſſe nonnihil arbitror. For. ὑπέβαλετε λειτουργίᾳ τὸν ἄνθρωπον. ἄλλον ἐπ' ἀγορᾶς, &c. Duo licentiæ popularis exempla memorat: Alterum, quod cùm ex duplici illo ordine delectum eorum facere, quos in Senatum adſcriberent, permiſiſſet, illi quempiam, ſimulatque nominatus eſt, renitentem vtique, & cauſſas ſuas allegantem, pendente adhuc lite, functioni ſubiecerunt: cùm expectari ſententia debuerit. Alterum, quod cùm è locupletibus duntaxat optandi Senatores copiam feciſſet, iidem pauperem hominem vi in eam conditionem intruſerint. ſed manca, vt apparet, ſequentia ſunt: ſententiam quidem ipſam propemodum expreſſimus: à qua plurimum abhorret Interpres. Finge ita ſcripſiſſe Iulianum. ἄλλον ἐπ' ἀγορᾶς εἱλκύσατε πένητα. οὕτως ἐκ τῶν ἁπανταχοῦ μὲν, &c. Mox: πρὸς χρυσίον, συρφετὸν ἀποροῦντα μετρίας οὐσίας, εἰ λειδὲ κοινωνόν. Vbi συρφετὸν itidem vocat, vt Latini fæcem. Antiochenſes ait iſtiuſmodi homines egeſtate preſſos, quos ciuitates aliæ contemnunt, ac deſtituunt, auro contra permutare, & in pretio habere.

Pag.108. *Πάντα γέμει· πάντα πολλοῦ.*] Omnia plena ſunt, id eſt abundant. & nihilo ſecius caro væneunt.

Pag.109. *Εἰ δὲ τοσαῦτα μέτρα.*] Difficilis eſt totius huius loci ſententia. quam nos ita concepimus. Erat Antiochiæ, vti cæterarum rerum, puta vini, olei, penes diuites ſatis magna copia; ita frumenti ingens inopia. Hanc vt leuaret Imperator, è Chalcide, & Hierapoli, atque opidis aliis frumentum curauit. quo conſumpto, quicquid priuatim ſibi ex Ægypto erat aduectum, Antiochenis vili pretio addixit. Nam XV modios aureo numo vendidit. Qua re animaduerſa, diuites, nouum omne frumentum, quod in agris erat, peregrinis vendiderunt; vti carius, quàm in vrbe diſtraherent. Ita famis periculum patriæ ſuæ obiecerunt. Etenim ſi æſtate XV modij aureo conſtabant; planè hieme, & quidem aſperrima, quæ ſubinde æſtatem illam excepit, pauciores quindecim, nimirum quinque, eodem pretio vænire oportuit. Ita Iulianus.

Καὶ οὐχὶ πόλις μόνον.] Credo aliquid omiſſum. Nam abrupta videtur, ac pendens nonnihil ſententia. De qua ſic habeto: Iulianus frumenti ſolius, ac panificij vilem fecit annonam. id eſt ſolos frumenti XV modios ſolido vno vendidit. Antiocheni verò præter frumentum, vini quoque, olerum, & fructuum vbertatem, & copiam optabant. Confer hunc cum altero loco pag.76, vbi querelas de ſe Antiochenorum exponit, quòd panis ſolius copiam; non etiam vini, piſcium, & auium præſtitiſſet. Hîc autem probris affectum ſe dicit, quod vinum, & olera, fructúſque non ſiuiſſet *ἀποδίδοσθαι χρυσοῦ*, auro vendi. vbi *χρυσὸν*, id eſt aurum, non *χρυσοῦν*, id eſt aureum numum intelligi puto. Cùm enim à diuitibus immani hactenus pretio tam frumentum, quàm vinum, cæteráque minus, quàm frumentum, ad victum neceſſaria plebs emeret; Iulianus frumenti ſolius ſuppeditata copia, hac ex parte penuriam ſubleuauit. verùm cum edicto ſuo carnium, vini, rerúmque cæterarum pretia viliora ſtatuiſſet; diuites illi publicè iſta vendere deſierunt. quæ cùm ab Imperatore curata non eſſent, inde plebis ortæ querelæ.

Pag.111.

Pag.111. Γῆς κλήροις ἔφατε.] Aliud ingrati animi ſpecimen exprobrat Antiochenis. Nam cùm agri κλῆροι, id eſt ſortes ad tria millia vacarent; caducæque eſſent, mortuis hæredibus, eas poſtulanti ciuitati Iulianus attribuit. ſed cùm pauci locupletes illas inter ſe diuiſiſſent; mox ademptas idem ad ſumptus ludorum, ac ſpectaculorum, præſertim Circenſium, publico reſtituit. quod per Iulianum patruum ſuum adminiſtratum eſſe dicit.

AD EPISTOLAS IVLIANI NOTÆ.

Ad Epiſtolam I.

Pag.113. Ὅσα φέρειν οἶδεν ἐκεῖνος.] Nihil mutandum eſt; neque ἐνιαυτὸς pro ἐκεῖνος, vt quidam nuper recenſuit, ſcribendum. Neque abſurdum eſt Nilum dici ea ſuppeditare, quæcumque tandem ſuppeditat. vt quaſi contemptim id referat.

Pag.114. Μὴ αὖ ἄλλου τὰς χάριτας.] Subaudi; imò adſcribe, γνῶθι. Nam ſi ſubaudiatur, minus erit tolerabilis oratio. Ex leporibus, ac veneribus, quæ in eius oratione, ac verbis apparebant, certò ſe authorem agnouiſſe refert. Nihil aliud ſibi Iulianus voluit.

Εἰ τὴν σὴν πατρίδα ζηλωτήν.] Mirum quid in mentem venerit erudito viro, vt ita vertendum putaret: *Lætabar, quod cupidam tui patriam vel breui tempore agniturus eſſes.* Quaſi ζηλωτὴ *cupidam* ſignificare poſſet. tum ἀπέφηνας *agniturus eſſes.* Nihil alienius. Sententia planiſſima eſt: Ex Ægypto reditum in patriam gratulatur: tametſi breuem in eam moram eſſet acturus: quòd vel tantillo tempore beatam præſentia ſua facturus eſſet.

Τὸν ὑπὲρ κεφαλῆς ἀέρα.] Nihilo melius idem ille *inimicum capiti aërem* dici contendit, τ ὑπὲρ κεφαλῆς ἀέρα. Rectè enim

interpres cœlum, id eſt aërem, qui ſupra caput diffuſus eſt, intellexit.

Καὶ παίδων πατέρα.] Malè alteram lectionem reponit idem, πατρίδα, pro πατέρα, neque tolerabilius interpretatur.

Ad Epiſt. II.

Pag.116. Προαιρεσίῳ.] Baroccianus codex addit Σοφιστῇ.

Ἐφ' ἅπασι.] Idem Baroc. ἐπαφιᾶσι, rectiſſimè. vnde & caſtiganda verſio.

Καὶ ζηλοῦντα τὸν Περικλέα.] *Aemulantem Periclem*, non *eloquentia Pericli parem*; quod Interpres poſuit. De Prohæreſij eloquentia copioſè ſcripſit Eunapius. Huic tamen antepoſitum à Iuliano Libanium ſcribit Suidas, vt illum vreret. nimirum, quod Chriſtianus eſſet. vt in Chronico refert Hieronymus, & Eunapius in calce vitæ eius.

Τὰς αἰτίας.] Baroc. τῆς καθόδου τὰς αἰτίας, & mox πάντα ἀπαγγελῶ σοι. Idem καὶ ἀποδείξεις.

Ad Epiſt. III.

Pag.117. Πρὸς Ἑρμοῦ, καὶ Μούσης.] Baroc. Μουσῶν ταχέως. ἐπεὶ καί. Quod longè eſt aptius.

Καί μοι καὶ τὴν γλῶτταν.] Scribe ex eodem, καίτοι μοι.

Ad Epiſt. IV.

Ἀριστομένει.] Baroc. Ἀριστοξένῳ.

Παρὰ τῶν ἁπλῶν.] Imo ex Baroc. ἁπλῶς.

Πρὸς Διὸς ξενίου.] Baroc. φιλίου.

Pag.120. Καὶ τῇ αὐτοῦ χειρί.] Scribe αὐτῇ. *Et eâdem manu*: quod paſſim in epiſtolis legitur: vt pag. 120. cùm finita epiſtola aliquid additur.

Ad Epiſt. VIII.

Γεωργίῳ.] Baroc. addit καθολικῷ. quod nomen erat Procuratoris Cæſaris.

Digitized by Google

Καὶ εἶδον ἤδη.] Baroc. ἰδών.

Pag. 121. Ἀλλ' ἤδη καὶ μικρῷ.] Corr. ex Barocciano ἤδει. Ita legendum fuerit ἐγκλεῖσαι. Mox idem codex rectè habet αὐτῷ pro αὐτὸν, verſu ſequente.

Τῇ τέχνῃ ἐψύχωται.] Baroc. ἀλλὰ τὴν τέχνην ἐμψύχωται.

Τὸ θαῦμα τῆς τέχνης ἔχεται.] Bar. κέχυται.

Pag 122. Τοῦ δὲ κατὰ σὲ φιλικοῦ δὴ.] Addit Bar. χαριτοῦ.

Ad Epiſt. IX.

Πρὸς δὲ ὑπὸ τῶν.] Non rectè vertit Interpres. Scribe: *qui & iſtos facilè ſuffurari clanculum moliuntur*. Non contenti, inquit, auro, quod ex Georgij bonorum direptione compararunt; librariam etiam ſupellectilem compilare ſtudent. De hoc Georgio vide omnino Epiphanium Hæreſi LXXVI.

Ad Epiſt. X.

Hanc epiſtolam deſcribit Socrates lib. III, cap. III.

Pag. 124. Ο βασιλεὺς τῆς Αἰγύπτου.] Scrib. ὁ στρατηγός. vel ἔπαρχος. Sed priorem vocem ſcripti codices apud Socratem exhibent. Iidem & συλλήσας pro ἀποστείλας habent.

Εαυτὸν παρεφύλαττεν.] Veteres codices apud Socratem ὃς αὐτόν. Quod ad στρατηγὸν refertur. Sed πόρρωθεν non eſt, quod putauit Interpres, *abſens*. ſed aliud quiddam, quod vna voce declarari Latinè non poteſt; nimirum cum ipſa adminiſtrandi ratione, & omni occaſione præ ſe ferunt Præfecti cuiuſmodi eſſe velint.

Pag. 126. Τὰ κοινὰ χρεῶν εὐνομεῖσθαι.] Vet. εὐλαβεῖσθαι.

Ad Epiſt. XI.

Pag. 127. Τοὺς βουλευτὰς πάντας.] Senatorum prædia, quas glebas Iuriſconſulti vocant, deſcriptionibus, & collationibus erant obnoxia. Cuius inſtituti author Conſtantinus M. vt

refert Zoſimus lib. II, qui & tributi genus illud follem vocatum eſſe ſcribit. Propterea Senatores poſſeſſiones ſuas profiteri iubebantur. ac ſi quis aliquid occultaſſet, idipſum fiſco vindicabatur. Leg. II. Cod. Si quis Senatorium. Ac qui nullas poſſeſſiones habebant, ij folles duos præſtabant; ſi ad Conſularem dignitatem, aut ſublimiorem poteſtatem proueƈti eſſent, Leg. ead. Poſtea ad VII ſolidos pauperiorum redaƈta præſtatio eſt. De qua re vide quæ in Epiphanianis Animad. obſeruauimus pag. 432, & 433. Porrò tributum illud, quod prædiis imponebatur, *aurum glebale* dicebatur, vt & poſſeſſio ipſa, *gleba Senatoria*. quam penſitationis onus ſequebatur. Lib. VI. Cod. Theodoſ. Tit. II, Leg. X. *Glebam poſſeſſionum, non perſonarum eſſe perſpicimus; ac propterea neceſſe eſt, vt illis immineat exaƈtio, qui ex eâdem re reditus conſequuntur.* Quare tametſi poſſeſſiones alienarentur, ad quoſcumque tranſlatæ eſſent, nihilominus fiſco erant obnoxiæ. Syneſius Epiſt. XXXVIII Herodem cognatum ſuum Aureliano commendans, ὅς τις, inquit, ἐκ προγόνων λαμπρότατος ὤν, καὶ τὴν πατρῴαν βῶλον ὑποτελῆ τῇ συγκλήτῳ διαδεξάμενος, ἐπειδὴ γέγονεν, ἡγεμὼν ἀξιοῦται συντελεῖν, ὥσπερ οἱ νεόβουλοι, καὶ γενέσθαι διπλοῦς λειτουργός, τὸ μέν τι διὰ τὴν οὐσίαν τὸ δὲ, δι᾽ ἣν ἦρξεν ἀρχήν. *Qui clariſſimus ortus maioribus, poſtquam in paternam glebam Senatui obnoxiam ſucceſſit; ac deinde Dux faƈtus eſt, in eundem, in quem noui Senatores, collationis modum includitur, vt duplici præſtatione fungatur; altera poſſeſſionis nomine, altera propter eum, quem geſſit, Magiſtratum.* Πατρῴαν βῶλον nominat, glebam paternam, quam Senatui obnoxiam fuiſſe dicit; quòd Senatoria collatione teneretur. Ex quo hîc apud Iulianum noſtrum legendum coniecimus πατροβώλους, pro πατροκόλους. Hæc enim vox nihili eſt. quæ tamen haƈtenus viros eruditos admodum torſit, & in abſurdas diuinationes, opinionéſque diſtraxit. At πατρόβωλοι, ſunt qui πατρῴαν βῶλον ὑποτελῆ naƈti ſunt, vt loquitur Syneſius. Eam nobis conieƈturam affirmauit Anglicani codicis leƈtio, quæ πατροβόλους habebat. ſed πατροβώλους omninò legendum eſt. Iulianus ergo Senatores omnes, nec non eos, qui obnoxiam glebam poſſi-

Digitized by Google

debant, ac Senatorium ordinem ideo defugerant, à ſe retractos ait, & ad legitimæ penſitationis onera compulſos; iis exceptis, qui in vrbe primaria militauerant. Nam & functos publico aliquo magiſtratu ab iſta neceſſitate liberatos indicat Lex II Tit. II lib. VI Cod. Theod. nempe, *quos Palatinæ honore militiæ, & ſtipendiis approbatos debita potiùs, quàm poſtulata Senatorij ordinis ſocietas aduocauerit.* Sed hæc Iuliani tempore poſteriora ſunt. ad quod potiùs ſpectat L. II Cod Theod. de Honorariis Codicillis qua Conſtantius mulctari iuſſit eos, qui *fugientes obſequia curiarum, vmbras, & nomina affectauerint dignitatum.* Vnde conſtat ab Senatoriis oneribus immunes fuiſſe, qui reuera ſplendidam illam militiam obierant. Quinetiam Iulianus idem Epiſt. XXV medicinæ profeſſores, qui emeriti in Senatorium ordinem adſcripti fuerant, à Senatoriis functionibus liberat.

Epiſt. XII.

Pag. 128. Ὥσπερ Ἀςυδάμας.] Vide Suidam, & Parœmiographum.

Epiſt. XIV.

Pag. 130. Λιβανίῳ.] Baroc. adidit Κουαίςωρι.
Προσαπέδωκα τῆς ἀναγνώσεως.] Baroc. τῇ ἀναγνώσει.

Epiſt. XV.

Τοῖς πολεμικοῖς ὁμιλῇ συνθήμασιν.] Martinius *bellica ſigna.* Editores epiſtolarum Græcarum *bellicas res.* Nos *præcepta rei militaris* maluimus. Heſychius συνθήματα, μαθήματα, ποιήματα.

Epiſt. XVI.

Pag. 131. Τὴν σὴν ἀκοήν.] Baroc. τὴν σὴν ἀκτῖνα.

Digitized by Google

Epiſt. XVII.

Scripſit, opinor, hanc epiſtolam Iulianus illo tempore, quo Imperio ſumpto, contra Conſtantium è Gallia profectus eſt. Nam ſuſpenſus adhuc de rei totius exitu de Euſebio Eunucho queritur: ac ſe vti commiſſam ſibi prouinciam ab illius iniuriis, ac vexatione liberaret, in apertam defectionem erupiſſe memorat. Ad hæc Euſebium eundem ſignificat commentarios quoſdam contra ſe Conſtantio dediſſe.

Epiſt. XVIII.

Eugenium hunc, ad quem ſcribit Iulianus, Themiſtij patrem fuiſſe coniectura non leuis eſt. Fuit enim & iſte Philoſophus, & quidem inſignis; ſi filio de patre prædicanti fides adhibetur. Vide enim Orat. Themiſtij II.

Epiſt. XIX.

Pag. 137. Εἰχάσθεν εἰς σὲ τρέπειν.] For. εἰχάσθεν αὖ τις τρέπειν.

Epiſt. XX.

Καὶ παρίππῳ.] Meminit Parhippi Iulianus ipſe ad Mamertinum reſcribens lib. VIII. Cod. Theodoſ. Tit. V, lege XIV, his verbis: *Et quanquam quid ſit parhippus & intelligere, & diſcernere ſit procliue, tamen ne forte interpretatio deprauata aliter hoc ſignificet, ſublimitas tua noſcat, parhippum eum videri, & habendum eſſe; ſi quis vſurpato vno, vel duobus veredis, quos ſolos euectio continebit, alterum, tertiúmve extra ordinem commoueat.* quæ verba extant lib. XII Cod. Iuſtin. Tit. LI, lege IV. Quem ad locum Bartolus, & Alciatus πάριππον eum dici purant, qui præter numerum veredorum, qui diplomate, ſiue euectione permittitur, vnum inſuper vſurpat. quod & reſcripti verba ipſa declarare videntur. Verùm non poteſt iſta vocabuli ſignificatio ad hunc Iuliani locum transferri. Quippe nominatim in tractoria copiam facit Euſtochio vehiculi vnius, & parhippi. quemadmodum & epiſt. XXXI ad Aëtium. Præterea Theodoricus

rex apud Caſſiodorum lib. V, Epiſt. V ad Manniam Saionem, perſpicuè aliud eſſe parhippum docet, quàm quod magni iſti Iuriſconſulti volunt. Nam ita ſcribit: *Et de illis quoque pari ſeueritate cenſemus, qui ſupra euectionum numerum curſuales equos vſurpare præſumunt. Parhippus quinetiam non vltrà quàm centum libras iubemus imponi*. quòd & Epiſt. XLVII libri IV præceperat. Quibus verbis liquet parhippum neque eum appellari hominem, qui ſupra numerum euectione finitum curſualem vnum vſurpat; neque crimini perpetuò dari. Quocirca πάριππον interpretor equum ſingularem, qui præter duos illos, quibus vehiculum trahitur, tertius adhibetur. cui, vt expeditior ſit, ſupra centenas libras Theodoricus imponi vetat. Neque verò aliter in Iuliani reſcripto illo vtriuſque Codicis vocem eandem acceperim. Quippe cùm ita ſcribit; *Parhippum eum videri, & habendum eſſe, ſi quis vſurpato vno*, &c. ſic intelligendum eſt, quaſi diceret, parhippum eſſe veredum, qui extra ordinem commouetur. Nam ex facto ipſo; quæ ſit nominis proprietas explicare voluit. Vt ſi quis quid fœnus eſſet exponens ita loqueretur: Fœnus eſt ſi quis mutuò data pecunia ſupra ſortem aliquid accipit: minimè ex eo conſequens ſit, hominem ipſum, qui vſuram capit, fœnus appellari. Eodem modo parhippi vſum interpretor in illa Iuliani lege: ſed ita tamen, vt cùm parhippus aliàs licitus fuerit, cum diplomate poteſtas eius fieret: aliàs illicitus; de hoc poſteriore mentionem lex iſta faciat; priorem Iuliani epiſtola contineat.

P. 139. Τὴν Εὐοδίαν εὐμαθῆ.] Vide quæ ad Themiſtij Orat. XIII obſeruauimus pag. 669.

Ad Epiſt. XXII.

P. 140. Γίνονται δὲ ἀπὸ τῶν ὁπλοφορησάντων.] Symmachus Epiſt. LXVII libri III, *Huiuſmodi quippe veteranis prærogatiua debetur, vt illis protectorum dignitas, tanquam precium longi laboris accedat*. Vide Procopium in Ἀνεκδότοις, pag. 106.

Ad Epiſt. XXIII.

P. 141. Ὅτι δ' ἀπέφυγον.] Vetus, ὅτι διαπέφευγας.

Digitized by Google

Ad Epiſtolam XXIV.

Pag. 142. Τὰ *μακροκέντοις ἑκατόν.*] Varia poteſt eſſe vocabuli huius acceptio. Interpres *oblongas* vertit. quod haud ſcio an rectum ſit. Suſpicabamur ab eo, quod eſt κέντρον, μακροκέντρους appellari, quæ longiore ſunt pediculo. κέντρον enim paulo poſt pediculum vocat. Plinius verò lib. XV, capite XVIII inter ficuum genera porphyritidas nominat, longiſſimo pediculo.

Pag. 143. Καὶ μέλι μὲν Ἱπποκράτης φησίν.] Etſi non verbis, reipſa tamen, & ſententiâ idipſum libro de Internis affectionibus ſcripſit Hippocrates; ſed de cocto. Τὸ γὰρ μέλι τὸ ἑφθὸν, καυματῶδές ἐστι, καὶ προσπλάσσεται τῇ κοιλίῃ. ἔπειτα ὁκόταν καταπεφθῇ ἐν τῇ κοιλίῃ, ἀναζέεται, καὶ ἐξαπίνης ἡ γαστὴρ αἰείρεται, καὶ πίμπραται, καὶ δοκέει διαῤῥήγνυσθαι. *Mel coctum æſtuoſum eſt, & ventri adhæret. poſtea quum concoctum fuerit in ventre, efferueſcit; & venter derepente attollitur, & ardet, ac dirumpi videtur.* Hæc attuli, vt intelligeretur quid ſit apud Iulianum πικρὸν τὴν ἀνάδοσιν. Non enim audiendus Interpres, qui vertit *odore amarum.* Ἀνάδοσις *cibi confectio* eſt, ac *digeſtio*, ſiue per omnes corporis partes alimenti diſtributio. Galenus libro III de facultate alimentorum, capite de melle, ſcribit mel ſuapte natura eſſe λεπτομερὲς, *tenue*, ac ventrem inſita quadam acrimonia proritare, antè, vt egeratur, quàm percoqui, digerique poſſit. τοῦτο οὖν ἀφαιροῦντες αὐτοῦ, πρὸς ἀνάδοσίν τε, καὶ πέψιν ἐπιτηδειότερον ἐργαζόμεθα. *Hoc igitur detrahentes ipſi ad digeſtionem, & concoctionem aptius reddimus.* Id verò aquæ miſtione, & vtriuſque coctione perfici. Tùm enim, vbi deſpumauerit, ἀναδίδοται οὐ βραδέως.

Σῦκον δὲ οὐχ αἰσθήσει μόνον ἡδύ.] Vide Galenum lib. II de alim. facult. & Athenæum lib. III.

P. 144. Θεόφραστος δὲ ὁ καλός.] De ficubus, & earum inſitione Theophr. lib. II Hiſt. Plant. cap. I, & VII, nec non lib. I de cauſſis, cap. VI.

Pag. 145. Κράτους μὲν ὡς εἰκός.] For. οἷς εἰκός.

Pag. 146. Τοιοῦτον αὐτῷ.] For. ποσοῦτον αὐτῷ.

Epiſt. XXV.

Digitized by Google

Epiſt. XXV.

Pag. 153. Τὸν ἀδελφὸν Ἰοῦλον.] Prohibet hoc reſcripto Iulianus præſtationes, & tributa, quæ per Apoſtolos Patriarchæ Iudæorum exigere ſolebant. De Iudæorum Patriarchis vide lib. XVI Cod. Theod. Tit. VIII, præſertim L. XIV, in qua idem, quod hoc loco Iulianus, vetant Arcadius, & Honorius Impp. Itaque eandem rurſus exigendi licentiam à Patriarchis vſurpatam eſſe liquet: vel nouo aliquo Principis reſcripto denuò conceſſam. quemadmodum ſuperior illa lex ab Arcadio, & Honorio Theodoro Conſule, id eſt anno Chriſti CCCXCIX, edita, anno ſexto poſtea, id eſt Chriſti CDIV, Honorio VI, & Ariſtæneto Coſſ. abrogata eſt noua ſanctione, quæ eſt XVII eiuſdem Tituli. Erat & aliunde quæſtuoſus Iudæorum Patriarchatus, ex Archiſynagogorum mutatione, vt Epiphanius indicat Hęr. XXX, & Palladius Dial. de Vita S. Chryſoſtomi.

Ad Iuliani legem de Medicis.

Pag. 154. Τὴν ἰατρικήν.] Ipſiſſima ſanctio Iuliani extat in Cod. Theodoſ. lib. XIII, Tit. III de medicis & profeſſoribus, L. IV, edita Mamertino, & Neuita Coſſ. qui eſt annus Chriſti CCCLX.

Καὶ τὰ τῶν συμβαινόντων.] Baroc. ἵνα τὰ ἀῤῥωστήματα ἐπανορθῶνται διὰ ταύτης. ὅθεν κατά.

Ad Epiſt. XXVII.

P. 156. Μέχρι τῶν Λιτάρβων.] Meminit Euagrius lib. V, cap. XII, ac locum eſſe dicit Antiochia diſſitum ſtadiis CCC.
Pag. 158. Χωρίον ἐστὶν Ἑλληνικόν.] Legebatur τυρίον. Vnde Interpres abſurdam ſententiam exſculpſit.

Epiſt. XXVIII.

Pag. 161. Ταῖς τῶν ἑταίρων.] Baroc. ἑτέρων.
Pag. 163. Τὸν Βουπάλιον.] Bar. τὴν Βουπ.

Epiſt. XXXII.

P. 165. Γράφω.] Baroc. ἔγραφω. Mox: τὰ ὅμοια παθών. rectiſſimè.

Epiſt. XXXIII.

Εφ' ἡμῖν τοὔνομα.] Cor. ex Baroc. εὐφημεῖν.

Σαυτῷ δὲ ὅτι.] Bar. ὅτε.

Epiſt. XXXIV.

Pag. 166. Ἐγὼ δὲ οὐδ' ἂν ἄνθρωπον.] Baroc. οὐδ' ἐν ἀνθρώποις φαίην ἂν εἶναι ὅλως, ἕως ἄν.

Ἀλλ' ἐραστὴς μὲν εἶναι.] Baroc. addit σός.

Τοῦ Τηλεμάχου.] Abeſt à Baroc. vox πατήρ.

Αὐτῷ σοι φοιτώντων.] Baroc. αὐτῷ σοι τῶν ἀνδρῶν μετεῖναι. quomodo legendum. Nam vulgata ſenſum nullum habet.

Pag. 167. φύλακα καθαροῖς.] Scribe ex Bar. μυείοις παιδεύσεως.

Μείων εἶ, ἢ μὴ μᾶλλον.] Lego ex Baroc. εἰ καὶ μὴ μᾶλλον εἰς ἀρίστην ἄκραν τελεσθεὶς, ὧν ἔχεις.

Ἀκτῖνας σου.] Bar. ἀκτῖνας σοφίας.

P. 168. Δύναιτο ἐπί σοι.] Bar. pro δύναιτο habet ἄν.

Τὸ γὰρ πῦρ.] Leg. ex Bar. τῷ γὰρ ὄντι. & expunge vocem πῦρ.

Καὶ Ἑρμῆ ἄγιε.] Bar. λόγιε.

Pag. 169. Ὑφ' ὁμοίαις εὐχαῖς.] Baroc. ἐφ' ὁμοίαις.

Ad Epiſt. XXXV.

Argiuos à Corinthiis oppreſſos, & nouis exactionibus præter ius ſubiectos Proconſuli, vt opinor, Achaiæ commendat Iulianus, iniquum eſſe dicens, vrbem olim florentiſſimam, & ob impenſas ſacrorum certaminum, à tributis immunem, Corintho in Amphitheatrales venationes vectigal pendere. Erat Corinthus Romanorum colonia ab Auguſto facta: qui ex Iulij Cæſaris voluntate vrbem illam à ruinis excitauit. Quo nomine ius in pleraſque, quæ coloniæ non erant, vrbes ſibi vindicabat. Non eſſe Imperatoris hoc reſcriptum, ſed priuati adhuc Iuliani ſupplicationem, ex pag. 174 in Notis colligimus.

Pag. 169. Τοῦ τε γὰρ Τρωϊκοῦ.] Mirum cur Troiani belli præcipuas partes eodem modo Argiuis tribuat, quo poſtea Lacedæmoniis, & Athenienſibus. Neque enim aduerſus Troianos quicquam iſti ipſi poſtea moliti ſunt. Sed Troianæ ex-

peditionis nomine alias complectitur, quæ contra barbaros, ac Perſas à Græcis ſuſceptæ ſunt. quaſi Τρωϊκὸς idem ſit quod Βαρβαρικὸς.

Καὶ ὡς τῷ πρεσβυτάτῳ.] Temeno. Vide quæ de Heraclidis lib. IX de Doct. Temp. cap. XXX tradidimus. Capite verò XXXVI Macedonici regni originem ab Argiuis repetimus, authore Carano Phidonis Argiuorum regis fratre. Ob quæ Philippi, & Alexandri maiores Argis oriundos fact. Liuius lib. XXVII de Philippo rege Macedoniæ: *Profectus ipſe non cum paucis equitum, leuiſque armaturæ, Argos venit. Ibi curatione Heræorum, Nemeorúmque ſuffragiis populi ad eum delata; quia ſe Macedonum reges ex ea ciuitate oriundos referunt*, &c.

Pag. 170. Κορίνθιοι δὲ νῦν αὐτὴν.] Argos Corintho contributam eſſe dicit ex authoritate dominæ rerum ciuitatis. Nimirum quod Achæis à Mummio victis, euerſáque Corintho, Græcia omnis Achaiæ nomine cenſita Magiſtratum accepit à Pop. Rom. qui ſub Imperatoribus Proconſul appellatus eſt, & Corinthi degebat. quæ fuit Achaiæ, imo Peloponneſi, adeóque totius Græciæ metropolis. Vide Pauſaniam in Achaicis pag. 222, Plinium Ep. vlt. libri VIII. Ante annos porrò ſeptem, quàm hæc ſcriberet Iulianus, Corinthij tributum Argiuis imperare cœperant, in beſtias, ac venationes. Id Græcum verbum συντελεῖν ſignificat. Gloſſæ veteres *συντέλεια τὸ ἐπίταγμα Tributum. συντελεστὴς Tributarius*. Neque verò recentiori cuidam aſſentior, qui βασιλεύουσαν πόλιν de Conſtantinopoli interpretatur. cuius & reliqua parum probabilis opinio pòſt paulo diſcutietur.

Οὔτε τὴν Ηλείων συντέλειαν.] Lego ἀτέλειαν. quod & ſententia poſtulant. Nam Argiuos eodem iure eſſe immunes oportere dicit, ac Delphos, & Elidenſes: cùm nihilo minus, quàm iſti, ſacrorum ludorum procurationem habeant.

Pag. 171. Πρὸς δὲ τούτοις Ηλεῖοι.] Olympici agones, & Pythici ſemel quinto quoque anno celebrati ſunt. Nemeaci, & Iſthmiaci bis in quaque Pentaeteride, hoc eſt διὰ τριετηρίδος, vt ait Scholiaſtes Pindari. Nemea quippe anno primo labente Tetraëteridos, & tertio ſimíliter exeunte peracta ſunt. quorum alia erant æſtiua; alia hiberna, vti lib. I de

Digitized by Google

Doct. Temp. cap. XXXIII diximus. Anno illo, quo clades ad Thraſumenum lacum accepta eſt, qui fuit Vrbis conditæ DXXXVII, Olympiadis centeſimæ quadrageſimæ tertius deſinens, & iniens quartus; Nemea celebrata ſunt. quibus cùm intereſſet Philippus nuncium accepit de Romanorum clade, vt ſcribit Polybius. Ea porrò clades verno tempore contigit. Nemea verò æſtate, hoc eſt Panemo menſe, qui Iunio circiter reſpondet. Itaque tertium annum Olympiacæ Tetraëteridos clauſêre Nemea. Rurſus anno Vrbis conditæ DXLVI Criſpino, & Marcello Coſſ. quo cœpit annus primus Olymp. CXLIII, incidêre Nemea, quorum curatio Philippo regi delata eſt, vt refert Liuius lib. XXVII. Qui inſuper lib. XXXIV ſcribit, Coſſ. M. Portio Catone, Valerio Flacco, id eſt anno Vrbis DLIX, celeberrimum feſtorum dierum, ac nobile ludicrum Nemeorum die ſtata propter belli mala prætermiſſum, in aduentum Romani exercitus, ac ducis indictum fuiſſe, præfectúmque ludis ipſum imperatorem. Habuit hic annus finem primi anni, & initium ſecundi Olympiadis CXLVI. Quocirca veriſimile eſt ſtatum, ac legitimum tempus fuiſſe primum annum Olympiacæ Tetraëteridos, appetente iam hieme. Præter duplicia Nemea, Heræa quoq; iiſdem ab Argiuis obita ſunt. quæ vtrum alterum ſint ex duobus illis feſtis adiectitiis, non temere dixerim. Quatuor igitur in totum ſolennia ab Argiuis indicta ſunt: ob quæ meritò immunes eſſe debuerunt.

Επὶ δὲ τὰ κυνηγέσια.] Scr. ἐν τοῖς θεάτροις. Amphitheatrales venationes intelligit. quæ & θεάτρου κυνηγία, & θηρίων βία, vel αἱαίρεσις dicitur. Nouella CV. Locus ipſe θέατρον κυνηγετικὸν à Dione, aliiſque Græcis paſſim nominatur. Nec aliter ampitheatrum Dio, quàm θέατρον vocat. Quare haud ſcio an probanda ſit Antonij Auguſtini eruditiſſimi Iuriſconſulti ratio: qui in Onomaſtico ad Nouellas, ſcribit κυνήγιον θεάτρου Nouella CV, eſſe *theatri venationem*, & diſtingui à venatione ferarum, de qua lib. II Cod. Iuſt. & lib. XV Cod. Theod. de Venatione ferarum. *Illa enim*, inquit, *in amphitheatro fiebat, hæc in theatro. illa ferarum hæc circum fuit.* Hæc ille. Atqui & θέατρον, vti dixi, apud Græcos eſt amphitheatrum, & κυνηγία θεάτρου in Nouella CV,

Digitized by Google

θηρίων θέα, ἢ ἀναίρεσις ibidem dicitur. Quinetiam Iulianus hoc loco vrſarum, ac pantherarum venationem vocat, τὰ κυνηγέσια τὰ ἐν τοῖς θεάτροις. In Cod. verò vtroque, venatio ferarum, non illa eſt, qua de agimus, ludicra, & theatralis: ſed feria, quâ in ſiluis feræ captantur.

Pag. 172. Ὠνοῦνται τὴν τέρψιν τοῦ φρονήματος.] Vt ſe habet hæc lectio, ſenſus eſt; confidenriâ, & ſuperbiâ, qua immunes ciuitates opprimunt, oblectationem iſtam redimunt. Interpres dum aliud vidir, nihil vidit.

Οὐδ' ἂν βοῦς ἀπόλοιτο.] Sic apud Ælianum. libro IX Var. cap. XXVIII.

Ἢ μᾶλλον εἰς ἔναγχος.] Dilemmate Corinthiorum iniuſtitiam, ac πλεονεξίας reuincit. Nam aut antiquo iure nituntur, quod florenre ac libera Græcia, antequam Romanorum colonia eſſet ea ciuitas, extitit: aut recenti potiùs; ex quo colonia facta eſt. ſi prius allegant; nihilo verius eſt Argiuos Corinrhiis, quàm Corinrhios Argiuis contribui. ſin poſterius placet; non debent ea, quæ in conſtituenda noua ciuitate, & colonia à maioribus præſcripta ſunt, violare. Romani autem, cùm eam coloniam condiderunt, nunquam Argiuos Corinthiis vectigales eſſe voluerunt. tametſi, quòd Achaiæ Proconſul Corinthi reſideret, ad eam vrbem, tanquam prouinciæ metropolin, iuris impetrandi cauſſa, reliquæ ferè confluerent. ſed ea non priuarim ciuiratis ipſius in cæteras; ſed magiſtrarus Romani poteſtas, ac dignitas fuit. Aduerbium ἔναγχος laxiùs hîc vſurpatur, pro eo quod ante quadringentos circiter annos accidit. Neque enim nuperum aliquod beneficium, aut prærogariuam ſignificati puro; ſed ἀντίθεσις eſt veteris Græciæ, & ſua libertare multatæ. quod ſtatim indicat, cùm tempus hoc extendit eô vſque, cùm primùm coloniæ ius illi conceſſum eſt.

Pag. 173. Ἐπειδὴ τὴν Ῥωμαίων.] Mirificè nuper hunc locum quidam enarrauit. Ius enim Iralicum Corintho coloniæ ab vrbe Conſtantinopoli conceſſum ſub Conſtantio intelligit. quaſi ἀποικία ius ſit Italicæ coloniæ. ſic autem diſputat: Iura omnia, & πρεσβεῖα Romæ veteris in nouam à Conſtantino transfuſa ſunt. Inter hæc aurem ius Italicum fuir, quod ratione duplici percepit. Nam & ius Italicum priuatim ei tri-

butum eſt, quo ipſa frueretur: & eiuſdem iuris in alios populos deriuandi poteſtas illi facta eſt. Horum prius à Conſtantino conſecuta eſt, qui illam in omnibus Romæ veteri exæquauit. poſterius autem ſub Conſtantio Imperat. obtinuit, vti cæteras vrbes Italico iure donare poſſet. atque hoc iſto ipſo Iuliani loco demonſtrari putat. Verùm cùm idem ius ademptum poſtea fuiſſet, à Valente reſtitutum eſt L. vn. C. Th. de iure Italico Vrbis Conſtant. Hæc ille. quæ quidem neque vera ſunt; neque ad huius loci ſententiam vllo modo pertinent. Perſpicuum eſt enim loqui Iulianum de colonia Romana Corinthum deducta; quod Auguſto Imperatore factum eſt. Deinde cùm eos hortatur, vt, ſi iure illo niti velint, quod ex eo tempore adepti ſunt, quo coloniam Romanam admiſerunt, ne parentibus ſuis maiores ſpiritus gerant; neque nouo decreto, quo illis Argiuorum ciuitas adiudicata eſt, plus deferant, quàm maiorum ſuorum authoritati, & conſuetudini, quæ ab initio fundatæ coloniæ propagata eſt; non obſcurè ſignificat, antiquiorem Conſtantij temporibus rem illam fuiſſe. Ac de recentiore illo decreto paulo pòſt. De Italico iure quod noua coniectura pugnat, id hactenus ſibi ſoli Conſtantinopolin habuiſſe; minimè procedit. Nam ex ea lege Theodoſiani Cod. quam proximè citauimus, apparet Valentem Italicum ius primitùs ei ciuitati reſtituiſſe; quod, vt opinio fert, Seuerus ademerat, propterea quod Peſcennij Nigri partes pertinacius defenderat: quando & Byzantium mœnibus, ac priuilegiis omnibus ſpoliatum Perinthiis adiudicauit. vt Herodianus, & Dio, aliíque teſtantur. Credibile eſt itaque Byzantium, itidem vt alias ciuitates, quarum nonnullas Vlpianus percenſet lib. 1, D. de Cenſibus, iure Italico prius donatum, & à Seuero poſtea multatum, in idem à Valente reſtitutum fuiſſe. Neque valdè nos mouet, quod opponitur, Conſtantinum omnibus priuilegiis, quibus prædita erat vetus Roma, Conſtantinopolin affeciſſe, inter quæ ius illud fuit. Quippe hæc ipſa vis argumenti contra nouam illam coniecturam retorqueri poteſt. Nam ſi iura omnia Romæ veteris in nouam transfuſa ſunt, etiam illud ipſum, quod à Valente reſtitutum fatetur, communicandi

aliis ciuitatibus iuris Italici eidem attributum eſt. Hoc enim penes antiquam Romam fuiſſe nemo dubitat. imo hac ſola ratione ius Italicum ad eam pertinet. Neq; enim Roma iure Italico prædita propriè dicitur. cùm longè excellentiori ſtatu eſſet; qui iura, & priuilegia omnia continebat, quæ indidem velut à fonte manabant. Sanè ius Italicum nemo appellet ius communicandi iuris Italici. minimè omnium lege illa vnica Cod. Theod. cuius verba ſunt: *Italici iuris auxiliũ arbitra æquitate renouamus. Conceſſi igitur gratia beneficij publicis actibus intimetur, & inciſa tabulis debita ſolennitate permaneat.* Hæc verba, *Italici iuris auxilium*, admonent, eiuſmodi fuiſſe ius illud, quod ad vſum, fructúmque ſuum ciuitas ipſa referret; non quod alienis tantùm impertiretur. præſertim cùm iuris Italici dandi poteſtas penes Imperatores potiùs, quàm ciuitatem ipſam reſideret. Sed neque neceſſe eſt omnia penitus priuilegia Romæ veteris in nouam à Conſtantino fuiſſe tranſlata; ſic vt re nulla diſcreparent. Ne longè exempla requiramus; Præfectus Vrbis ecce, qui magiſtratus Romanam vrbem adminiſtrabat, ſerò Conſtantinopolin eſt inuectus, nec ante annum CCCLIX. Poſtremò quemadmodum Italici iuris communicandi poteſtas ab recentiore illo ſcriptore Conſtantinopoli detracta, & à Valente reſtituta putatur: ita nos ius ipſum priuatim fruendum primùm ademptum, deinde renouatum fuiſſe multo veriſimilius diceremus, ſi id nobis placeret, poſtquam Conſtantinopolis à Conſtantino fundata eſt, iure illo fuiſſe priuatam. quod non credimus. Porrò ius illud Italicum à Valente primùm in integrum reſtitutum eſſe ſanctionis illius verba fidem faciunt. quod ab Theodoſio iuniore anno Chriſti CCCCXXI, Euſtathio, & Agricola Coſſ. confirmatum eſt L. vn. Cod. Iuſtin. de priuil. vrbis Conſtant. *Vrbs Conſtantinopolitana non ſolùm iuris Italici, ſed etiam ipſius Romæ veteris prærogatiua lætetur.* Sozom. lib. VII Hiſtor. cap. IX ſcribit Conſtantinopolin per omnia veteri Romæ exæquatam fuiſſe. atque inter cætera ius ibi ſecundum Romanas leges dici ſolitum. καὶ τὰ σύμβολα κατὰ τὰ νόμιμα τῶν ἐν Ἰταλίᾳ Ῥωμαίων ἐκρίνετο. Hoc eſt; *Et iudicia de contractibus ſecundum Romanas leges exercebantur.* Neque rectè vertit

Interpres; *& inſignia quoque eadem Romano ritu præferebat*. quod recentior ille ſcriptor animaduertit. Qui nihilo tamen rectius σύμβολα hîc eſſe vult τὰς συνθήκας, ἃς ἂν πρὸς ἀλλήλας αἱ πόλεις θέμεναι τάττωσι τοῖς πολίταις, *pacta conuenta, quæ publicè inter ſe ciuitates conſtituunt; ſecundum quæ ius mutuò ciuibus dicant.* Cuiuſmodi ſunt ea σύμβολα, de quibus Demoſthenes, vel alius quis author Oratione de Haloneſo loquitur: quæ Scholiaſtes ita declarat.

Αλλως τε ἢ πατέρα.] Perobſcurus locus, cui marginali coniectura noſtra lucem attulimus. Sic igitur habendum eſt; Conſtantio Imperatore controuerſiam illam Corinthiorum & Argiuorum diſceptatam fuiſſe, & hos cauſſa cecidiſſe; quòd publicus eorum patronus & ſyndicus forenſium negotiorum imperitus eſſet. Quare legendum putamus, καὶ τὴν ἀπραγμοσύνην τοῦ λαχόντος ὑπὲρ τῆς Αργείων πόλεως, &c. Non decet, inquit, Corinthios vetera Græciæ iura inſuper habere; cùm nupero tantummodo interdicto nitantur; & ex eius, cui iuris Argiuorum proſecutio ſortitò obtigerat, ſimplicitate, ac ruditate cupiditas illorum compendium fecerit. Hæc apud Latinum Interpretem inextricabilia ſunt. Coniecturam noſtram affirmat Iulianus paulo pòſt pag. 175 ita loquens. καὶ μὴ τὴν ἀπραγμοσύνην αὐτοῦ τότε συνειπόντος τῇ πόλει, &c.

Η γὰρ ἂν ἐφῆκεν.] Leg. εἰ γὰρ ἄν.

Προτιθεμένου δὲ τοῦ.] Legebatur προτιθέμενον. Nos ex veteribus emendauimus. Malim tamen ita ſcribere, προτιθεμένου καὶ τοῦ κατὰ τὴν πόλιν.

Pag. 174. Οτι δὲ χρὴ δὲ τοῖς πρεσβείαις.] Non hîc legationem cum Interprete πρεσβείας eſſe puto, ſed ſuffragationem, & ſupplicationem. Quare ex hoc loco liquet Iulianum adhuc priuatum ab Argiuis interpellatum eſſe, vt apud Procoſ. Achaiæ pro ſe authoritatem ſuam interponeret. Hoc ni ita eſſet, iuberet pro poteſtate, non ſupplicationem allegaret: aut ipſe litem dirimeret.

Βοηθεῖν αἰτίᾳ τοῦ δικαίου.] Haud ſatis iſta Græcè dicuntur, αἰτίᾳ τοῦ δικαίου, *iuſtitiæ cauſſa.*

Pag. 175. Λέγειν δὲ οὐκ ἔτι μὴ τότε ἐφεῖτας.] In priore iudicio

damnatus

damnatus Argiuorum ſyndicus non appellauerat. Ideo noua ciuitati actio non competebat; neque iudicium inſtaurare licebat.

Ad Epiſt. XXXVII.

Pag. 176. Αμεείῳ.] Baroc. perpetuò legit Ιμεείῳ, & inſcriptioni addit, ἐπάρχῳ Αἰγύπτου ἐπὶ τῇ γυναικί.

Pag.177. Δᾳδα ἡμμένίω.] Baroc. λαμπρᾶς ἡμ.

Ωι χράφειν ἐπὶ τούτων.] Baroc. περί.

Τοὺς ἄλλους νουθετοῦντα.] Baroc. νουθετεῖν εἰδότα. Mox idem, ὡς χρὴ τοὺς εἰδότας.

Pag.178. Ορέξασθαι πεπεύεται.] Baroc. ὀρέξαι.

Φασὶ καὶ Δημόκριτον.] Simili fabolla mœrentem Herodem Philoſophum conſolatus eſt Demonax, vt in eius vita ſcribit Lucianus.

Μὴ φείσασθαι.] Baroc. addit μηδενός.

Pag. 179. Επὶ ὦ πάντων.] Baroc. τί οὖν ὦ, &c. Mox: ἀπίδω.

Ad Epiſt. XXXVIII.

Pag.180. Επεὶ δὲ περὶ τ Βιχεντίωνα.] Veſontionem in Sequanis ad Dubin, vel Adduaſdubin. De cuius arce in edito monte poſita Cæſar lib. I.

Pag.181. Οὐ γὰρ ὑπέμενον.] Maximum Cynicum in diſcrimen adductum ſub Conſtantio indicat. negátque ſe Deos ipſum de Maximo conſulere ſuſtinuiſſe; ne quid ſiniſtri de illo audire cogeretur, quale veriſimile erat accidiſſe.

Ad Epiſt. XL.

Pag.188. Οὐδὲ ἀποκρίνῃ τοῦ πρὸς τὴν ἄγγλω.] Corruptus locus, & mutilus.

Pag.189. Μαθητὴν ἐκείνου.] Delenda vox μαθητὴν.

Ad Epiſt. XLI.

Ανδρὸς ἀκοαῖς.] Baroc. ἀκοῆς.

Pag. 190. Κἂν Λεισαῖος ᾖ.] Baroc ἄριστος. Mox : ἠρεμοίη.

Καὶ τὸ οὐ χεῖρον.] Expungenda vox, χεῖρον, & μὴ pro οὐ ex veteri codice ſubſtituendum. *ſi quod ſibi conſentaneum eſt, aut non, velit agnoſcere.*

Ενθέσμῳ μουσικῇ.] Baroc. ἐνθέῳ. Idem mox, θνητὸν ἐθαρμόσαι μέλος.

Θαμύριδος τοῦ Θρᾳκός.] Baroc. Θαμύρου.

Τί γὰρ δεῖ τὰς Σειρῆνας.] De Sirenum pennis Ælianus libro XVII. Hiſt. Anim. cap. XXIII.

Καὶ οἷον Ερμοῦ ῥάβδῳ.] Addit Baroc. τῷ παρὰ σαυτοῦ λόγῳ κινεῖς, &c.

Pag. 191. Τὸν θύασον κρούσαντι.] Idem codex, θύρσον κρούσαντι. alias κρούσαντες.

Πρὸς τὴν ἀοίδιμον.] An de Helleſponto à Xerxe iuncto loquitur? Mox Baroc. ἐπειδὴ τοῦτό ἐστι τὸ δοκοῦν.

Τοῖς παρά σου.] Scribe, vt eſt in Baroc. τῶν παρά σου. Item χαλκᾶ χρυσῶν.

Ad Epiſt. XLII.

Pag. 193. Επὶ νέοις τοῖς λόγοις.] Inuerte, ac lege ἐπὶ λόγοις τοῖς νέοις συγγίνονται.

Pag. 194. Οὐ μὴν ἐπειδὴ τοῦτο.] Deeſſe quædam ſuſpicor ad ſententiæ, & orationis integritatem.

Pag. 195. Εξαναγεννηθῆναι τύπον.] Chriſtianis illudit vſu trito apud eos vſurpato vocabulo. ἀναγέννησις de baptiſmo, & noui hominis reformatione paſſim accipitur, ac ſtudiorum, morúmque mutatione. Itaque Chriſtianis gentilium lectione librorum interdicens, ait illos ſe velle aures, ac linguas ab eiuſmodi ſcriptorum conſuetudine purgatas habere, vt ea depoſita quodammodo renaſcantur.

Ad Epiſt. XLIV.

Λιβανίῳ.] Baroc. Πείσκῳ.

Καὶ φιλικώτατε ἀδελφέ.] Baroc. hæc addit: ἀπὸ τοῦ τὰ πάντα ἐφορῶντος θεοῦ. ἴδοιμί σε ἐμὸν ἀγαθόν. & ἰδίᾳ χειρί· νὴ τὴν σωτηρίαν, (for. τὴν σὴν) & τὴν ἐμήν· νὴ τὸν πάντα ἐφορῶντα θεόν, ὡς φρονῶ γέ-

γεαφα· ἀγαθώτατε πότε σε ἴδω, ἢ περιλάβωμαι. πῶ γὰρ σου καὶ τὔνομα, καθάπερ οἱ δυσέρωτες, φιλῶ.

Ad Epiſt. XLV.

Zenonem medicum, & huius artis profeſſorem à Georgio Alexandria pulſum reuocat, & in integrum reſtituit. In Baroc. addit Inſcriptio ἀρχιητρῷ.

Pag.198. Καὶ βίου σωφροσυύνης.] Baroc. σώφρονος.

Εἰ γὰρ διὰ Γεωργίας.] Cor. Γεώργιον, vel Γεωργίου. Baroc. Γεώργιον.

Ad Epiſt. XLVI.

Pag. 199. Οὐ κτησείδιον.] Scribe expuncta negatiua particula, κτησείδιον μικρὸν ἀγρῶν τετάρων δοθέν μοι λαβών, &c. Baroc. δοθεῖσαν.

Εχον δὲ ὡς οὐδέ.] Vetus cod. Reg. ἔχον δὲ οὐδέ. forte, ἔχον δὲ ὡς. vt ὡς idem ſit, ac nihilominus.

Pag.200. Καὶ οὐδὲ ὀνομαζομένων.] Reg. ὀνομάζειν ἐπιτηδείων λυμάτων. for. ὀνομάζεσθαι.

Θυείδιον ἰδόκει.] Scribe, vt eſt in Regio, πεδίον.

Οὐκ ἔξω λόγου ἡ σύνοδος.] Reg. λόγων.

Ad Epiſt. XLVII.

Reliqua tributorum ad certum tempus remittit, nempe ad Indictionem vſque tertiam, quæ anno Chriſti CCCLIX cœpta eſt. Quæ indulgentia nominari ſolet. Vide Cod. Theod. lib. XI, Tit. XXVIII *de Indulgentiis debitorum*. In Barocciano inſcripta eſt hæc epiſtola Θραξί. Clauſula item hoc modo ſe habet. ἐρρωμένους ὑμᾶς οἱ θεοὶ σώζοιεν τὸν ἅπαντα χρόνον.

Ad Epiſt. XLIX.

Extat hæc epiſtola apud Sozom. lib. V, cap. XV.

Pag.203. Τίω γὰρ ἐν ὀλίγῳ.] Scrib. τίς γάρ. & addendum verbum ἐλπίζειν, aut eiuſmodi aliud.

Tt ij

Digitized by Google

Ad Epiſt. L.

Nili incrementum, ciuſque modum Ecdicio Ægypti Præfecto ſignificat. Quem XX Septembris die ad cubitos XV creuiſſe deprehenſum refert. Vide Plin.lib.V,cap. IX. & accuratiſſimam Diatribam P. Ioannis Baptiſtæ Scortiæ noſtri de natura, & incremento Nili.

Ad Epiſt. LII.

De hac epiſtola vide Baronium Tomo IV.

Ad Epiſt. LXIX.

Pag.225. Τὸν μῦθον ἀκήκοας.] Baroccianus codex addit τοῦ Γαβείου.

Pag.226. Ὁ κράτιστος Ἱπποκράτης.] Idem codex adiicit ἔφη.

Pag.227. Ὑπὲρ ὧν εἰς ἐμὲ πεπαρῴνηκας.] Baroc. ὑπὲρ δὲ ὧν.

Pag.228. Ὥσπερ οὐ νῦν ἐπί.] Leg. ex Baroc. νῦν. ἐπεὶ τὰς ἄλλας ἀπὸ τῆς ἐπιστολῆς ἁμαρτίας οὐδεὶς, &c. Ac pro ἐξελθεῖν, fortè διεξελθεῖν.

Οὐ γὰρ τὰς ἐξ ἑτοίμου.] Baroc. ἐξ ἑτοίμου φὴς ἥκοντας. Ac ſubinde, ὡς κατὰ τοῦτο τὸ δέον αἱρουμένους: nihil vt deſit.

Digitized by Google

CAROLI CANTOCLARI
NOTÆ
IN IVLIANI CÆSARES.

Pag. 3. TOTVM hoc principium in omnibus exemplaribus erat perturbatum. Nec interlocutorum perſonæ vlla diſtinctio notatæ. Nos, vt eſt, reſtituimus.

Ibid. lin. 11. παίζειν πεφροντισμένα.] Boſmaræus ita interpretatur, res ſerias ludos facere, vt & illud Luciani, ἡ δὲ τύχη παίζει τὰ τῶν ἀνθρώπων, fortuna ludos facit hominum res. lin. 12. in exempl. Pithœi deeſt τῆς ψυχῆς.

Pag. 4. Ἀλλ' ἐμοὶ οὐ ταύτῃ ἔοικεν ἀπαντᾶν τὸ χρῆμα.] Mea ratio abhorret ab hac ratione, ſcilicet ocium quod datur nolo terere in rebus ridiculis. Nec enim reiicit honeſtam animi remiſſionem, aut relaxationem, ſed eos reprehendit qui putant animi remiſſionem verſari in aliis deridendis, aut riſu commouendo, atque huiuſmodi nugis agendis, à quibus ſe maximè alienum eſſe dicit: ſcilicet Ciceronis illud probat; Itaque cùm ſumus neceſſariis negotiis, curiſque vacui, tum auemus aliquid videre, audire, aut diſcere, cognitionémque rerum, aut occultarum, aut admirabilium ad bene beatéque viuendum neceſſariam ducimus. cæterùm hîc in quibuſdam codicibus legitur, Ἀλλ' ἐμοὶ τοὐναντίον τὸ χρῆμα.

Ἀλλ' εἴπε πλάσμα.] In priori editione legi, Ἀλλὰ ἐγὼ δὲ πλάσμα λέγω Ἑρμοῦ. propterea quod ſermo ex perſona Iuliani haberi debere mihi videbatur. Verùm omnium exemplarium conſenſus meam quidem ſententiam inflexit, ſed non omninò immutauit.

Pag. 8. Μή σε ὁ αἰνήρ.] Verſus ex Homero Iliados φ vſurpa-

tus à Domitiano Imperatore, in eo, quem ad amicum quendam de Cura capillorum ſcripſit, libro. Suet. in Dom. cap. XVIII. Silenus caluus fingitur: ideo ſimilitudo Cæſaris cum Sileno ad caluitium referenda eſt, non ad ludentem Silenum.

Εἶναι δὲ ἤθελε.] Vide Suet. in Auguſto cap. 79.

P. 9. Οὑτοσὶ, ὁ Σάτυρος ἔφη.] Credo poſt οὑτοσὶ tollendam virgulam, & poſt σάτυρος adhibēdam, hoc ſenſu. *Hic ſenex ſatyrus me perterrefecit.* Vocat enim Tiberiũ per contumeliam ſenem Satyrum, propterea quod prouecta iam ætate ſalaciſſimus & impuriſſimus fuerit. Sic enim Suetonius. *In ſyluis quoque ac nemoribus paſſim venereos locos commentus eſt, proſtantéſque per antra & cauas rupes ex vtriuſque ſexus pube Paniſcorum & Nympharum habitu. palámque iam & vulgato nomine inſulæ abutentes Caprineum dictitabant.*

Καὶ γραμματιστὴν τινα.] Tiberium aures amputaſſe cuidam grammatico nuſquam legere me memini, & opinor nullo in authore haberi. Itaque in prima editione ἐργάσασθαι interpretatus ſum malè mulctaſſe. deinde τοῦτο, hoc nomine ſupple κατὰ, aut διὰ, hoc ſenſu; Tiberium grammaticum quendam, quia præmeditata, quæ πεφροντισμένα Græci vocant, locutus fuiſſet, malè mulctaſſe. Hiſtoria eſt de Seleuco grammatico apud Suet. cap. 56. in Tib. Sed cùm à Græcorum verborum ſignificatione hæc interpretatio paulo alienor eſſet, ab ea diſceſſi, méque ad eam, quæ propius Græca verba adſequeretur, retuli. De hac re tamen Lectorem admonendum putaui. Hic verò locus in omnibus exemplaribus, præterquam in exemplari Pithœi, erat corruptus.

Pag. 10. Κολακεύων δῆθεν τὸν Κλαύδιον.] Nonnulli hæc coniungunt cum præcedentibus, & orationem poſt Claudium puncto claudunt. Tùm etiam αὐτὶ τοῦ δήμου vertunt ex perſona populi. Hæc interpretatio & lectio meo quidem iudicio ferri non poteſt. quia initium illi Comœdiæ, vbi Demóſthenes loquitur, non Δῆμος, non adulationem, ſed deplorationem, & contumeliam apertè continet. Sic enim ille,

Ἰατταταιὰξ τῶν κακῶν ἰατταταὶ
Κακῶς Παφλαγόνα τὸν νεώνητον κακὸν

Αὐτοῖσι βουλαῖς ἀπολέσειαν οἱ θεοί.
Ἐξ οὗ γὰρ εἰσέῤῥησεν εἰς τὴν οἰκίαν
Πληγὰς ἀεὶ προστρίβεται τοῖς οἰκέταις.
Heu mala & calamitates.
Dÿ malè perdant hunc ſceleratum Paphlagonem recenter emptum.
Ex quo enim in domum irrupit
Semper plagas inurit, & incutit domeſticis.

Notat Claudium, quòd ita addictus fuerit ſuis libertis, vt ſe miniſtrum eorum, non principem geſſerit. Sed& fere omnes ex ſua familia, & ſibi affinitate coniunctos occidit, Appium & Lucium Syllanos, hunc generum, illum conſocerum, Liuias, & Pompeium alterum generum. Atque adeo eum vocat *νεώπτοι*, quia boletorum & eiuſmodi ciborum erat auidiſſimus. Græci *χαταχύσματα* vocant, quibus *νεώπτοι* paſcebantur. Vide Ammonium. Quæ verò ſequuntur apud Iulianum, ſpecie ipſa adulationem, ſed reuera mordacem ironiam continent.

P. 11. Ἀποστεφανούμενον.] Quidam Cod. ἀποστεφανωθέντα: fortè rectiùs. Item *συνέτρεχεν*.

Σάραπιν.] Eum alij Iouem; & ideo hic fortaſſe Iouis frater; alij Nilum; alij Ioſephum; alij Apidem; quaſi σορὸν ἄπιδος eſſe volunt. Vide Suidam in dictione Σάραπις.

Τῆς ἀφροδίτης τῆς πανδήμου.] Alludit ad id quod Suetonius ait, Titus cognomine paterno amor & delitiæ generis humani.

Κλοιῷ δῆσον.] Vno verbo; *iuxta Phalaridem ferreis vinculis vincito, aut ſupplicio afficito.*

Pag. 12. Χρηματίσαι δικαιότατος.] hæc in ſolo exẽplari Pithœi reperiuntur, & abſunt à reliquis.

Φοινικῷ θηείῳ.] Al. φοινικῷ, quod ferri poteſt; ſiue ad id referas, quod Domitianus vultu ruboris pleno fuerit, vt apud Suet. in eius vita cap. 18. ſiue ad id quod ſanguinarius, eo enim verbo vtitur, fuit.

Τὸ δὲ ὅτι.] Al. τῷ δὲ ὅτι.

Pag. 14. Ἰστασθαι καὶ συνομαρτεῖν.] Ἵπτασθαι καὶ παρομαρτεῖν.

Ἠδίκεις.] δοκεῖς, quæ lectio mihi videtur rectior. Nec enim

quiſquam authorum abſolutè Pertinacem conſcium cædis, Commodi fuiſſe dicit. Sic enim Capitolinus; *Tunc Pertinax interficiendi Commodi conſcientiam delatam ſibi ab aliis non fugit.* Itaque ſi legas δοκεῖς ita interpretor, ὅσον ἐπὶ τοῖς σκέμμασι, *ſaltem animo & cogitatione.*

Τὰ παιδεῖα.] κατὰ τὰ παιδεῖα, hoc ſenſu, vt verò Seuerus ſe coniuncturus fuit cum filiis.

Pag. 15. σοφὸς μιαιφόνος.] Alij codices σοφός. Nam & exul quoque Macrinus fuit. Sed quod in verſione σοφὸς verti cautus, id quidem ei conuenire poteſt propter eius aſtutiam in celanda nece Caracallæ. Verùm verti etiam poteſt ſapientem. Nam & doctrinarum ſtudiis floruiſſe dicitur. Sic enim Capitolinus. *Macrinum libertinum hominem, proſtibulum ſeruilibus officiis occupatum in domo Imperatoria, venali fide, vita ſordida ſub Commodo, à Seuero remotum etiam à miſerrimis officiis, relegatúmque in Africam, vbi vt infamiam damnationis tegeret, lectioni operam dediſſe, egiſſe cauſulas, declamaſſe, ius poſtremo dixiſſe.*

Pag. 16. Τίς οὗτος.] Verſus Euripidis ex Phœniſſ. Sequentem verſum ita verte; *Aurum hic geſtans delitiatur more puellæ*, vt exprimas verbum, τρυφᾷ.

Ἥλιος δὲ ἐμός.] Aureliani mater erat ſacerdos templi Solis: & magnificum templum extruxit Soli Aurelianus, poſtquam factus eſt Imperator. Vide Vopiſcum in vita Aureliani.

Pag. 17. Ἑβδομήκοντα πόλεις ἀναστήσας.] At Vopiſcus non inſtauraſſe, ſed recepiſſe, in vno loco ſexaginta, in alio ſeptuaginta vrbes: & ſi Græca dictio ἀναστήσας ferre potuiſſet, *recepit*, aut *ab hoſtium captiuitate vindicauit*, vertiſſem.

Τοὺς φονέας, &c.] Poſſet hic locus ita verti, Probum ſicarios, vel principum interfectores, ſcilicet Taciti & Aureliani, ſupplicio affeciſſe, de qua re vide Zoſimum lib. 1. & Vopiſcum in Probo. Cæterùm ad noſtram interpretationem facit, quod idem Vopiſcus ait in Caro, Carum Probi mortem acerrimè, & conſtantiſſimè vindicaſſe.

Pag. 25. Ἄρχει μέν.] Præconia verſibus fieri ſolita indicat Lucianus in Ioue Tragœdo, his verbis, Ἀποσεμνῦναι φημὶ

δεῖν

Digitized by Google

δεῖν τὸ κήρυγμα μέτροις τισὶ, καὶ μεγαλοφωνίᾳ ποιητικῇ, ὡς μᾶλλον συνέλθοιεν. Sed præconium, quod apud Lucianum eo loco habetur, verſibus hexametris conſtat. Hoc verò verſibus anapæſticis, opinor, à variis authoribus deſumptis, & à Iuliano ad ſuum propoſitum accommodatis, quæ Græci παρῳδεῖν dicunt. Nam eſt verſus ſcilicet καὶ πολέμοισι, δάϊον ἔγχος, quem obſeruaui ab Euripide deſumptum. Non omittendum pleroſque in ea eſſe opinione, vt hi Anapæſti non quatuor conſtantes pedibus, ſed duobus legi debeant, hoc modo:

Ἀρχὴ μὲν ἀγὼν
Ὁ τῶν καλλίστων
Ἄθλων ταμίας·
Καιρὸς δὲ καλεῖ
Μηκέτι μέλλειν.
Ἀλλ' ἀκούοντες
Τὰν ἡμετέραν
Κήρυκα βοὰν
Οἱ τὸ πρὶν βασιλεῖς
Δουλωσάμενοι
Ἔθνεα πολλὰ,
Καὶ πολέμοισιν
Δάϊον ἔγχος
Θήξαντες, ὁμοῦ
Γνώμης τε μέγαν
Πινυτόφρονα νοῦν,
Ἴτ' ἐς ἀντίπαλον
Ἴστα τε κρίσιν,
Οἵ τε φρόνησιν
Τέλος ὀλβιστῆς
Θέμενοι βιοτῆς,
Οἷς τ' ἀντιβίοις
Κακὰ πόλλ' ἔρξαι
Καὶ χρηστὰ φίλοις
Τέκμαρ βιότου
Νενόμισται, καλοῦ
Τέλος, ἡδίστην
Τ' ἀπόλαυσιν ἔχειν.
Τέρματα μόχθων,
Δαῖτας τε γάμους
Ὄμμασι τερπνὰ,
Μαλακάς τε φέρειν
Ἐσθῆτας, ὁμοῦ
Λιθοκολλήτοις
Περὶ χεῖρας ἄκρας
Ψελίοισι, φάνη
Μακαριστότατον.
Νίκης δὲ τέλος
Ζωῇ μελήσει.

Pag. 26. Ἀπὸ τρισχιλίων. [Sie Dionyſius Halicarnaſſ. lib. 2 Antiquitatum Rom. Cæterùm numerus colonorum miſſorum magnus à principio ad paruum redactus eſt: tria millia peditum, trecenti equites.

Pag. 27. Ἐν τῇ Καρῶν μοίρᾳ.] Erat ignobile militum genus calones nempe. Vnde prouerbium: *in Care periculum.*

Pag. 30. Τὸ λέγειν ἐξεμελέτησα.] Al. ἐξεμέλησα. Fortaſſe non

Vu

vult dicere Cæſarem minimè facultate dicendi valuiſſe. Nam & inter oratores ſui temporis eſt habitus, teſte Cicerone in Bruto, ſed ad dicendum præmeditatum non acceſſiſſe.

Ἀχρσάμενος.] Sic & Plutarchus. ſed Suetonius animaduerſa Alexandri Magni imagine, cap. 7, in Iulio.

Pag. 31. Μετὰ τοῦτο.] Al. *μέγας τοὔνομα.*

Κράσσος, καὶ Λούκιος.] Al. Κράσσοι καὶ Λούκιοι, ſcilicet Craſſum & Lucium Gellium innuit. Vide Plutarch. in Craſſo, & Appian. Bell. Ciuil. 1.

Μείονα.] Al. *μείζονα* hoc ſenſu, vt in prima editione vertimus, comparatione alicuius eorum, qui ante eum fuerunt maiorem.

Pag. 32. *πρίν δεῖν τὸν πόλεμον, ὑπερετίθετο τὴν μάχην.*] In prima verſione ita tranſtulimus, *ſiue quando oportebat bellum ducere, prælio congreſſus eſt.* Atque hæc interpretatio magis ſententiæ & hiſtoriæ conuenit, quàm Græcorum verborum propriæ ſignificationi. Certum enim eſt ex App. & Plut. & reliquis authoribus, Pompeium non prudentis ducis officio functum, qui pugnandi copiam in Pharſalia Cæſari fecerit, cùm Cæſar in his locis eſſet, in quibus penuria rerum neceſſariarum facilè opprimi poſſet.

Pag. 33. Πολεμωθέντας.] Πολεμηθέντας.

Pag. 34. Ηνίκα ἤκμαζε.] Ηνίκα οὐκ ἤκμαζε, *afflictis etiam Græcorum opibus*, vt in prima verſione.

Pag. 36. Τῆς ἐμαυτοῦ.] Ἐπ' αὐτοῖς, & ita lego. quantum ad ea quæ ſequuntur de Athenodoro, vide Plutarchum in Apoph. Suidam in dictione Ἀθηνοδώρου, Zoſimum lib. 1. de Ario, Plut. in Antonio, & eundem Iulianum in epiſtola ad Alexandrinos, quæ & à nobis edita, & in Latinum verſa eſt.

P. 38. Πολεμούμενοι.] Antonium notat.

Δυνάμενος λέγειν.] In omnibus exemplaribus ita legitur, ſed Græcè dici δυνάμενος λέγειν non puto, mallem δεινός.

Pag. 38. Σούρα.] Fuit Trajani quæſtor, cuius conſilio rempub. & maximè quæ ad togam pertinebant, adminiſtrabat. Vide Dionem in vita Traiani.

Pag. 40. Περὶ πάντων.] Περὶ πρωτείων.

Digitized by Google

Pag. 41. Ερχομένου λέγειν.] Legendum eſt ἀρχομένου.

Λέγειν δή.] Et cætera. Verſus Euripidis citatus à Plutarcho in lib. περὶ τῆς ἀδολεσχίας, & περὶ τῆς φυγῆς.

Φόρους γὰρ ὥσπερ.] Pagani Conſtantinum inſectantur, quod ſe ad Chriſtianam religionem contulerat, & tria præcipuè illi vitio vertunt: quod ab Ægyptio Epiſcopo perſuaſus, vt expiationem cædium vxoris & filij conſequeretur, Chriſtianam fidem fuerit amplexus: quod Chryſargyron, tributi genus eſt, inſtituerit: & quod imperij opes in luxus profuderit. De his vide Zoſimum lib. 1. Euagrium lib. 3. cap. 39. Itaque in prima verſione interpretatus ſum φόρους ἐπιτελέκει, tributa inſtituerat, de Chryſargyro nimirum locum intelligi volens. Purabat Marſchalus τελῶ hîc ſignificare ἀναλίσκω, conſumo, tributa conſumpſerat. ſed vt vulgarem verbi τελῶ, quod eſt pendo, ſignificationem ſequerer, duabus potiſſimum de cauſſis ſum adductus: Primum propter ὥσπερ, quod actum non perfectum denotat, id eſt quodammodo. At Chryſargyron inſtituit Conſtantinus, non ferè, ſed omnino, quæ inſtitutio vſque ad Anaſtaſium ſecundum durauit, authore Euagrio. Deinde certum eſt ex Zoſimo, Conſtantinum barbaros ad ſuum auxilium, & ſuarum partium præſidium acciuiſſe, hiſque ſtipendia toto imperij tempore dediſſe, quod eſt fere illis tributa pendere.

Pag. 43. Ἀδώνιδος κῆποι.] Sic Suidas. Adonidis horti conſtabant lactuca & fœniculo, quæ in teſtis ſerebant. Vtuntur prouerbio de rebus immaturis, aut tempeſtiuis, & leuibus, non radicatis, non diuturnis, & in ſuperficie tantùm hærentibus. Vide Athen. lib. 4. capite 8. & Ariani Epictetum.

Pag. 44. Τῶν διαλεκτικῶν κιγκλίδων.] Κιγκλὶς eſt θύρα τοῦ δικαστηρίου. ſed κύκλων forraſſe legendum, κύκλοι enim ſunt argumentationis dialecticæ genus.

Pag. 48. Τόλμαν μὲν.] Plutarch. in Apoph. diuerſè à Iuliano hoc refert, ſcilicet Octauianum precatum fuiſſe nepotibus beneuolentiam Pompeij, virtutem Alexandri, & ſuam fortunam. lin. 8. alij κουροπλάθος, vide Suidam in di-

ctione κουροπλάϛου, & hoc loco etiam nonnulli pro σωτή-ρων, legunt δοτήρων, ſed prius melius. Deos enim ſalutares & tutelares Cæſares exiſtimabant, vt Iulium, Auguſtum, & reliquos. Tacitus lib. 1. ab exceſſu Auguſti: Tua Diue Auguſte, cælo recepta mens, & cæt. Quin & Reges & Principes σωτῆρες dicebantur, Cic. in Verr. 4. *Itaque C. Verrem non ſolùm patronum iſtius inſulæ, ſed etiam* σωτῆρα *vidi inſcriptum.*

Pag. 53. Hæc refelluntur, à Sozomeno lib. 3. Hiſt. Eccleſ. cap. 5. Euagrio lib. 3. cap. 40. & 41. & Cyrillo lib. 7. aduerſus Iul.

DIONYSII

PETAVII

AVRELIANENSIS

E SOCIETATE IESV,

MISCELLANEÆ

EXERCITATIONES.

Xx

Digitized by Google

Digitized by Google

IN

MISCELLANEAS EXERCITATIONES PRÆFATIO;

AD CANDIDVM LECTOREM.

OMNES *qui ingenuis illuſtrandis artibus dant operam, ac ſcribendo, commentandóque prodeſſe cæteris volunt, eos ab odio, inuidia, ſuperbia quàm-maximè vacuos eſſe oportet. Fit enim neceſſariò, vt qui motibus his perturbatum animum habeat; hoc eſt qui & ſui nimium ſit amans, & in carpendos, ac vellicandos alios ſtudium omne contenderit, inconſideratus in ſcribendo feratur, ac præceps. Ex quo conſequens id eſſe cernitur, vt partim ea reprehendat, quæ reprehendenda non ſunt; partim multa peccet imprudens, ex quibus viciſſim turpius ipſe refellatur. quemadmodum furibundis militibus accidere ſolet; vt, dum male tecto corpore vnum id quærunt, vt hoſtem feriant, plures ipſi, quàm aliis imponunt, plagas accipiant. Huius rei documentum ex Claudio Salmaſio capere licet; qui poſtquam onerare literas iſtas longis, & inutilibus commentationibus cœpit, hoc ſibi negotij credidit ſolùm dari, vt quos poſſet obtrectando, maledicendóque læderet. Quod illi malè ad hanc diem adeò ceſſit, vt eos quidem, quos maximè cupiebat, nihil, aut leuiſſimè perſtringeret; ſeipſum verò miſerrimè cruentaret, ac confoderet.*

Id vt in cæteris euenerit, quia iam publicè conſtare arbitror, non hîc eſt neceſſe repetere. quas verò nuper Plinianas

Digitized by Google

ad Solinum Exercitationes edidit, earum vt idem, quod ſuperiorum, opus eſt, mordêre, ac laceſſere; ſic non diſſimilis, atque illorum, exitus in authorem recidit: qui in alienis notandis erratis grauiora ipſemet, & atrociora commiſit.

Ac ſunt illius peccata, quæ dixi, generum duûm. Quædam enim ad Grammaticam, eáſve referuntur artes, quas qui norunt, vulgò Critici dicuntur. præſtantiorum alia doctrinarum propria ſunt; vt aſtronomiæ, ac geometriæ. quarum etſi reuera ſit expers, vt vel prima earum elementa vix teneat; tamen & frequentes, & longiores cæteris Exercitationes inde confecit. credo vt de multiplici rerum peritia gloriolæ aliquid ex hominum vel indoctorum, vel occupatorum opinione colligeret. Quæ ſunt igitur poſteriorũ huius generis, ea nos alteri loco, & commentario ſeponenda duximus. Hîc tantummodo prioris generis haud pauca, nec multarum tamen paginarum errata complectemur. Nec enim tam ab melioribus occupationibus vacui ſumus, vt vniuerſa peragrare integrum ſit. nec otij, temporiſque ſic prodigi, vt non quauis in re, quàm iſtis quiſquiliis volutandis, ac ſcrutandis malimus inſumere. Igitur ea ſolùm in præſentia collecta ſunt, quæ, vt nos in quamque paginam fors tulerat, ſub oculos venerunt. quæ eiuſmodi eſſe non inſulſus lector animaduertet, vt in ea qui implicari potuerit, non modò ab inſectandis aliis continere ſtilum ſuum; ſed ab ſcribendo abſtinere in omni vita debeat. Initium porro dabit velitationi huic Exercitatio illa, quam de Eſſenis explicat: cuius veſtigandæ forte tùm nobis occaſio nata eſt, cùm de Sole, quem iſti præcipuè venerabantur, quædam commentaremur ad Orationem de Sole Iuliani. Hinc igitur diſputatio noſtra procedat.

Digitized by Google

DIONYSII PETAVII
E SOCIETATE IESV
MISCELLANEÆ EXERCITATIONES.

In quibus ad Solinianos commentarios Claudij Salmaſij, quædam ſcitu non indigna diſputantur.

De Eſſenorum ſecta, & diſcrimine. ridicula de his obſeruatio Salmaſij, & Heſiodi deprauatio. Philo Iudæus illuſtratur.

Capvt I.

SOLEM appellare Θεὸν ſimpliciter, ac nullo adiuncto paſſim Iulianus amat, Oratione præſertim ea, quam de illius laude ſcripſit. Ita & Ioſephus nominaſſe creditur lib. II, C. VII de Excid. vbi de Eſſenis agit. Hos enim refert, cùm ventrem leuarent, excauata ſcrobe, in eam deſidere ſolitos, circunfuſo prius pallio, *ὡς μὴ τὰς αὐγὰς ὑβρίζοιεν τοῦ Θεοῦ*: *i. e Dei radiis iniuriam facerent.* Nam Dei nomine plerique Solem intelligunt: vt & Scaliger in Elencho Trihæreſij, cap. XXVII, & Druſius lib. IV de tribus Sectis, pag. 241. Tametſi non planè conſtat,

poſterioribus tribus hortatur, vt ne poſt occaſum Solem, ac nocte ambulando meiat, aut denudatus. quòd etiam nocti veneratio quædam adhibenda ſit. Etſi confidens eſt, ac mortales præ ſe contemnit omnes; vix aliter tamen fore puto cùm hæc legerit, quin ſui vehementer pudeat ipſum, ac leuibus aliorum delictis æquiorem ſe præbeat, cùm tanto grauiora, & intolerabiliora ab ſe profecta cognorit. ſed pergamus porro.

Falſum deinde ſcribit idem pag. 611 C, quod ad Epiphanium notatum eſt, *Eſſenorum hoc fuiſſe proprium, vt Sole oriente preces funderent.* Hîc verò conſtricta tenetur hominis ἀκρισία. Nam duo commiſit, quæ nulla tergiuerſatione diſſimulare poterit. Primùm quod ille falſum putat, veriſſimum eſt, & à Philone claris, ac perſpicuis verbis editum libro περὶ βίου θεωρητικοῦ, pag. 612. vbi de Eſſenis latiſſimè ſcribit. Verba illius: δὶς δὲ καθ' ἑκάστην ἡμέραν εἰώθασιν εὔχεσθαι, περὶ τὴν ἕω, καὶ περὶ τὴν ἑσπέραν· ἡλίου μὲν ἀνίσχοντος, εὐημερίαν αἰτούμενοι τὴν ὄντως εὐημερίαν, φωτὸς οὐρανίου τὴν διάνοιαν αὐτῶν ἀναπλησθῆναι. *Bis vnoquoque die precari ſolent, ſub auroram, & veſperam:* ORIENTE QVIDEM SOLE *veram fauſti diei fauſtitatem poſtulantes; nimirum vt ipſorum mens cæleſti luce repleatur.* Ita nos εὐημερίας, εὐημερίαν interpretamur; vti prius *felicem diei curſum*; poſterius, *fauſtitatem, ac felicitatem* abſolutè ſignificet. Iámne pudet leuitatis? aut id falſum eſt, Eſſenos oriente Sole precari cõſueuiſſe? Quanquam id ego in Animaduerſionibus Epiphanianis non à me pronunciaram; ſed Ioſephi Scaligeri ſententiam referebam; qui vt Oſſenos cum Eſſenis eoſdem probaret eſſe, vtriuſque ſectæ propria inter ſe comparabat, atque hoc, quod dixi, proprium Eſſenorum fuiſſe ex Philone monſtrabat. Locus eſt cap. XXVII Trihæreſij, pag. 215. vt vel ex eo conſtet, cæcum illum in reprehendendo ferri, ſecurum & veritatis, & publici de ſe iudicij. Verùm huius generis cætera pertexamus: è quibus palmare iſtud eſt, quòd de Eſſenis, eorúmque moribus diſputare aggrediens, quid in ea re, ac quæſtione eſſet, funditus ignorauit. Salmaſij hallucinatio.

Duo Eſſenorum genera fuerunt, alterum τῶν πρακτικῶν, alterum τῶν θεωρητικῶν. Illi rurſus bifariam diuiſi. Nam alij Eſſenorum genera duo.

ἄγαμοι, & cœlibes fuerunt, alij nuptiis implicati. De Theoreticis ſolus Philo meminit libro, qui inſcribitur, περὶ βίου θεωρητικοῦ, ἢ ἱκετῶν ἀρετῆς. de cæteris cùm ipſe Philo breuiter libro ὅτι πᾶς σπουδαῖος ἐλεύθερος, & in Apologia pro Iudæis, cuiùs fragmentum extat apud Euſebium lib. VIII de Præparat. Euang. cap. XII. tùm verò Ioſephus aliquot in locis; ſed imprimis II de Excidio, cap. VI, ex eóque Porphyrius lib. IV περὶ ἀποχῆς. Quæſitum eſt ab eruditis hominibus, ecquid Chriſtiani fuerint Eſſeni. non illi quidem Ioſephi, hoc eſt πρακτικοί, ſed θεωρητικοί, atque à ſolo Philone commemorati. Euſebius lib. II Hiſt. Eccleſ. Chriſtianos fuiſſe credidit, ac pleriſque perſuaſit: imprimis Hieronymo libro de Script. Eccl. in Marco & Philone. Negarunt alij, vt Philaſtrius. Non eſt hoc loco inſtituti noſtri litem hanc componere. Tentauit id iamdudum Serrarius noſter, contra Ioſephum Scaligerum, & Druſium; quorum ingentes libri hac de vna controuerſia editi teruntur omnium manibus: nemini vt, niſi literarum omnium rudi, qui quidem de Eſſenis aliquid norit, neſcire iſtud liceat, de Philonianis Eſſenis, ac Theoreticis, non de alteris ab Ioſepho deſcriptis ambigi cùm quæritur, Chriſtiani, nécne fuerint Eſſeni.

Salmaſij temeritas. At iſte vnius Ioſephi, & ab eo proditi literis Eſſenorum generis rationem habuit: Philonis, ac Theoreticorum Eſſenorum ne litera quidem meminit. quos ne fando quidem didicit vnquam. Inde eſt quod falsò à me ſcriptum credidit, Eſſenos oriente Sole preces fundere: quia *non hic eſt*, inquit, *Ioſephi ſenſus*. Atqui Ioſephi nulla iſtic à nobis facta mentio eſt. ſed, vt dixi, Philonem legit nunquam, quem in grandi illo opere ne ſemel quidem laudauit. Et tamen poſtquam de Eſſenis Practicis ex Ioſepho multa diſſeruit; *nugari putat eos, qui aſſerere audent eos in totum Chriſtianos fuiſſe*. quaſi de Eſſenis Ioſephi, qui ita ſentiunt, id aſſerant; & non de Philonianis potiùs, ac Theoreticis; qui ab illis Ioſephi plurimùm diſtant.

De Eſſenis

De Eſſenis Theoreticis & Practicis. Salmaſij error. Tertullianus ab eo deprauatus. ridicula de vocabulo mortuum opinio. Plinius ab eodem minimè intellectus explicatur. Patronymica nomina etiam à ciuitatibus dicta, contrà quàm Salmaſio viſum.

CAPVT II.

DE iiſdem Eſſenis Plinius libro V, capite XVII ita ſcribit: *Ab occidente litora Eſſeni fugitant, vſque quà nocent, gens ſola, & in toto orbe præter cæteras mira, ſine vlla fœmina, omni venere abdicata, ſine pecunia, ſocia palmarum*, &c. De quonam Eſſenorum genere intelligenda ſint iſta, meritò quæri poteſt. ſed de Theoreticis perſuadet, quòd eam *gentem ſolam* appellat, hoc eſt ſolitariam, & à populorum frequentia ſeiunctam. tùm quòd *palmarum ſociam eſſe* dicit; hoc eſt in palmetis, adeóque deſertis locis ætatem degere. Hoc vt Theoreticis, ac Philonianis Eſſenis congruit: ſic à Practicorum inſtitutis abhorret. Teſtis eſt Philo priores illos extra mœnia & oppida in hortis, ac ſeceſſibus degere, & ſolitudines perſequi. τειχῶν ἔξω ποιοῦνται τὰς διατριβὰς ἐν κήποις, ἢ μοναγρίοις, ἐρημίαν μεταδιώκοντες. præſertim in Ægypto, & ad Mariam lacum, mari vicinum: quô frequentes illorum coloniæ commeant, propter loci opportunitatem, ac cœli ſalubritatem; quòd ille tractus lenibus auris è propinquo mari perflatur. Addit & alibi terrarum hanc eſſe ſectam, πολλαχοῦ τῆς οἰκουμένης. De Practicis refert Ioſephus eos in vrbibus degere. μία δὲ οὐκ ἔστιν αὐτῶν πόλις· ἀλλ' ἐν ἑκάστῃ μετοικοῦσι πολλοί. *Vna ipſorum ciuitas non eſt: ſed ſingularum inquilini ſunt plures.* Mox: κηδεμὼν δὲ ἐν ἑκάστῃ πόλει τοῦ τάγματος ἐξαίρετος τῶν ξένων ἀποδείκνυται. *In qualibet vrbe ex eodem collegio curator hoſpitum ſpecialis eligitur.* Hæc ſunt argumento, Plinij deſcriptionem ad Theoreticos, & Philonianos maximè pertinere. Inquiramus modò quàm bellè ſe ad Plinium ſuum Salmaſius exercuerit.

Yy

Digitized by Google

Sal.p.611 E Principio de ſolis Eſſenis Ioſephi, qui Practici ſunt, Plinium exponit. Non enim alterius generis mentionem facit. *Hos* ait *litora fugiſſe, vt interiora Iudææ habitarent. Ideo porrò fugiebant mare, & quàm longiſſimè poterant, à litoribus, & portubus ſeſe amouebant Eſſeni, ne puritati, ac tranquillitati vitæ, quam ſectabantur, maritima commercia nocerent.* Mox,
Sal.p.613 B *Litora fugiunt, vſquequà nocent; id eſt quatenus nocent, agri colendi ſtudio tantum addictis, vt erant Eſſeni, & omnem negotiationem, commerciúmque auerſantibus.* NIHIL QVIPPE EMEBANT, NEC VENDEBANT, VT EX IOSEPHO CONSTAT. Hinc apparet, quantum iudicij ad ſcribendas Exercitationes attulerit. Minus enim literarum iis in verbis eſt quàm errorum. Quippe nec ad Theoreticos Philonis Eſſenos; nec ad Practicos Ioſephi conueniunt quæ in interpretando poſuit. Oſtendi ad Theoreticos imprimis Plinij verba ſpectare. Hos verò litorum, ac maris propinquitatem vitaſſe, falſiſſimum eſt; cùm vicina potiùs mari captaſſe loca teſtetur Philo. Deinde neque agriculturam, neque artem vllam inſtituebant Theoretici; ſed totum diem ἐν ἀσκήσει, ac ſacrorum librorum meditatione tranſigebant,
Philo pag. 612. neque limen egrediebantur. τὰς μὲν οὖν ἓξ ἡμέρας χωρὶς ἕκαστοι μονούμενοι παρ' ἑαυτοῖς ἐν τοῖς λεχθεῖσι μοναστηρίοις φιλοσοφοῦσι, τὴν αὔλειον οὐχ ὑπερβαίνοντες, ἀλλ' οὐδ' ἐξ ἀπόπτου θεωροῦντες. Fruſtrà igitur argutatur Eſſenos iccircò litora fugiſſe, quod in agri ſtudium intenti forent. Sed neque Ioſephi ad Eſſenos illius interpretatio quadrat. Non enim agricolas fuiſſe vel literâ ſignificat: nedum id vnum operis habuiſſe. Varias enim artes exercebant. Nam diluculò πρὸς ἃς ἕκαστοι τέχνας ἴσασι ὑπὸ τῶν ἐπιμελητῶν διαφίενται: *ad eas artes, quarum periti ſunt, exercendas à Præfectis dimittuntur* ad quintam vſque. qua in vnum conueniebant ad prandium; à quo iterum ad veſperam in opere habebantur. Ex his euidens eſt, aut iſtos agriculturæ non vacaſſe; aut non vnicum hoc genus artis inſtituiſſe. Sed neque commercium omne repudiaſſe. Nam qui artes varias, quas quiſque norat, exercebant, quæſtum vtique faciebant; ac vel operas ſuas, vel artium opera venditabant. Poſtremò nihil

Digitized by Google

Eſſenos emiſſe, neque vendidiſſe non ſcribit Ioſephus, ſed inuicem. οὐδὲν ἐν ἀλλήλοις οὔτε ἀγοράζουσιν, οὔτε πωλοῦσιν. *Nihil inter ſe emunt aut vendunt.* Inter ſe ait, non καθόλου. Eat nunc, & falſos coniectores nos eſſe dicat, cùm veteres ab eo Scriptores, quos citat, nonniſi raptim, ac per Indices, aut in aliorum commentariis lectos eſſe cum Kerkoëtio doduimus. Quantiuis ad hanc augendam ſuſpicionem Plinianus iſte locus eſt. cuius quidem facilis, atque explicata ſententia eſt; ſi quis paululum his in literis ſapiat.

Plinius explicatur.

Ab Occidente (ait Plinius) *litora Eſſeni fugitant, vſquequâ nocent.* De Aſphaltite lacu, ſiue mari mortuo capiendus eſt, qui lethales expirat auras, & vicinum aërem inficit. *Grauitate odoris accolis peſtifer* (ait Tacitus lib. V Hiſt.) *neque vento impellitur; neque piſces, aut ſuetas aquis volucres patitur.* Hæc ſunt ad Plinij mentem aptiſſima. Cauſſam enim continent, cur Eſſeni illi τῆς ἐρημίας incolæ, & inter palmeta victitantes haud propiùs Aſphaltiten lacum domicilia fixerint; ſed tantùm ab eo receſſerint, quoad vis illius tractus malefica pertingit. Hic eſt ille mortui maris, & circuniectæ terræ ſqualor, ac peſtilens habitus; quem eleganter, ac paucis Tertullianus deſcripſit in libro de Pallio: *Hactenus*, inquit, *Sodoma, & nulla Gomorrha, & cinis omnia, & propinquitas maris iuxta cum ſolo mortem bibit.* Mare, inquit, propinquum, vnà cum ora omni, mortem ac peſtem combibit. Hæc vera loci huius eſt ſententia. in quo ridiculè conflictabatur Salmaſius. qui *mortuum iuit*, vel *mortum*, auſus eſt ſcribere in editione noua. quaſi ab eo quod eſt *morior*, vſurpare liceat, *mortum, mortu*, vel *mortuum mortuu*, & ſic *mortuum ire* dicatur, quomodo *redditum ire*, & huius generis alia. Ioculare facinus; imo verò piaculare Grammatici: qui hoc ſcire profectò debuit, *mortuum*, nomen eſſe, non verbum; neque verbi ſupinum, aut participium. quemadmodum *fatuus, arduus, conſpicuus.* Docet hoc accuratè S. Aug. lib. XIII de Ciu. Dei cap. XI. cuius verba hîc quoque legi merentur. *Vnde*, inquit, *non importunè, neque incongruè arbitror accidiſſe, etſi non humana induſtria, iudicio fortaſſe diuino, vt hoc verbum, quod eſt moritur, in Latina lingua nec Grammatici declinare potuerint, ea regula, qua cætera talia decli-*

Salm. in Notis ad Tert. p. 105.

nantur. Námque ab eo, quod eſt oritur, ſi verbum præteriti temporis ortus eſt: & ſi qua ſimilia ſunt, quæ per temporis præteriti participia declinantur. Ab eo verò, quod eſt moritur, ſi quæramus præteriti temporis verbum, reſponderi ſolet, mortuus eſt, u litera geminata. ſic enim dicitur mortuus, quomodo fatuus, arduus, conſpicuus: & ſi qua ſimilia, quæ non ſunt præteriti temporis, ſed quoniam nomina ſunt, ſine tempore declinantur. Illud autem vt declinetur, quod declinari non poteſt, pro participio præteriti temporis ponitur nomen. Inepta eſt igitur, & Grammaticis regulis contraria Salmaſiana caſtigatio. præſertim cùm in principe Rhenani editione itidem, vt in vulgatis, extet, *mortem bibit.* quam editionem ad veterum codicum fidem diligenrer exactam fuiſſe fatetur ipſemet, & adamuſſim cum illo, quem adhibuit, manu ſcripto conuenire.

Sal. p. 616 D Sed ad Plinium reuertor. cuius & altera ab eodem Salmaſio adhibita correctio riſu digna. Pro, *ſocia palmarum*, ſcribi iubet *eſu palmarum.* Imperitè, quis neget? Ita enim abrupta, & incondita lectio fiet, *ſine pecunia, eſu palmarum.* At vulgata & à ſcriptis codicibus, & à ſententia authoritatem habet. In palmetis procul ab hominum ſtrepitu, ac frequentia degebant. Ideo *ſocia palmarum* gens dicitur. Qui aut iſta non capit; aut aliter Plinium interpolare ſtudet; vix eum Grammatici nomine dignum iudico. Quod adeo iſte non meretur; vt me propterea obtorto collo rapuerit, quod de formatione nominum in ηνος, vt eſt Εσσηνὸς, agens ſcripſerim; Patronymicas eiuſmodi inflexiones Arabum, & Aſianorum proprias eſſe. quaſi *Ethnicas*, non *Patronymicas* appellare debuerim. Euge, homo in Grammatica detritus Patronymicum neſcit non à ſolis patribus, ſed etiam à locis, ac ciuitatibus vocari.

Patronymica nomina.

Tom. II Grammaticorum veterum pag. 1892. Cledonius vetus Grammaticus, inter gentilia & Patronymica id eſſe diſcriminis ait, quod *gentilia nomina à prouinciis veniunt, Patronymica & à ciuitatibus.* Ergo ex Cledonij authoritate gentile hoc Eſſenorum nomen appellare non debui, niſi prouinciam aliquam Eſſenorum eſſe

Sal. p. 612 D conſtaret. quam nullam fuiſſe hactenus didici. Tu cùm opidum illorum in interiore Iudæa fuiſſe coniicis, à quo

Digitized by Google

Εσσαῖοι, & Εσσηνοὶ dicti fuerint; etſi hoc abſurdè, contráque Ioſephi, ac Philonis expreſſa teſtimonia facis; tamen hoc ipſum, quod in me tam atrociter inſectaris, tuopte iudicio probas. Nam à ciuitatibus Patronymica formari, non gentilia, Cledonius docet.

Conſentius alter Grammaticus ait, *Patronymica nomina fœminina in is fieri; vt Lucanus ab Hibera Hiberis.* Eſt autem Hiberis, opinor, à regione nomen inditum. Thomas Linacer Grammaticus eruditus libro II *Patronymicorum Græcorum*, inquit, *forma ducuntur à locis Sicelides.* Denique princeps artis, ac magiſter tuæ Deſpauterius in Præfat. ad artem Verſificatoriam, docet *Patronymica formari à patria.* Et alibi; *Piſidem*, quod gentile nomen eſt, vocat Patronymicum. Hæc indigna fateor, in quibus moremur. *Verùm quid facias? vt homo eſt, ita morem geras.*

Tom. II Gramm. p.2011.

Deſpaut. p.360 edit. Rob.Steph.

Epiphanij locus illuſtratur malè à Salmaſio vexatus. cuius iniqua reprehenſio diſcutitur. Eiuſdem ſuper propoſitione ὑπὲρ notatus error.

CAPVT III.

NVNC ad Epiphanij locum, qui vnus ferè occaſionem huic diſputationi dedit, ſtilum, animúmque transferamus. De Oſſenis Hær. XIX ita ille ſcribit. ὥρμωντο δὲ οὗτοι, ὡς ἡ εἰς ἡμᾶς ἐλθοῦσα περιέχει παράδοσις, ἀπὸ τῆς Ναβατικῆς χώρας, καὶ Ἰτουραίας, Μωαβίτιδός τε, καὶ Ἀρηλίτιδος, τῆς ἐπέκεινα τῆς κοιλάδος τῆς ἁλυκῆς οὕτως ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ καλουμένης ὑπερκειμένης χώρας· ἔστι δὲ αὕτη νεκρὰ καλουμένη θάλασσα. Quæ ſic in editione noſtra Latinè reddidimus. *Ferunt iſtos ex Nabatæa, Ituræa, Moabitide, & Areilitide originem traxiſſe: quæ regiones vltra vallem ſalſuginoſam poſitæ ſunt. Hoc enim nomine ſacris in literis tractus ille ſuperior appellatur: qui idem eſt cum*

Mari mortuo: Ad hunc locum Plinianus Exercitator *auriculas Clamore ſubito tollit totis viribus*; ſic vt nuſquam alibi maioribus intemperiis agitetur. Sed quod iſti homini fatale eſſe aliàs obſeruatum eſt, vt vbi maximè ſatagit, ac nititur, ibi fœdiſſima ruina, ac toto corpore prouoluatur; id hoc loco penè ſupra fidem ei contigit.

Primum illius eſt vana reprehenſio. Vt enim Græcè periti omnes in vnum capita conferant; auſim id aſſerere; non aliam interpretatione ſua ſententiam loci huius expreſſuros, quàm quæ à nobis eſt reddita. Rectè an ſecus ſenſerit Epiphanius, nihil ad Interpretem pertinet. Oſtendam paulo pòſt extra culpam, & erroris ſuſpicionem eſſe ſanctiſſimum patrem; & qui illi ſtupidiſſimum ſuum commentum affinxerit, parum pudenter, multum ineptè feciſſe. Nunc de Latina interpretatione priùs cum illo caprinam pugnam conſeram.

Quærit vbi in ſacra Scriptura tractus ille ſuperior vocetur. Quaſi id verba iſta ſignificent; *tractum ſuperiorem* in ſacris literis regionem illam vocari. Quod eſt alieniſſimum. Non hoc dicit Epiphanius, ὦ οὗτος. ſed κοιλάδα τὴν ἁλυκὴν appellari dicit τὴν ὑπερκειμένην χώραν. quod & verum eſt. Nam φάραγξ ἁλυκὴ vallis ea dicitur, Gen. XIV, 3, vbi Aſphaltites lacus poſtea factus eſt.

Atenim ὑπερκειμένην χώρα non rectè de mari mortuo, vel Aſphaltite lacu dicitur. Viderit qui ita Græcè ſcripſit, quid hoc ad Interpretem? ὑπερκειμένην χώρα velis nolis tractus eſt ſuperior. Sed neque Epiphanius in culpa eſt: neque tu ſenſum eius accepiſti. Refert Epiphanius Oſſenos ex Peræa Iudæa profectos eſſe, hoc eſt Nabatæa, cæteriſque tranſamnanis regionibus, quæ in Arabia poſtea cenſitæ ſunt. Eas regiones trans vallem ſalſuginoſam eſſe. quo nomine, inquit Epiphanius, non *tractus ſuperioris*, vt nugaris, ſed *ſalſuginoſæ vallis*, in Scripturis affectus ille ſuperior ager eſt: vbi quondam Sodoma, & Gomorrha, cæteráque opida fuerunt: qui locus nunc mare mortuum eſt. ὑπερκειμένην χώρα ea ratione, quam Dialectici ampliationem vocant, lacus ille dicitur. Sic in Sibyllæ verſu:

Digitized by Google

Ἔϛαι Δῆλος ἄδηλος

Quæro ex te: Si δῆλος eſt, quomodo ἄδηλος. Si autem ἄδηλος, quomodo δῆλος; Non ſimul & eodem tempore vtrumque ſunt ea, de quibus contraria duo, aut pugnantia dicuntur. Sed κατὰ τὴν ἐπέκτασιν quod eſſe deſiit, adhuc tribuitur. Ita χώρα prius erat, qui nunc lacus eſt, & mare. Hæc propter friuolum tuum ἀπόρημα: *Vbi in rerum natura reperiſti tractum regionis, τὴν χώραν, eundem eſſe cum mari?* Potes eodem iure de eo percontari, quod Mat. XII, 5 ſcriptum eſt; *mortui reſurgunt: vbi in rerum natura reperiſti mortuos reſurgere?* Si enim mortui ſunt, non reſurgunt: ſi reſurgunt, iam non mortui ſunt. Reſpondebit facile tibi, qui prima Dialectices elementa didicerit: imo qui ratione vti vtcumque ſciuerit.

Nec eſt quod ὑπερκειμένης, vel *ſuperioris* te vocabulum adeò commoueat; quaſi in arduo ſita, ac ſuſpenſa regio eſſe debuerit. ὑπὲρ enim non tantùm eſt *ſupra*, ſed etiam *vltrà*. Sic ὑπερόριον id dicitur quod vltra fines ac limites ſitum eſt. quod de planitie, ac depreſſa conualle non minùs, quàm de montibus vſurpari ſolet. Ita & *ſuperum*, & *inferum* à Latinis non ab eminentia, & altitudine, vel decliuitate dicuntur. Strabo in plerìſque locis tam præpoſitione ὑπὲρ, quàm verbo ὑπέρκειται vſus eſt citra notionem altitudinis, & eminentiæ. Ita libro VI, ὑπὲρ δὲ τῶν Θουρίων, inquit, καὶ ἡ Ταυριανὴ χώρα λεγομένη ἵδρυται. *Supra Thurios eſt etiam ſita regio, quæ Tauriana dicitur.* Et paulo poſt, ὑπὲρ δὲ τούτων Βρέττιοι χερρόνησον οἰκοῦντες. Libro item V, ſub initium, ὑπεραλπείους vocat tranſalpinos populos. Οἱ μὲν οὖν Κελτοὶ τοῖς ὑπεραλπείοις ὁμοεθνεῖς εἰσι. Et eodem libro τοὺς ὑπεραλπείους Κελτοὺς appellat. Rurſus: ὑπὲρ δὲ Πλακεντίας ἐπὶ μὲν τοῦ ὅροις τῆς Κόττου γῆς Τίκινον ἐν λϛ´ μιλίοις πόλις, καὶ ὁμώνυμος ὁ παραῤῥέων ποταμὸς συμβάλλων τῷ Πάδῳ. *Supra Placentiam ad fines regionis Cotti Ticinum vrbs abeſt XXXVI milibus, & eiuſdem nominis flumen præterfluens, & in Padum incidens.* Quæ Strabonis verba ſi Salmaſius interpretetur, non dubitabit, quin & Galli nos omnes in aëre ſuſpenſi ſimus; & Ticinum cum fluuio ſuo in edito aliquo loco ſitum Placentiam infra

De ſignificatione ὑπὲρ.

Digitized by Google

ſe deſpiciat. Non enim ὑπερκεῖσθαι, aut eſſe ſuprâ, dici poteſt, niſi quod ſublimius eſt. Idem Strabo libro XII de Celænis vrbe, & colle loquens, ὑπέρκειται δὲ καὶ λίμνη φύουσα κάλαμον. *Supra palus eſt calamum edens.* An ſupra collem palus imminet?

Iterum Strabo lib. XVI de hoc ipſo, quo de agimus, tractu loquens; ὑπέρκειται δὲ τῆς Ἰουδαίας, καὶ τοῖς Κοίλης Συρίας, μέχρι Βαβυλωνίας, καὶ τῆς τοῦ Εὐφράτου ποταμίας, πρὸς νότον Ἀραβία πᾶσα, χωρὶς τῶν ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ Σκηνιτῶν. *Supra Iudæam, & Cœleſyriam, vſque ad Babyloniam, & fluuialem Euphratis regionem, auſtrum verſus tota eſt Arabia, præter Scenitas, qui in Meſopotamia ſunt.* Vides vt ſupra Iudæam regiones illas collocet, & ὑπερκεῖσθαι dicat, hoc eſt *ſuperiores eſſe*; quod idem eſt atque *vlteriores*. Eodem itaque modo τὴν ὑπερκειμένην χώραν, tractum illum ſuperiorem vocauit Epiphanius, qui Iudææ ad Orientem & meridiem vltimus eſt, & ſupra Palæſtinam reliquam. qui ager olim, & κοιλὰς ἁλυκὴ, poſtea lacus fuit: *poſtquam Deus Gomorrham & Sodoma ſubuertit.* Vt igitur Arabia ὑπερκειμένη χώρα Iudææ totius à Strabone dicitur, quia huic ad meridiem obuertitur: Sic reliquæ Iudææ ὑπερκειμένη dicitur, quæ quondam χώρα fuit, hodie lacus eſt. Siquidem & extremus Palæſtinæ limes ad Orientem ſæpe lacus ille in Scriptura ſtatuitur, vt Num. XXXIV, 3. Deu. III, 17, Ioſue XV, 2. Nihil eſt verius.

Omnis in interpolando vexandóque loco illo Salmaſij conatus irritus & inanis eſt. Iubet Epiphanij verba ſic inſtrui, quaſi ſcriptum extet, τῶν ἐπέκεινα ὑπερκειμένης χώρας τῆς κοιλάδος τῆς ἁλυκῆς, *regionum ſitarum trans regionem valle maris mortui ſuperiacentem.* Nam vltra regionem maris mortui

Sal. pag. 615. A.

litoribus adiacentem erat Nabatæa, Ituræa & Moabitis. Hæc neque neceſſaria eſt, & abſurda eſt, inſcitáque caſtigatio. Neceſſariam non eſſe probat quod pro recepta lectione diſputatum eſt. Abſurditas ex eo patet, quod ἁλυκὴν κοιλάδα Epiphanius mare mortuum appellet. Quippe Hær. LIII, quæ eſt Sampſæorum, ait iſtos, qui & Elceſæi dicti ſunt, in Peræa verſari, ὑπὸ καλουμένῃ χώρᾳ, πέραν τῆς ἁλυκῆς, ἤτοι νεκρᾶς καλουμένης θαλάσσης ἐν τῇ Μωαβίτιδι χώρᾳ περὶ τὸν χειμάῤῥουν

μάῤῥουν Ἀρνὼν, καὶ ἐπέκεινα ἐν τῇ Ἰτυραίᾳ, καὶ Ναβαθιτιδι. quæ Peræa vocatur; quæ eſt trans ſalſum, ſiue mortuum mare, quod dicitur in Moabitide ad torrentem Arnon, & vltra in Iturea, & Nabatæa. Sed & Salmaſius hoc ipſe confitetur, τὴν κοιλάδα τὴν ἁλυκὴν pro mari mortuo ſumi ab Epiphanio. Ex quo iocularis illa Correctoris ſententia conficitur : *Moabitidem, Ituræam, & cæteras, vltra mare mortuum eſſe, quod idem mortuum mare eſt ſupra mare mortuum.* Etenim κοιλὰς ἡ ἁλυκὴ mare mortuum eſt, vt Epiphanius diſertè ſcribit, aſſentiente Grammatico. porro ὑπερκειμένη χώρα eidem Epiphanio non alia eſt, quàm ipſummet mare mortuum. Subiicit enim : ἔστι δὲ αὕτη νεκρὰ καλουμένη θάλασσα. vbi pronomen αὕτης proximè poſitam ὑπερκειμένην χώραν refertur. Salmaſius conſtruendum ita ſtatuit, quaſi eſſet ἐπέκεινα ὑπερκειμένης χώρας τῆς κοιλάδος τῆς ἁλυκῆς. Quare barbarus ille, quem dixi, putidúſque ſenſus exiſtit; *regiones iſtas poſitas eſſe vltra mare mortuum, quod eſt ſupra more mortuum.* Epiphanius quippe eodem modo ſcripſit Hær. XIX Oſſenos eſſe ἐπέκεινα τῆς ἁλυκῆς οὕτω καλουμένης ὑπερκειμένης χώρας, quæ eſt mortuum mare, quo Hæreſi LIII dixit eſſe πέραν τῆς ἁλυκῆς, ἤτοι νεκρᾶς καλουμένης θαλάσσης. & Hær. XX πέραν τῆς νεκρᾶς θαλάσσης. Igitur ἡ ὑπερκειμένη χώρα eſt ἁλυκὴ, ſiue νεκρὰ θάλασσα.

Iocularis error Salmaſij.

Hæc Epiphanij loca tria de eodem argumento inter ſe comparata commenti illius inanitatem redarguunt : tùm verò capitalem alteram oſcitantiam pulſant. Scribit enim pag. 615, non dicere Epiphanium, Moabitas ἐπέκεινα τῆς νεκρᾶς θαλάσσης, *vltra mare mortuum habitare*, ſed ἐπέκεινα ὑπερκειμένης χώρας τῆς νεκρᾶς θαλάσσης. *vltra regionem imminentem mari mortuo.* Quod eſſe falſum ex Hæreſi XX, & LIII demonſtratur. Ibi eſt enim πέραν τῆς ἁλυκῆς, ἤτοι νεκρᾶς καλουμένης θαλάσσης eſſe Moabitidem, omiſſa voce χώρας. quam idem ille Criticus ſubintelligendam aſſerit. quo nihil fingi poteſt ſtupidius.

Salm. pag. 615.

Digitized by Google

De Aſphaltite lacu. Epiphanius à Salmaſij calumniâ defenditur. Vallis ſalinarum quid ſit. Salmaſij multiplicia & grauiſſima peccata.

CAPVT IV.

PARVM huic importuno caſtigatori facinoris viſum eſt, Epiphanij ſententiam, ac verba deprauare; niſi & immerentem Patrem, ac repugnantem in erroris ſui ſocietatem traheret. Τὴν κοιλάδα τὴν ἁλυκὴν, id eſt, *vallem ſalſuginoſam*, quam mare mortuum interpretatur Epiphanius, ab eodem confundi putat cum *valle ſalinarum*, cuius mentio fit lib. II Reg. cap. VIII. 13. & I. Par. cap. XVIII, 12. In libro Regum ita ſcriptum eſt: *Fecit quoque ſibi David nomen, cùm reuerteretur capta Syria, in Valle ſalinarum, cæſis decem & octo millibus. Et poſuit in Idumæa cuſtodes; ſtatuitque præſidium.* Hebraice, בגיא מלח *in vale ſalis.* LXX vocem Græcam retinuerunt, ἐν γεμέλεχ: quaſi proprium nomen eſſet. non, vt hallucinatur Salmaſius, κοιλάδα τῶν ἁλῶν. quo nomine LXX vocant in libro II Paralip. cùm in Hebræo eadem ſit quæ in II Reg. appellatio, *vallis ſalis.* In titulo Pſal. LIX ſeptuaginta reddunt, φάραγγα τῶν ἁλῶν. Non eandem eſſe vallem ſalinarum cum mari mortuo, ne probatione quidem eget. Id verò ſenſiſſe beatum Epiphanium falſiſſimum eſt. Κοιλάδα τὴν ἁλυκὴν, vel ἁλυκὴν ſimpliciter; ſiue ἁλυκὴν θάλασσαν conſtanter Epiphanius nominat. Si Vallem ſalinarum intellexiſſet, vſus eſſet eo vocabulo, quod LXX poſuerunt Γεμέλεχ. Saltem κοιλάδα τῶν ἁλῶν dixiſſet. In cap. XIV Geneſ. com. 8, vallis illa, quæ in mortuum mare conuerſa eſt; vbi Sodomorum, Gomorrhæ, cæterique reges contra quatuor alios certamen inierunt, à LXX vocatur κοιλὰς ἡ ἁλυκή: & ſupra com. 3 φάραγξ ἁλυκή. Non dubium eſt, quin eò reſpexerit Epiphanius cùm ſcripſit, τῆς κοιλάδος τῆς ἁλυκῆς οὕτως ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ καλουμένης, &c. Nuſquam enim κοιλὰς ἁλυκὴ niſi hoc loco nomina-

Sal. pag. 613. B.

tur. At non vallem ſalinarum Idumææ citimam; ſed regionem, in qua poſtea lacus Aſphaltites extitit, iſto ipſo loco ſignificat. Calumniatur itaque Salmaſius, dum Epiphanio id affingit, quod eſt inſulſiſſimum. Nam nullam, vt ita ſenſiſſe monſtraret Epiphanium, rationem adduxit. quaſi impunè pro libidine cauillari, ac traducere antiquos Patres liceat.

Vallis illa, quæ in Hebræo שדים dicitur, à Græcis ἁλυκὴ, ab Interprete noſtro *Silueſtris* appellatur. At Hieronymus in Tradit. *vallem ſalinarum* vocat. *Aquila vero* τῶν πεδινῶν, id eſt *campeſtrium*: Legit enim שְׂדִים. Theodotio τῶν ἀλσῶν, id eſt *lucorum*. quod ad vulgatum interpretem accedit. Nomen שְׂדִים tam de agro ſubacto, quàm paſcuo, ac nemoroſo ſumitur. quod Theodotionis, atque Interpretis veteris authoritas perſuadet. Græci à ſalinis ἁλυκὴν verterunt, vt & Hieronymus in Traditionibus. Hos ſi quis imperitos adeo fuiſſe putet, vt hanc vallem cum altera cognomine ad Idumæam ſitâ confunderent, næ is parum pudenter, imò temerè faciat. Hæc enim poſterior in Idumææ confinibus poſita videtur. Neque verò in ipſamet Idumæa collocari neceſſe eſt. quod diuinat Salmaſius, leui admodum ductus argumento, *quoniam & ibi Idumæi profligati, in ſuamet ipſorum regione*. Præclarè: quaſi in Idumæa ipſa commiſſum fuiſſe prælium neceſſe ſit. Eodem argumentandi genere confeceris, Italiam eſſe in Africa: quoniam Afri Hannibale duce cum Romanis in Italia pugnarunt. Alterum Salmaſij argumentum: *quia præſidium ibidem impoſitum memoratur, in ipſa nempe Idumæa*. Vbi hoc legis, *ibidem*, hoc eſt *in valle ſalinarum* impoſitum fuiſſe præſidium? Atque hæc diſputo, non vt certi aliquid de illius ſitu conſtituam: ſed vt hominis ἀλογιστία caſtigetur; qui è ſacris literis id effici neceſſariò credidit; &, vt in plerìſque, τῆς συλλογιστικῆς μεθόδου prorſus eſt rudis.

Vallis ſalinarum.

Pag. 614. A.

Ab eâdem ratiocinandi imperitia profectum eſt & illud, quod ſubinde ſequitur. Vallem iſtam ſalinarum à mari mortuo longius abfuiſſe probat ex eo, quod in Idumæa ſit. *At Idumæa*, inquit, *ſatis longè diſſita à mari mortuo*. Nec illud verum eſt. Tamen experiamur quàm id belle demonſtret. *Incipiebat quippe ab Ægypti Caſio, & lacus Sirbonidis emerſu*. Acutè

Salm. pag. 614. B.

ſanè. Quoniam ab Ægypti limitibus incipiebat Idumæa, ideò à mari mortuo longius aberat. Hoccine ratiocinari eſt; imò vti ratione? Itidem enim facit, ac ſi probaret aliquis non eſſe contiguam Pyrenæis Galliam; quia ab Rheno, vel Alpibus incipit. Lupus ceruarius beſtia eſt. ea prædam nacta, quamuis in fame mandens, aliò ſi reſpexerit, præſentis oblita prædæ, ad aliam quærendam digreditur. Fecit idem Grammaticus noſter. Cùm in eo eſſet, vt probaret Idumæam à mari mortuo longius abeſſe, atque ad id veniſſet, vt à Sirbonidis lacu eam incipere diceret, auertit eius animum Strabonis recordatio, qui in Sirbonidis lacu deceptus pro Aſphaltite illum habuit. Quare inſtituti argumenti mox oblitus, ad Strabonem ſeſe conuertit, in eúmque dentes infixit.

Salmaſij errata turpiſſima. Antequam ab Aſphaltite lacu, & hac tota diſputatione recedam, triplicem Critici iſtius errorem annotare libet. Lacum hunc, qui & mare mortuum appellatur, negat eſſe ſalſum. Abſurdiſſimè primum Gen. XIV, 3 appellatur ים מלח θάλασσα τῶν ἁλῶν, *mare ſalis*, id eſt *ſalſum*. Sal non eſt ſal, ſi id mare ſalſum non eſt. Deinde Ioſephus, qui & vidit, & guſtare potuit, lib. V τῆς ἁλώσ. Cap. XXVII ait eſſe ἁλμυρώδη, hoc eſt *ſalſum*. At enim obiicit, *mare omne ſalſum eſt ſuapte natura; quod omnes ſciunt. neque verũ mare opus eſſet ita nominare.* Plumbeum acumen. Mirum ni erraſſe Moyſen contendat, qui & *mare*, & *ſalſum* appellarit. At ὦ 'γαθὲ, mare omne verum ſalſum eſſe conſtat. Sed lacus iſte verum mare non fuit: Sed, vt Hebræis mos eſt, συναγωγὴν πᾶσαν ὑδάτων ita nominare, Scriptura mare ſalſũ vocat, vt ab altero lacu Genezareth differre eum intelligamus, qui, vt eodem loco Ioſephus narrat, dulcis eſt. Præterea quis neſcit mare aliud alio ſalſius eſſe? Pontus Euxinus verum eſt mare; idem tamen πότιμος eſt, & dulces habet aquas, aut minus ſalſas, quàm reliqua maria, vt iis etiam adaquari pecora ſoleant. vt Arianus in Periplo tradit, & Ariſtot. lib. VIII de Hiſt. An. cap. XIII de dulcedine affirmat. Quocirca lacus Aſphaltites, quod cæteris ſalſior ſit, ideò *mare ſalſiſſimum* ab Interprete noſtro paſſim vocatur, Num. XXXIV, 3, Deut. III, Ioſue XV. Tacitus lib. V Hiſt. lacum hunc mari omni *ſapore corruptiorem* facit. Quid ergo

P. 614.

Pontus Euxinus potabilis.

Salmaſio venit in mentem, vt eum negaret eſſe ſalſum? Sanè Beda lib. de locis ſanctis, cap. XII, lacum iſtum refert *ſalſiſſimum eiicere ſal, & hoc ſole ſiccatum accipi, multis vbique nationibus profuturum.*

Alterum inſcitiæ caput. Lacum Aſphaltiten eodem ſenſu dicit appellari ſalſum, quo *terram ſalis iidem Hebræi nuncupant eam, quæ deſerta eſt, ac deſolata. Terra ſalis*, vel *ſalſuginoſa*, ingrata, & infœcunda dicitur, ac frugibus infelix: quoniam ſalſugo ſatis inimica eſt. Ea ſterilitatis, & infœcunditatis propria cauſſa eſt. In mari nulla fœcunditas eſt earum rerum, quibus, vt in terra, natura ſalis infeſta eſt. Sed quæ indidem oriuntur, aut gliſcunt, ſalſugine iuuantur. Quare non poteſt ſalſum mare dici pro infœcundo, ac ſterili: cùm fœcunditas ipſa maris à ſalſugine ſit. Cur autem Aſphaltites lacus nihil generet, alátve, non τῷ ἁλμυρώδει, quod ei tribuit Ioſephus; ſed τῷ ἀσφαλτώδει, quo aquæ eius infectæ ſunt, meritò tribuitur. Salm. pag. 614. E.

Tertium Critici peccatum eâdem pagina. ſalſum non eſſe lacum inde probat, quia *bitumen ſalſum non eſt, nec ſalis naturam habet. At lacus ille ex mero bitumine eſt.* Ergo nullæ in Aſphaltite lacu aquæ ſunt; ſed quantus quantus eſt, nihil niſi bitumen eſt. Ioſephus lib. V τῆς ἁλώσεως, cap. V, Aſphaltitem lacum, qualem viderat ſæpe, non cuiuſmodi ex Vocabulariis didicerat, deſcribens, ὑπὸ κουφότητος, inquit, καὶ τὰ βαρύτατα τῶν εἰς αὐτὸν ῥιφέντων ἀναφέρει. καταδῦναι δὲ εἰς τὸν βυθὸν, οὐδὲ ἐπιτηδεύσαντα ῥᾴδιον. *Nimia leuitate etiam quæ grauiſſima ſunt in eum iacta fluitant. demergi autem quis in profundum, nec de induſtria facilè poteſt.* Subiicit, Veſpaſianum periclitandi gratia quoſdam natandi inſcios, vinctis poſt terga manibus, in altum proiici iuſſiſſe. eueniſſe autem omnibus, tanquam vi cuiuſdam ſpiritus vti ſurſum repulſi fluctuarent. Hæc Ioſephus ex Rufini interpretatione. Addit, multis locis eundem lacum nigras bituminis glebas vomere. eas verò innatare figura & magnitudine tauris capite truncatis aſſimiles. ὁ μέντοι ἀσφάλτου κατὰ πολλὰ μέρη βώλους μέλαινας ἀναδίδωσι. αἱ δὲ ἐπινήχονται τό, τε σχῆμα, καὶ τὸ μέγεθος ταύροις ἀκεφάλοις παραπλήσιαι. Plinius lib. XXXV, cap. XV, bituminis naturam alibi limum, Pag. 614. D

alibi terram eſſe dicit. *Limus è Iudeæ lacu, vt diximus, emergens: terra in Syria circa Sidonem opidum maritimum*. Si lacus Aſphaltites *merum bitumen eſt*, id eſt nullas aquas habet, quomodo demergi in eum poteſt aliquid, aut à fundo ſurſum occulta vi ſpiritus repelli? Fluitare verò ac fluctuare in perpetua gleba, vel luto ſpiſſiſſimo quî poteſt? Clarius abſurditatem Strabonis locus reuincit lib. XVI, vbi de Aſphaltite lacu ſub nomine Sirbonidis agit; perperam, vt ante Salmaſium animaduertit Ortelius, & Caſaubonus, & alij præterea non pauci. Hunc ergo lacum refert Strabo eſſe ἀγχιβαθῆ, βαθύτατον ἔχειν ὕδωρ, aquas habere profundiſſimas, ſic vt vrinatoribus nullus ibi locus ſit; ſed qui vmbilico tenus in eum procedit, mox attollatur. Bitumen porro certis temporibus è fundo ebullire ſcribit, ad quod capiendum arundineas rates expeditas habent. ἔστι δὲ ἡ ἄσφαλτος γῆς βῶλος ὑγραινομένη, καὶ διαχεομένη, πάλιν δὲ μεταβάλλουσα εἰς πάγον ἰσχυρὸν ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ ὕδατος, οἷόν ἐστι τὸ τῆς λίμνης ὕδωρ, ὥστε τομῆς καὶ κοπῆς δεῖσθαι. *Bitumen eſt terræ gleba, quæ liquefacta ac diffluens rurſus coit in ſolidum corpus aquæ frigore conſtricta; cuiuſmodi lacus illius eſt aqua. adeo vt incidi ſecarique opus habeat.* Tacitus V Hiſt. *Incerta vnde ſuperiacta vt ſolido feruntur. Periti, imperitíque nandi perinde attolluntur. Certo anni bitumen egerit.* Mox ait *vndantes bitumine moles pelli, manúque trahi ad littus.* Aquas igitur habet Aſphaltites, neque *merum bitumen eſt*. ſed hoc certis temporibus eructat. hoc eſt quotannis, vt Diodorus Siculus, Plinius libro VII, cap. XV, & Tacitus produnt. vt alij, triennio quoque. Vnde friuola eſt argutatio; ideo ſalſum non eſſe, quia bitumen merum eſt, quod non eſt ſalſum. Legendus & Vitruuius, qui lib. VIII, cap. III ait hunc lacum *emittere bituminis maximas moles, quas diripiunt qui habitant circà.*

Vti ſalſedini lacus iſtius bitumẽ non obſtat: quia non mero bitumine fluit, ſed aquas proprias habet, quarũ in ſummum bitumen certis temporibus ebullit: ſic neque cauſſa, cur immerſa corpora repellantur, ac fluitent, in idem bitumen referri debet; ſed in aquæ, ac loci illius naturam. Nam ex occultis meatibus vaporum, ac ſpirituum ingens vis effunditur, & aquas illas occupat; quibus, vt ait Ioſephus, repercuſſa

corpora ſurſum feruntur. Quod & alibi quoque contingit. vt in Sicilia ad Agrigentum lacus quidam eſt, in quem etiam nandi prorſus imperiti deprimi nequeunt. vt Strabo refert lib. VI, & Ariſtoteles lib. περὶ θαυμασίων. Non poteſt hoc bitumini tribui, quod nullum in illo lacu ſcatêre memorant: tametſi fons in eo tractu quidam eſt, cui liquidum bitumen ſupernatat. de quo Dioſcorides lib. I, Plinius lib. XXXV, capite XV. Vide Cluuerium lib. II Siciliæ cap. XI. Ex quo Salmaſius omnia, quæ de hoc fonte, ac lacu Agrigentino Salm. in diſputat, in Solinianam Exercitationem tranſtulit, eius, vt Plin. Exerc. ſolet, ſuppreſſo nomine, vnde iſta corraſerat. Atque eodem pag. 126. tamen illo loco de ſuo imperitè id adtexuit, ideo immerſa in illum lacum corpora regeri, ac fluitare, quod in eo bitumen ſupernatet. quoniam *idem in Aſphaltite lacu Iudææ vſuuenit.* Hoc verum non eſt. Nam & de Aſphaltite lacu aliter Græci, Latinique nos docent; vt paulo antè monſtrauimus. & in Agrigentino lacu nullum, quod quidem idoneis authoribus conſtet, bitumen exiſtit. Nam Solinus lacum pro fonte per oſcitantiam ſcripſit; quod non negat illius enarrator. Vide omninò Ariſtotelis locum de Agrigentino lacu. Intelliges profectò non eam vim innatanti duntaxat aquis oleo tribui poſſe, vt in imam depreſſa corpora ſurſum attollat.

Epiphanianæ Animaduerſiones à Salmaſij reprehenſione vindicatæ. Quid ſit ὑπέρθεσις, *& ſuperpoſitio. Salmaſij error.* Βίος *pro vita ſæculari, & matrimonio illigata, vt &* βιῶσαι. *Caſauboni lapſus.*

CAPVT V.

NON meliore ſucceſſu alio loco in nos ſtyli ſui Salmaſius maledicentiam exercuit. Epiphanius in Expoſi- pag 324. tione fidei de ieiunio ſanctæ hebdomadæ loquens, ait Chriſtianos per id tempus aliquos biduum, triduúmve, aut quatriduum ſine cibo Nu. XXII. tranſigere. ἀλλὰ καὶ οἱ σπουδαῖοι διπλᾶς, καὶ τριπλᾶς, καὶ τετραπλᾶς

ὑπερτίθεσθαι. Ad hunc locum in Animaduerſionibus obſeruamus vſum verbi ὑπερτιθέναι, & ὑπερτίθεσθαι, quod eſt *cibum differre*. Nam ea propria eſt, ac germana vocabuli notio, vt ſit *prorogare*, *protelare*, *differre*. Hinc ὑπέρθεσις eſt *prorogatio*, vtique ſolitæ cibationis. Heſychius ὑπερθέσεις, ἀναβολαί, ὑπερβάσεις. Gloſſæ Græcolat. ὑπέρθεσις, *Dilatio*, *procraſtinatio*, *fruſtratio*, *mora*, *immora*, *cunctatio*. Et ὑπερθετικὸς, *ſuperlatiuus*, *fruſtrator*, *differens*. Item ὑπέρθου, *Profer*. Quamobrem accuſatiuis duobus in conſtructione præditum eſt hoc verbum: quorum alter exprimitur: alter tacitè ſubauditur. Vt ſi dicam δύο ἡμέρας ὑπερτίθεται, præter accuſatiuum ſpatij, ac temporis, alter concipitur rei vel negotij, quod differtur. Hoc enim eſt, *biduo prorogat*. Quod in Dionyſij Alexandrini loco perſpicuum eſt, quem illîc adduximus. Ἐπεὶ μηδὲ τὰς ἓξ τῶν νηστειῶν ἡμέρας ἴσως, μηδὲ ὁμοίως πάντες διαμένουσιν. ἀλλ' οἱ μὲν καὶ πάσας ὑπερτιθέασιν, ἄσιτοι διατελοῦντες· οἱ δὲ δύο· οἱ δὲ τρεῖς· οἱ δὲ τέσσαρας· οἱ δὲ οὐδεμίαν. Hîc verbum ὑπερτιθέναι *prorogare*, ac *differre* ſignificat, eodémque modo dicitur, ὑπερτιθέναι πάσας, vel δύο, vel τρεῖς ἡμέρας, quo διαμένειν τὰς ἓξ ἡμέρας. Nam vtrobique ſubauditur κατά. Epiphanius pro δύο, τρεῖς, & τέσσαρας, dicere maluit διπλᾶς, τριπλᾶς, τετραπλᾶς, *duplicatos*, *triplicatos*, *quadruplicatos dies*. Poſſemus & accuſatiuum alterum intelligere, nimirum ὑπερθέσεις. Nam ὑπέρθεσις pro *ieiunio*, & *ſuperpoſitione* ſumitur. Ita erit ὑπερτιθέναι ὑπερθέσεις, perinde ac ſi Latinè dicas *ſuperponere ſuperpoſitiones*. Sic *pugnare pugnam*, & id genus alia. Apud Euagrium lib. I. Hiſt. Eccleſ. cap. XXI inſignis locus eſt, vbi de monachorum, qui in Palæſtina degebant, inſtituto loquitur, ac præſertim de mirabili eorum abſtinentia. οἳ πολλάκις μὲν καὶ τὰς καλουμένας ὑπερθέσμους πράττουσι, διήμεροι, καὶ τριήμεροι τὰς νηστείας ἐκτελοῦντες· εἰσὶ δὲ οἳ καὶ πεμπταῖοι, ἢ καὶ πρός. Ibi τὰς ὑπερθέσμους eodem ſenſu, quo ὑπερθέσεις vſurpauit. ac neſcio an ὑπερθέσεις etiam legi verius ſit. Neque tamen temerè commutauerim. Nam fieri poteſt, vt ὑπερθέσμους appellauerint ieiunia vltra communem legem, morémque, vel ſolitum capiendi cibi tempus extenſi. Hæc verbi huius ac locutionis interpretatio digna non eſt, cuius nos hodiéque pœniteat. Sed præter hanc tamen

aliæ

aliæ ſuppetunt duæ, quas non minùs probabiles iudico. Prima vti verbum ὑπερτιθέναι ſit *tranſcendere*, *ſuperare*. Hinc enim *ſuperlatiuum* gradum Græci vocant ὑπερθετικὸν: & ὑπέρθεσις Heſychio eſt ὑπέρβασις. Vnde ὑπερτίθεσθαι eſt ὑπερβαίνειν, vel ὑπερβάλλειν. Altera eſt, vt ὑπερτίθεσθαι ſit *addere*, *imponere*, ac præter ordinarium vſum indicere. quod Latini *ſuperponere* vocant. Caſſianus Collat. I. cap. XXI de Abbate Ioanne, qui illuſus à dæmone biduana ſe inedia confecerat; *Intellexit ſe ob hoc calliditate dæmonis circumuentum, taliíque diſtentum ieiunio, vt laſſitudinem non neceſſariam; immò etiam ſpiritui nociturum, fatigato corpori ſuperponeret.* Non aliud hoc loco eſt *ſuperponere*, quàm *imponere*, vel *adiicere*. Sic in Concil. Aurelian. V, Can. XII. *Nulli viuenti Epiſcopo alius ſuperponatur, aut ſuperordinetur Epiſcopus.* Hac ratione ieiunia ſuperponi dicuntur, quoniam cùm communis hominum vita quotidiano victu, ac cibo tranſigatur, certæ abſtinentiæ leges imponuntur, quibus velut onerantur homines. Ita Tertullianus contra Pſych. capite II, *Sic & Apoſtolos obſeruaſſe, nullum aliud imponentes iugum certorum, & in commune omnibus obeundorum ieiuniorum.* Hoc erit ſuperponere, iugum illud, ac legem ieiuniorum indicere, vnde *ieiuniorum ſuperpoſitio* idem eſt atque *impoſitio*, & *iniunctio*. Solinus cap. XXVII leones ait alternis *diebus potum, alternis cibum capere. ac frequenter, ſi digeſtio non eſt inſecuta, ſolitæ cibationi ſuperponunt diem.* Superponere eſt addere. Cùm igitur altero quoque die cibum capere ſoleant, crudi cùm ſunt, vnum diem ad eum, quem interponere mos eſt illis, adiiciunt. Ita biduum ſolidum ſine cibo tranſmittunt. Non eâdem hic, opinor, notione verbum illud ſumitur, quâ ab Eccleſiaſticis authoribus, cùm ieiunia *ſuperpoſitiones* appellant, vel *ieiuniorum ſuperpoſitiones*, quas ὑπερθέσιμους, vel ὑπερθέσεις Græci Patres vocarunt eo ſenſu, quem hactenus expoſuimus. Sed verum Latinorum imitatione Græci, an Græcorum Latini, ad ieiuniorum negotium id vocabuli tranſtulerint, iure dubitari poteſt. Ac ſi prima illa, quam in Animaduerſionibus amplexi ſumus; vel ex duabus hoc capite traditis prior magis arrider; vt ὑπέρθεσις *dilatio prorogatióque* ſit; vel *tranſcenſio*, & ὑπέρβασις, cre-

dibile eſt Græcorum exemplo Latinos *ſuperpoſitionem* nominaſſe. Nam iſto ſenſu Græcæ voci ſua & natiua proprietas conſtat; quæ in Latina minus elucet; vt tranſlatam, peregrinámque cognoſcas. Sin eſt vt ſuperpoſitionem pro impoſitione, iniunctionéque dici magis placeat; tùm verò ὑπερτιθεῖναι, & ὑπερτίθεσθαι minus Græcè conceptum hac ſignificatione videbitur; adeóque de Latinorum vſu, exemplóque manaſſe. In Vitis Patrum lib. V, libello X, Num. 33, & 44, mira quædam hac vel ſimili in voce Græcitatis affectatio eſt. Num. 33. *Alta cogitatio mea eſt, vt ieiunem biduanas leuando.* Numero 44. *Ergo quando eras iuuenis, non ieiunabas biduanas leuando. Et dixit ei ſenex: Crede mihi quia & triduanas, & hebdomadam. Leuare biduanas* dixit; vt Epiphanius τριπλᾶς ὑπερτίθεσθαι. Puto *leuare* hîc eſſe quod tertiæ ſignificationi congruit, *imponere*, vel *indicere*: tranſlatione ab oneribus ducta, quæ vt imponantur alleuanda ſunt. Nec enim videtur leuare biduanas eſſe totidem dierum ieiunium cibo ſoluere: vt ſubaudiatur *abſtinentias*, quod in hebdomade ſubaudiri non poteſt. Poteſt tamen, & verbum αἴρειν in eiuſmodi locutione locum habere: quod eſt *ferre, tollere*. Quamuis autem ὑπερτιθεῖναι, & ὑπέρθεσιν Græci idem, vt Latini *ſuperponere*, ac *ſuperpoſitionem* vſurpent, non tamen eadem vtrobique conſtructio eſt. Vt enim Latinè dici poſſit, *ſuperponere alicui biduanum*, vel *triduanum ieiunium*. vel, vt Solinus loquitur, *ſolitæ cibationi diem vnum ſuperponere*: non tamen Græcè ſic vti licet, ὑπερτίθεσθαι τῇ τροφῇ μίαν ἡμέραν. Non enim ὑπερτίθεσθαι cum Datiuo coniungitur.

Pag. 314, D Qua in re Plinianus Exercitator valdè deceptus eſt, qui Solinianam iſtam locutionem ſic ἐξελλήνιζει, *ſolitæ cibationi ſuperponunt diem*, τῇ συνήθει τροφῇ ἡμέραν ὑπερτιθέασιν. Atqui ὑπερτιθεῖναι, vt & præpoſitio ὑπέρ, cum Datiuo copulari non ſolet. Apage ergo ſordes iſtas ſermonis, ὑπερτιθεῖναι τινὶ, *ſuperponere alicui*. Diceret potiùs ἐπιτιθεῖναι, vel προστιθεῖναι. Reliqua Exercitationis eiuſdem maioribus etiam ineptiis implicata ſunt. In quibus ſingulare id eſt, quòd cùm ſententiam noſtram vexare, & conuiciari nobis inſtituerit, in iſtud ipſum incurrit tamen quod reprehendit. ὑπερτιθεῖν dicimus

eſſe *dilationem*, & ὑπερτίθεσθαι *differre*. Salmaſius itidem vt nos ſuperpoſitionem, & ὑπέρθεσιν *dilationem* eſſe pertendit. Cuius ergo dilatio eſt? aut quid tandem differri dicitur? Negat de cibo; ad diem refert. *Neque enim*, ait, ὑπερτίθεσθαι τροφὴν, ſed ὑπερτίθεσθαι ἡμέρας *dixêre*. Igitur ieiunij differtur dies. At non differtur; ſed repræſentatur vtique, cùm in ea verſetur quiſquis illam ieiunio tranſmittit. Quid iocularius eſt, quàm quod inde conſequens ſit, cùm ſcribit Epiphanius Chriſtianos διπλᾶς, vel τριπλᾶς ὑπερτίθεσθαι, hoc eſſe, biduum triduúmve differre, non cibum; ſed hos ipſos duos tréſve dies? Quid iſtûc obſecro ſermonis eſt: Iſte diem vnum, vel duos, vel tres differt; aut duorum, triúmve dierum dilationem ſuſcipit; pro eo quod eſt, biduum ieiunat, aut triduum? Niſi enim, quod volumus, quódque imperitè negat Salmaſius, cibum ac τροφὴν ſubaudias, intoleranda quædam orationis ſpurcitia conflatur. Quam quidem adeò iſte combibit, vt ex eo ita ratiocinetur; cùm ὑπέρθεσις *dilationem*, & ὑπερτίθεσθαι *differre* ſignificet, *ieiuniorum ſuperpoſitionem* non poſſe dici, vt in vulgata Eliberitani concilij lectione habetur; ne ſit ieiuniorum intelligenda dilatio. Igitur per illius interpretationem ſermonis abſurditas ſequitur, qui & ὑπερτίθεσθαι eodem ſenſu accipit, & ad ἡμέρας pertinere aſſerit. Quod autem *ieiuniorum ſuperpoſitionem*, & ὑπέρθεσιν dici non debere pugnat, quia ſequeretur ieiunia differri, ἀγραμμάτιστον eſt. An cùm ita loquimur, *Iudæorum*, vel *feſtorum ſacrificia*, aut *expiationes*; Iudæos ipſos ſacrificari, aut expiari feſtos illos dies intelligimus? Ieiuniorum ſuperpoſitiones ὦ οὗτος, ſunt quæ in ieiuniis obeuntur dilationes cibi. vt ſi certorum dierum epulationes appellem, eas ſignificem, quæ iis diebus affixæ, illigatæque ſint, non vt epulanda feſta ipſa præbeantur.

Quocircà tam in Epiphanij loco iſto, & hac Epiphaniana voce declaranda infelix iſte fuit, quàm in altera, cuius in mentem modò venit. Scribit in Hæreſi Doſitheorum Epiphanius, eos ἐγκρατεύεσθαι μετὰ τὸ βιῶσαι. Nos βιῶσαι ſic explicabamus vti ſubaudiretur ἐν τῷ γάμῳ. Salmaſius contra Kerkoëtium ſcribens ridiculum hoc appellat, & ἡβῶσαι legit; quæ eſt Caſauboni coniectura in Exercitat. I ad Annales Ba-

In Confutatione pag. 30.

Caſaub. pag 69.

ronij. Sed ea falſiſſima eſt. neque quid eſſet βιῶσαι apud Epiphanium ambo animaduerterunt. Hæreſi LIX, Num. IV Epiphanius idem contra Catharos agens, quos Salmaſius anulos in pedibus, pedules & bracas in manibus geſtaſſe χρι-πιώτατα diuinabat; Eccleſiæ Catholicæ morem refert, quæ neminem coniugio implicatum ad ſacros ordines admittit, niſi ab vxore contineat. ἀλλὰ καὶ τὸν ἔτι βιοῦντα, καὶ τεκνογονοῦντα μιᾶς γυναικὸς ὄντα ἄνδρα οὐ δέχεται, ἀλλὰ ἀπὸ μιᾶς ἐγκρατευσάμενον. Quis hoc loco βιοῦντα in ἰοῦντα conuertat? Nam ſubinde τεκνογονοῦντα ſubiecit. Hic igitur locus vtriuſque Critici ἀστοχίαν, noſtri verò temeritatem etiam arguit. Enimuerò βιοῦν ſimpliciter eſt *in matrimonio degere*, & *in ſeculari*, quod aiunt, *vita*. Ita βίον pro hoc vitæ genere, & βιωτικὸν pro ſæculari & coniugato paſſim Chryſoſtomus vſurpat. Ex infinita copia vnus ad manum inſignis modò locus eſt Tomo VI
Pag. 801, ver. 33. Edit. Sauil. Hom. VII. περὶ μετανοίας, καὶ εὐχῆς. Sic enim loquitur. οὗτος δέ μοι ὁ λόγος οὐ πρὸς τοὺς ἐν τῷ βίῳ ἐξεταζομένους μόνον ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς ἐν τοῖς ὄρεσι τὰς ἑαυτῶν καλύβας πηξαμένους. Nec omittendum ad idem negotium Achillis Tatij locus eſt, vbi de Canicula. τὴν κύνα μέντοι ἀστέρα ὄντα ἐν τῷ βίῳ ἄστρον λέγομεν. Caniculæ ſtellam propriè aſtrum nominari ait in vita, hoc eſt vulgò & populariter. In aliis fragmentis, quæ, puto, ſunt eiuſdem Tatij. ἀλλὰ μὴν καὶ ἐν τῷ βίῳ φαμὲν τὸν Δία ὕειν. *Communi inter homines vſu loquendi dicimus, pluere Iouem.*

Salmaſij iniqua obtrectatio diſcutitur. eiuſdem multiplices errores. De pauonis collo; conchylio, ac purpura. Quid ſint Cataclita; eámque vocem adiectiuè ſumi. quid ſit πῖνος in oratione, declaratur.

Capvt VI.

Vt ne iudicium duntaxat, & eruditionem; ſed candorem etiam, & ciuilitatem Salmaſianis à ſcriptis abeſſe ſentias, certa hoc in capite morbi vtriuſque argumenta colligam.

Epiphanianam editionem noſtram aliquot locis vellicat in libro de Geminis; vt in capite de Smaragdo. Salm. pag. 200. B. Ibi quia variantem in margine lectionem offendit, in qua μικρὸς pro πικρὸς ex coniectura ſubſtitutum erat, calces in nos elidit, ac proteruè conuiciatur. Item capite de Lyncurio, quia pro λιγύριον, in margine λυγκούριον adnotatum reperit, eâdem id modeſtiâ perſequitur. quod & aliis itidem in locis facere pergit.

Atqui erat illius, qui prudentiæ aliquid haberet, animaduertere, non iſtas ab editore coniecturas eſſe profectas; ſed authorem fuiſſe Conradum Geſnerum, qui ante annos duos & ſexaginta libellum iſtum publicauit cum Latina interpretatione, ac notis marginalibus: quæ omnia totidem, vt erant, verbis typographus in noſtram editionem tranſtulit. Idque ipſemet in Præfatione Tomi ſecundi lectori ſignificaui. Conſulat ille, ſi lubet, Tigurinam editionem Geſneri anni CIↃIↃLXVIII. Ibi omnia iſta reperiet, quæ tam acerbè criminatur, cum illa ipsâ cautione operis initio præfixa: *Marginibus* (verba ſunt Geſneri, non noſtra) *quædam ex coniectura adſcripſimus, idque monemus, ne quis diuerſam lectionem aliorum codicum exiſtimet.* Non nos itaque, ſed Geſnerum maledictis onerat, è cuius editione iſta tranſlata ſunt.

Salm. pag. 196. B. At etiam de Smaragdo Kerkoëtium perſtringit obiter, quem ait conchyliatum colorem lapidi illi tribuere. Hæc verò calumnia eſt. Non hoc ſcriptum ab illo eſt vſpiam: ſed error tuus ab eodem meritò reprehenſus: qui pauonem à Tertulliano libro de Pallio graphicè depictum tam feliciter interpretabare, vt eius collum purpura tinctum, & quidem ſaturâ, ac mera eſſe diceres: cuiuſmodi Tyria eſt, ac dibapha. Recole ſodes, quæ in Maſtigophoro tertio tibi Kerkoëtius repoſuit; contra quem poſtremum librum nihil hactenus hiſcere es auſus. Ex eo cognoſces quàm ſiniſtrè Tertullianum acceperis in Notis ad eius Pallium, & hæc illius verba: *Quanquam & pauo pluma veſtis, & quidem de cataclitis: imo omni conchylio depreſſior, quâ colla florent: & omni patagio inauratior, quâ terga fulgent.* Quæ tu ſic in Notis explicas; vti collo paui merum purpuræ colorem, ac lumen aſſignes. Verba tua ſunt. *Conchylium hoc lo.o magis eſt vt ſit conchylia, ſiue conchyliata veſtis, vel conchyliatus color, quem à purpura ſemper authores diſtinxere. nam conchylium coloris genus eſt multo palladius, dilutiúſq; purpura:* VT MIRVM NON SIT SI COLLA PAVONVM, QVÆ MERO PVRPVRÆ LVMINE FLORENT, OMNI CONCHYLIO VEGETIORA DIXERIT TERTVLLIANVS, *cùm conchylia omnia ſaturitatem illam floris, ac luminis non habeant, quam habet purpura.* Igitur in collo pauonis ineſſe ſentis non conchyliatum, hoc eſt dilutum, ac pallidiorem colorem, ſed purpureum ex illa mera, & ſatura purpura. Imo verò hanc ipſam purpuram Tyriam eſſe, ac dibapham alibi demonſtras, cùm florem illum conchylio preſſiorem in collo pauonis concolorem eſſe diſputas Babylonicis veſtibus tricliniaribus aut accubitalibus; quas dibaphas Tyrias eſſe ſignificas ex Cornelio Nepote apud Plin. Lib. IX, capite XXXIX. Quâ in interpretatione duplex eſt ſtupor. Primùm ſi ideò Tertullianus collum pauonis quolibet conchylio vegetius eſſe dicit, quia purpuram meram, quæ vtique conchylio vegetior eſt, hoc lumine antecellit: perinde illum loquentem facis, ac ſi diceret, Helenam niue eſſe candidiorem, imò creta, vel gypſo. Quid enim mirum eſt, quod ſit purpura mera, ſaturáque micantius, id etiam conchylio,

Kerkoët. Maſtig. III pag. 71, & ſeq.

Salmaſ. in Notis ad Tertul. de Pallio pag 136, & ſeq

Salmaſ. ad Tertul pag. 116, & 127.

quod per ſe dilutius, & pallidius eſt, eſſe vegetiùs? Nam particulâ, *imò*, augêre rem debet, & maius aliquid in eodem genere, vehementiúſque ſubiicere. At conchylio genere ipſo longè purpura viuidior eſt, adeóque, quod ea puras infectum eſſe, collum pauonis. Eſt igitur ineptiſſima iſta collectio: perinde ac ſi quis poëtam quempiam laudans aſſerat, Virgilio præſtantiorem eſſe: imò Lucano.

Secundò quod pauonis collum vel mera, ſaturáque purpura, vel eâdem Tyria, ac dibapha tinctum eſſe vis, pueriliter aberras. Quis pauonem vidit vnquam cum purpureo collo, & coccini inſtar rubente? Conchyliatum eſt pauonis collum, ac ſimul viridi, & ſmaragdino colore temperatum, vt ex Phædro, & Phile docuit Maſtigophorus ille. Imo qui oculos, &, quo iis vtatur, communem ſenſum habet, ita iudicabit. Quocirca non ſmaragdinum colorem conchyliatum dixit eſſe Kerkoëtius, vt nugaris; ſed cum ſmaragdino virore miſtum eſſe conchyliatum: quod Scriptorum authoritas, ac ſenſus ipſe diſcernit.

In eodem Tertulliani loco aliud eſt Salmaſianæ temeritatis veſtigium. *Cataclita* negat de accubitoriis veſtibus vſurpari, & qui ſic interpretentur magnam præ ſe ferre ait Græci ſermonis imperitiam. Quippe nihil aliud eſſe κατάκλιτα, niſi accubita, ſiue toros ipſos, minimè veſtes, quæ iis inſterni ſolent. Sed id eſſe falſum ex LXX Interpretum Græca lectione, & S. Baſilij authoritate conſtat. Iſaiæ III, 23 θέριστρα κατάκλιτα dicuntur. vbi κατάκλιτα adiectiuè ſumi neceſſe eſt, & ſunt accubitoria. Ita Baſilius exponit, qui haud paullò Græcè peritior fuit quàm Salmaſius. κατάκλιτα νῦν λέγει τὰ ἐν τῷ κατακλίνεσθαι δι' ὑπερβολὴν τρυφῆς ταῖς κλίναις ἐπιβαλλόμενα. *Cataclita vocat, quæ in accumbendo, præ nimio luxu, lectis inſternuntur.* Videat nunc Salmaſius, quàm ſe meritò Græci ſermonis peritiâ iactet, ac Tertulliani Interpretes reprehendat, qui eodem, quo Baſilius, ſenſu cataclita ſumpſerunt.

Salm. in Notis ad Pall. Tertul. cap. III, p. 125. & in Confut. Kerkoët. pag. 118. & ſeq.

Nihil magis hominis intererat, quàm veteris illius litis memoriam obterere, nec intempeſtiua eius recordatione inſigniorem ſuam culpam facere. Sed non poteſt. Nam ec-

Digitized by Google

ce denuò alterius errati ſui memoriam refricat, dum Ker-
koëtium quoquomodo vexare ſtudet. Veriſſima ſcribit eſ-
Sal. Plin. ſe, quæ primus de vocabuli πίνου ſignificatione aperuit,
Exerc pag. quicquid contra blatterent alij. Age ergo videamus quem-
839. A. admodum purgare illa poſſit, quæ ſuper iſta voce Kerkoë-
Pag. 175. tius ei obiicit Maſtigophoro III. Nam Salmaſius in Con-
futatione Animaduerſ. Kerkoëtij cenſet ab Halicarnaſſenſi
Dionyſio πίνον ἀρχαϊκὸν, ſiue χνοῦν opponi ſuorum tempo-
rum Rhetoricæ imbecilli, & viribus carenti. *Hanc*, inquit,
diſtinguit ab illo πίνῳ *Rhetoricæ antiquæ, quæ fortis erat, &*
maſcula, multúmque arti, & exercitationi debebat: cùm illa è
contra recens dicendi ratio, quæ Dionyſii temporibus vigebat,
nulla arte conſtaret, ſed ſolo impetu. extemporalitate quippe tunc
plurimum gaudebant. fundebant itaque, non dicebant, ἐμοῦντες,
οὐκ ἀκριβοῦντες. Hoc cùm ſcriberet Salmaſius, neque intel-
ligebat profectò quid ſcriberet, & Dionyſium Halicarnaſ-
ſenſem nimis raptim legerat. Nihil enim magis contra Scri-
ptoris illius mentem afferri potuit, quàm quod illo capite
diſſeruit. Quippe Dionyſius triplicem dicendi characterem
ſtatuit: Primus eſt αὐστηρός, *auſterus*, & archaïcus, qui & ſcaber,
atque impolitus eſt. cuius proprius eſt πίνος, ſiue χνοῦς τῆς
ἀρχαιότητος, *antiquitatis ille ſitus*. Secundus eſt γλαφυρὸς, ἢ
ἀνθηρὸς, politus & comptus. à quo πίνος abhorret. Tertius
κοινὸς, qui amborum dotes in ſe continet. Ad primum ge-
nus pertinent è poëtis Pindarus, Æſchylus; ex hiſtoricis
Thucydides. ad ſecundum Heſiodus, Sappho, Anacreon,
Simonides, Euripides è Poëtis; ex hiſtoricis Ephorus, ac
Theopompus: ex oratoribus Iſocrates. Tertium genus ob-
tinent poëtæ quidem Homerus, Steſichorus, Alcæus, So-
phocles: ex hiſtoricis Herodotus: ex oratoribus Demoſthe-
nes. Secundi generis Scriptores, à quibus πίνος abeſt, prio-
ribus antiquiores ſunt, quorum proprius eſt πίνος. Nam
Heſiodus longè Pindari, & Æſchyli ætatem anteceſſit. At
Salmaſius Dionyſium ait πίνον tribuere antiquioribus multo
quàm erant ſecundi generis, & hos ipſos affirmat Dionyſij
tempore fuiſſe. Itaque Dionyſij, id eſt Auguſti ſæculo vi-
xerunt Heſiodus, Sappho, Anacreon, Euripides. Præterea
qui

Digitized by Google

qui in poſteriori cenſentur, & πόνῳ carent, hos aſſerit *nulla arte, ſed ſolo impetu, atque ex tempore dixiſſe*. Quare nihil ad ſcribendum neque artis, neque cultus, neque temporis contulit Iſocrates, aut Euripides, vt de cæteris taceam, quos conſtat laborioſiſſimè, diligentiſſiméque ſcripſiſſe. Hæc ſunt portenta non meditatè ſcribentis, ſed ἐμοῦντος, *vomentis* Salmaſij. quorum pudêre iam ipſum debet: inſtaurare verò memoriam, & inuitis etiam, atque aliud agentibus obtrudere, profectò non decet. Sed ea copioſius in tertio Maſtigophoro Aremoricus Kerkoëtius expoſuit. quæ comiter à Salmaſio prætcrita, diſſimulatáque ſunt. nos ad alia, quæ ſunt recentioris operis flagitia, redeamus.

De Archontibus Athenienſium, & errore Salmaſii. Solinus perperam ab eo reprehenſus exponitur.

CAPVT VII.

FORTE Plinianas Exercitationes raptim, vti fit, euoluenti is mihi locus oblatus eſt, quo in loco de Macedonicis regibus Salmaſius, déque Archelao rege commentatur. In eo ſtatim illud occurrit imperitiſſimè ſanè de Ἄρχοντος vocabulo notatum. Cùm enim Archontem eum, quo & Pericles obiit, & iniiſſe regnum Archelaus dicitur, malè à pleriſque Epaminonem nominari ſcripſiſſet, qui Aminon ſit appellandus, vt ἐπ' Ἀμείνονος ἄρχοντος, *ſub Aminone Prætore* dicatur, non Ἐπαμείνονος ἄρχοντος, ſententiæ ſuæ cauſſam attulit abſurdam prorſus, & ridiculam. Negat enim Græcos vnquam vſurpaſſe ſimpliciter ἄρχοντος τοῦ δεῖνα: ſed cum præpoſitione, ἐπὶ ἄρχοντος τοῦ δεῖνα. Vix erit vt à Salmaſio tale aliquid proditum ſcripto putetur, niſi verba ipſa deſcripſero. *Corrumpunt*, inquit, *dum ſcribunt*, Ἐπαμείνονος ἄρχοντος. NVNQVAM GRÆCI ITA LOQVVNTVR. *hoc enim eſſet. Epaminone regnante. at* Ἄρχων *magiſtratus no-* Sal. pag. 147.

Bbb

men. Itaque ſemper dicunt, ἐπὶ ἄρχοντος τοῦ δεῖνα, καὶ δεῖνος; *ſub illo, aut illo magiſtratu.* NVNQVAM ALITER GRÆCOS AVTHORES LOQVI REPERIES. Itáne Græci nunquam vſurpant, ἄρχοντος τοῦ δεῖνα, ſed ἐπὶ præpoſitionem ſemper adiiciunt? Atqui innumerabilia ſunt Scriptorum loca, in quibus ἄρχοντος ſimpliciter, ac citra præpoſitionem legitur. Thucydides lib. II Peloponneſiacum iniiſſe bellum ait Πυθοδώρου ἔτι δύο μῆνας ἄρχοντος. An regnante Pythodoro voluit, quia præpoſitionem omiſit? Dionyſius Halicarnaſſenſis, qui Olympiadum initiis Prætores Athenienſium ſolet adſcribere, nunquam aliter fere loquitur, quàm ἄρχοντος τοῦ δεῖνα. Libro VI ad annum Vrbis CCLX, μετὰ ταῦτα παραλαμβάνουσι τὴν ὑπατικὴν ἀρχὴν Αὖλος Οὐεργίνιος Μοντανὸς, καὶ Τίτος Οὐετούριος Γέμινος, ἄρχοντος Ἀθήνησι Θεμιστοκλέους.

Initio lib. VIII, anno V. C. CCLXV Ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀγχίσου Conſules iniiſſe ſcribit. Initio lib. X, anno V. C. CCXCIII: Μετὰ δὲ τούτους Ὀλυμπιὰς μὲν ἦν ὀγδοηκοστὴ, ἣν ἐνίκα στάδιον Τορύμβας Θεσσαλὸς, ἄρχοντος Ἀθήνησι Φρασικλέους. Idem libro I, vbi de Roma à Gallis capta ſcribit: ἡ Κελτῶν ἔφοδος, καθ' ἣν ἡ Ῥωμαίων πόλις ἑάλω, συμφωνεῖται σχεδὸν ὑπὸ πάντων ἄρχοντος Ἀθήνησι Πυργίωνος γενέσθαι. In Epiſtola ad Ammæum natum ait Ariſtotelem Διοτρεφοῦς Ἀθήνησιν ἄρχοντος. Vno verbo, nunquam ferè aliter elegantiſſimus ille Scriptor loquitur.

Pauſanias item ſexcentis in locis. Velut in Meſſeniacis, ταῦτα δὲ ἐπὶ τῆς Ὀλυμπιάδος ἐπράχθη τῆς ἐνάτης, καὶ εἰκοστῆς, ἣν Χίονις Λάκων τὸ δεύτερον ἐνίκα, Μιλτιάδου παρ' Ἀθηναίοις ἄρχοντος. In Phocicis quoque, Κατεκαύθη δὲ Ἐρξικλείδου μὲν Ἀθήνησιν ἄρχοντος, πρώτῳ δὲ τῆς ὀγδόης Ὀλυμπιάδος ἔτει, καὶ πεντηκοστῆς. In Eliac. II Gelonem ait obtinuiſſe Syracuſas Ὑβριλίδου Ἀθήνησιν ἄρχοντος. In Achaicis: ἐγένετο δὲ τῆς Ἑλίκης ἀπώλεια Ἀστείου μὲν Ἀθήνησιν ἔτι ἄρχοντος. Mitto cætera, ne ſim longior. Plutarchus in Vita Theſei, Μετὰ δὲ τὰ Μηδικὰ, Φαίδωνος ἄρχοντος, &c. Xenophon lib. I Hiſt. lunam ait defeciſſe, Πιτύου μὲν ἐφορεύοντος, ἄρχοντος δὲ Ἀθήνησι Καλλίου. Et lib. II, Εὐδίου ἐν Σπάρτῃ ἐφορεύοντος, Πυθοδώρου δ' ἐν Ἀθήναις ἄρχοντος. Vtrúmnam Xenophon Græcè neſciuit; an *regnan-*

te Phædone, vel Eudio, contigiſſe iſta voluit? Ptolemæus lib. IV Lunæ deliquia recenſet quatuor, &, quibus acciderunt, Archontas nominat: nec vnquam ἐπὶ ἄρχοντος, ſed ſimpliciter ἄρχοντος dicit, Ἄρχοντος Ἀθήνησι Φανοστράτου, Ἄρχοντος Εὐάνδρου. Phlegon Mirab. cap. VI. Ἐγένετο ἀνδρόγυνος ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀντιπάτρου. cap. XX ἄρχοντος Ἀθήνησι Θεσσύλλου, cap. XXII Ἄρχοντος Ἀθήνησι Δημοφίλου. ac paſſim ad eum modum. Pudenda igitur oſcitantia eſt, negare Græcos ita loqui ſolitos, Ἐπαμείνονος ἄρχοντος, aut id fore, *Epaminone regnante*. ſed neceſſarium eſſe adiunctum ἐπὶ, vt Magiſtratum ſignificet. Neque verò receptæ lectionis in illo proprio nomine pœnitere nos debet: præſertim cùm Ἐπαμείνονα Græcum nomen eſſe Salmaſius ipſe fateatur. Quinetiam Diodorus ἐπὶ ἄρχοντος Ἐπαμεινώνδου ſcripſit illo anno: vt appareat τὸ ἐπὶ partem eſſe proprij vocabuli, non præpoſitionem.

Poſtremò fruſtrà Salmaſius eodem loco Solinum ſuum turpiſſimæ hallucinationis arguit, quòd Macedonicorum regum ſucceſſionem perperam deſcripſerit. ac Perdiccam Carano, Perdiccæ Alexandrum Amyntæ F. ſucceſſorem dederit. Itaque multum ſatagit, vt immanem hunc ἀναχρονισμὸν refellat. Poterat hunc laborem compendi facere, ſi plus in rem iudicij contuliſſet. Nam cuiuis perſpicuum eſt, Solinum in illa deſcribenda ſerie non omnes ordine commemorare principes, neque ἀμέσως ſequentem priori perpetuò ſubiicere; ſed eos tantummodo delegiſſe, qui aliqua re inſignes extitiſſent. *Macedonem*, ait, *Caranus inſequitur.* Porro Macedonem iſtum Deucalionis maternum nepotem facit. A Deucalione ad Caranum anni fere 728. Quis adeo ſtupidus eſt, vt non videat Caranum à Solino non ἀμέσως Macedoni ſubſtitutum eſſe? Sic & illud intelligi par eſt: *Succeſſit Carano Perdicca.* hoc eſt in ſucceſſorum ſerie numeratur. Item illud: *Ab hoc Archelaus regnum excepit.* quod nullo interiecto dictum putare nihil eſt neceſſe, neque probat Solinianus Interpres. Sic ingens illa nata de nihilo hiſtoria concidit. Salm. pag. 156.

De Carneadis Academiæ principis ætate noua quædam ſententia, & receptæ vulgò Chronologiæ caſtigatio. Eiuſdem cum aliis duobus legatio ad Romanos ſuſcepta.

CAPVT VIII.

CREBRA Ciceronis in libris eſt philoſophi Carneadis, ac ſemper maxima cum laude coniuncta mentio; quædam etiam de eodem affirmata conſtanter: ex quibus perdifficilis de ætate ac tempore illius oritur quæſtio, ſi quis conferre iſta cum iis velit, quæ ab antiquis authoribus apud Diogenem memoriæ prodita leguntur. Eam nos controuerſiam complectemur hoc capite: ac ſubinde quanta in ea diſceptanda Soliniani commentatoris audacia verſata ſit, patefacta rei veritate, docebimus. Libro primo de Oratore Carneadem Antonius Athenis à ſe conuentum ait, cùm in Aſiam pro Conſule proficiſceretur. ac ne dubium ſit, quo de Carneade loquatur, hunc eundem Academicum fuiſſe dicit, & patrio illius ſectæ more aduerſari ſolitum omnibus in diſputando. nullus vt alius fingi poſſit, quàm celeberrimus ille Carneades Epicomi filius, patria Cyrenæus, qui Academiæ partes contra Stoicos egregiè tutatus eſt, & quartus ab Arceſila ſectæ illi præfuit, vt Cicero in calce lib. I Academ. & in IV teſtis eſt.

Huius in Ciliciam profectionis ſuæ, & cum Carneade conſuetudinis meminit Antonius idem in fine lib. II. *Sed tamen audiui, vt heri dicebam, & Athenis cùm eſſem, doctiſſimos viros, & in Aſia iſtum ipſum Scepſium Metrodorum, cùm de his ipſis rebus diſputarem.* Paulo item antè de memoriæ arte diſputans: *Vidi enim*, inquit, *ego ſummos homines, & diuina propè memoria Athenis Carneadem; in Aſia, quem viuere hodie aiunt, Scepſium Metrodorum: quorum vterque tanquam*

Digitized by Google

literis in cera, ſic ſe aiebat imaginibus in iis locis, quos haberet, quæ meminiſſe vellet, praſcribere. Et hîc Carneades idem ille Academicus eſt, quem ſe Athenis diſputantem audiſſe narrabat Antonius. Annus autem, qui ab Antonio deſignatur, eſt V.C.DCLII, C. Mario IV, & Lutatio Catulo Coſſ. quo Prætor ille pro Conſule contra Piratas rem feliciter geſſit.

Præterea lib. I de Oratore Craſſus ſe, cùm Quæſtor ex Macedonia veniſſet Athenas, Carneadem ibi cum Clitomacho, ac Metrodoro vidiſſe ait, & cum Carneade Platonis Gorgiam legiſſe diligentius. Quin eodem libro poſtea quid de Craſſo ſentiret Carneades Antonius refert. *Quibus*, inquit, *dicere Carneades ſolebat, ingenium ſuum, Craſſe, vehementer admirans, me ſibi perfacilem in audiendo, te perpugnacem in diſputando eſſe viſum.* Loquitur autem de Academico illo nobili, vt ſuprà demonſtrauimus. Nam hic ſermo cum eo continuatur, in quo Academiæ patrio more oppugnare omnes ſolitum eſſe Carneadem dixit. Quis ille ſit annus, quo Quæſtura prouinciali functus in Macedonia Craſſus Athenas venit, quærent quibus iſta ſcrutari ótium, ac voluntas erit. Illud extra controuerſiam eſt, legitimum tempus petendo huic Magiſtratui annum ætatis fuiſſe XXVII. Fuit autem quadriennio iunior Craſſus Antonio, vt apud Ciceronem in fine lib. II de Orat. teſtatur Antonius. Cicero verò libro de Claris Orat. triennio minorem facit. Ibi & Antonij, atque Craſſi ætatem explicat. Craſſum enim aſſerit natum eſſe Q. V. Cæpione, & C. Lælio Coſſ. ac triennio ipſo minorem Antonio fuiſſe. Itaque natus eſt Craſſus anno V.C. Varroniano DCXIV, Per. Iul. 4574. Antonius verò quarto ante hunc anno, hoc eſt ſolidis tribus interiectis, anno V.C. DCX, Ser. Sulpicio Galba, & L. Aurelio Cotta Coſſ. Per. Iul. 4570. Vt igitur anno XXVII Quæſtor fuerit in Vrbe Craſſus, eſto hic annus V.C. DCXLI ſequente anno Athenis eſſe potuit cum Carneade: qui decem poſt annis Proconſulem M. Antonium in eâdem vrbe vidit. Ad hæc Cicero in fine lib. I Academ. Carneadis Academici auditores viſos à ſe dicit. Tùm initio lib. V de Fin. Cicero cum Attico, & Piſone colloquentem ſe Athenis

introducens, & ea loca viſentem, in quibus clariſſimi Philoſophi docuerant: *Modò*, inquit, *fuit Carneades, quem videre videor. eſt enim nota imago: à ſédéque ipſa tanta ingenij magnitudine orbata deſiderari illam vocem puto.*

Ex iis omnibus efficitur, Carneadem anno Vrbis conditæ ɪↄᴄʟɪɪ adhuc in viuis fuiſſe, cùm ageret Antonius ætatis annum XLII, Craſſus XXXVIII, Cicero verò ipſe annum IV. Quippe Craſſus Ciceroni ætate præſtitit annis quatuor & triginta: vt in Bruto ſcriptum eſt, ab eodem. Hoc ſi verum eſt; falsò Apollodorus in Chronicis apud Diogenem mortem illius contulit in annum IV Olympiadis CLXII. qui eſt Per. Iul. 4586, Vrbis conditæ ɪↄᴄxxᴠɪ. niſi apud Diogenem mendum ineſt in numeris. Nam de Ciceronis ſententia dubitandi locus non relinquitur.

Celebris eſt eiuſdem Philoſophi legatio, quam pro Athenienſibus ſuſcepit, ac Romam cum Critolao, & Diogene Stoico profectus eſt. cuius annus haud minori in quæſtione verſatur. Gellius lib. XVII. Cap. vlt. legatos illos ſub bellũ Punicum II veniſſe ſcribit Plauti tempore, ante Ennium, & Terentium. quod eſt falſiſſimum. Mortuus eſt Ennius anno v.c. ɪↄʟxxxv. At legatio illa, ſi Pauſaniam ſequimur in Achaicis, contigerit circiter anno v.c. ɪↄᴄʟɪɪ. Cicero lib. II Academ. confert in Coſſ. P. Cornelium Scipionem, & M. Marcellum Coſſ. quo tempore A. Albinus Prætor fuit. idque ex Clitomacho diſcipulo Carneadis affirmat. Hic annus eſt v.c. ɪↄxcɪx. Sanè Plutarchus Catone valdè ſene aduenisse ſcribit in eius vita. Vt ut res habet, nihil obſtat Ciceronis illi de Carneadis obitu ſententiæ. Vixit enim annos XC, vt idem IV Academ. & Valerius Max. lib. VIII, cap. VII teſtantur. Quare ſub tempus legationis quadrageſimum ætatis annum plus minus agebat; vt paulo poſt Antonij conſuetudinem illam in viuis eſſe deſierit, hoc eſt ſub annum v.c. ɪↄᴄʟɪɪɪ.

Pauſanias pag. 216.

Digitized by Google

Confutatur Salmaſij de Carneade, & locis quibuſdam Ciceronis opinio. De pugna Cyaxaris & Alyatta, cuius in tempore idem ille eſt hallucinatus.

CAPVT IX.

HÆC de Carneadis ætate ex antiquorum, ac nobilium ſcriptorum diſſenſu iure orta dubitatio, prudenti, ac minimè præcipiti viro ſcrupuli aliquid iniicere potuit, vt amplius ea de re pronunciandum putaret. At Salmaſius ad vnguem factus Criticus, cui *Nil intra eſt oleam, nihil extra eſt in nuce duri*, minimo ſe negotio ex hac ſalebra expedit. Quippe in loco illo lib. II de Orat. vbi Antonius ſe Athenis vidiſſe Carneadem ait, pro *Carneade Charmadam* reponit. Locus eſt apud eundem Ciceronem in I Tuſcul. vbi Carneades & Metrodorus Scepſius à memoria commendantur: *quanta memoria nuper Carneades, quanta qui modò fuit, Scepſius Metrodorus?* Turnebus ex vetuſtis codicibus *Carmadam*, pro *Carneade* ſubſtituit. quod etſi neceſſe non arbitror, quia & Carneades memoria fuiſſe ſingulari dicitur: & cum Metrodoro Scepſio perſæpe componitur: & ſimiliter, atque hoc loco *nuper* ait *Carneadem fuiſſe*, lib. V de Finibus *eundem fuiſſe modò* dixit: vbi nemo alius præter Carneadem intelligi poteſt. & libri denique veteres *Carneadem* non minus agnoſcunt. quamuis igitur Carneadis vocabulum hîc retinendum eſſe non dubitem; tamen minimè reprehendendus eſt Turnebus. præſertim cùm Plinius lib. VII, cap. XXIV inſigni memoria fuiſſe Carmadam ſcribat. Salmaſius verò, quod non abſurdè in illo Ciceronis loco fecerat Turnebus, ſupra modum imperitè, inſcitéque auſus eſt in altero lib. II de Orat. in quo ſe Antonius Athenis Carneadem, & Metrodorum vidiſſe narrat. Nam & ibi *Charmadam* legendum aſſeuerat. At id eſt abſurdiſſimum. Nam de philoſopho Academiæ nouæ principe illîc Antonius loquitur; vt antecedenti capite demonſtrauimus: cu- Salm. Plin. Exercit. pag. 50.

iuſmodí fuiſſe Carneadem, monumenta omnia teſtantur: Charmadam nemo eſt qui eo nomine commendet. Vana etiam eſt illius argumentatio; cùm ex eo coniecturam ſuam probat, quòd Carneadem Antonius videre non potuerit. *Quî enim*, inquit, *verum id eſſe poſſit, qui legatus ad ſenatum miſſus eſt cum Diogene Stoico, & Critolao Peripatetico, Catonis Cenſorij tempore?* Vt eius iſta verba ſunt, putes amplius ſæculo vno inter legationis tempus, & Antonium intercedere. Atqui decennij ad ſummum interuallum eſt inter Carneadis aduentum, & ortum Antonij. Tùm oſtenſum eſt Carneadem longæuum fuiſſe, vt in eandem ætatem cadere ambo illa potuerint, quæ ἀδύνατα eſſe incredibili ἀσυμφωνίᾳ putat Salmaſius.

Salmaſius pag 193.A Cuius alterum ſpecimen præbuit ad Solini cap. XV. vbi Solinum caſtigat; qui bellum inter Alyattem Lydum, & Aſtyagem Medorum regem, geſtum eſſe ſcribit Olympiade nona & quadrageſima, anno poſt Ilium captum ſexcenteſimo quarto. Salmaſius primùm ex ipſomet Solino demonſtrare nititur, non potuiſſe Olympiadem XLIX annum eſſe ſexcenteſimum quartum ab Ilio capto: *Quoniam*, inquit, *primam Olympiadem ab Iphito numeratam fuiſſe ſcribit anno poſt excidium Troiæ quadringenteſimo octauo.* Nulla eſt, hac quidem ex parte, Soliniani calculi diſcrepantia. Nam Olympiadis XLIX annus quartus iniit anno ſexcenteſimo quarto ab Ilio capto. Capta eſt Troia anno Per. Iul. 3530, vt alibi demonſtratum eſt. annus Iphiti 196 cœpit anno 4133, qui eſt quartus & ſexcenteſimus ab anno 3530. Sanè ab hoc anno Solini non multùm abhorrebat Scaliger in editione I Operis de Emend. Temp. Etenim prælium illud accidiſſe volebat anno tertio Olymp. XLIX; eclipſin verò Septembris XX. Hic eſt annus Per. Iul 4132. ſed hoc anno nullum in Lydia deliquium fuiſſe Solis ob parallaxin, oſtendimus lib. IX de Doct. Temporum cap. I.

Subiicit Solinianus caſtigator: *Præterea falſum eſt quod ait hoc bellum inter Alyattem, & Aſtyagem geſtum eſſe Olympiade XLIX. ſex annos id bellum tractum fuiſſe ſcribit Herodotus. iura pacis inter eos firmata ſunt ſtatim poſt ſolis defectionem, quæ contigit anno tertio Olympiadis quadrageſimæ octauæ.* Si Herodotum legiſſet,

legiſſet, ſciret ab illo dici non Aſtyagem cum Alyatte, ſed illius patrem Cyaxarem in eo prælio certaſſe. Itaque falſum eſt prælium iſtud, ac deliquium Solis, de quo Herodotus loquitur, anno tertio Olympiadis XLVIII contigiſſe. Aſtyages poſtremus Medorum rex, cùm regnaſſet annos XXXV, à Cyro nepote in ordinem redactus eſt anno I Olympiadis LV. Hic eſt annus Iphiti 217, de quo deductis 35, reliqui ſunt anni Iphiti 182. Igitur anno ineunte Iphiti 183, ſiue Olympiadis XLVI anno tertio, Aſtyages regnare cœpit, nouem annis ante conflictum cum Alyatte. Totidem mors Cyaxaris antecedit annum, quem ex Scaligero Salmaſius ἀβασιλεύτως exprimit. Denique ſolare deliquium illud, quod anno tertio XLVIII Olympiadis incidit, ad hiſtoriam non congruit, tametſi cætera conſtarent. Videnda ſunt quæ initio lib. X de Doct. Temp. hac de re diſſeruimus.

De Dara opido, quod cum Dariao imperitè confudit Salmaſius. ſuper Agathiæ patria error eiuſdem. item de Padi fontibus. Strabo explicatus, & ab eius falſa interpretatione vindicatus. Caſauboni in eodem error.

CAPVT X.

Qvantvs in hiſtoria ſit Plinianus Exercitator, capite ſuperiori docuimus. Geographicæ rei, in qua accuratus videri ſtudet, quàm ſit in eo magna peritia, hoc ipſum caput aperiet.

Daras eſt locus trans Euphratem in ſuperiori Meſopotimiæ parte, vbi Anaſtaſius anno imperij ſui XVII opidum cum arce validiſſimum excitauit, appellauitq; Anaſtaſiopolin. Euagrius lib. III, cap. XXXVII, μετὰ χρόνον τοῦ πολέμου τοῦτον, ὁ Ἀναστάσιος Δάρας χωρίον τῆς Μέσης τῶν ποταμῶν περὶ ταῖς ἐσχατιαῖς τῆς Ῥωμαίων ἐπικρατείας κείμενον, καὶ μεθόριον ὥσπερ ἑκατέρας πολιτείας καθεστὼς, ἐξ ἄκρου πόλιν εἶναι ποιεῖ. *Poſt*

hoc bellum, Anaſtaſius Daras locum quendam Meſopotamiæ, in finibus Romani imperij ſitum, & vtriuſque ditionis velut limitem,

Procop. lib. I, pag. 15.

ex agro fecit opidum. Meminit & Procopius libro I Perſic. & addit hunc locum diſtare Niſibi ſtadia XCVII, ac Perſarum finibus octo & viginti. Quare inter Niſibin & Perſici imperij limitem, atque adeo Tigrim poſitum erat opidum illud. De Niſibis ſitu diximus ad Orat. II Iuliani, eámque cis Tigrim, trans Euphratem, in ſuperiore Meſopotamia collocatam fuiſſe docuimus. Stephanus item mentionem illius facit, quæ & apud Theophanem, cæteróſque, qui illorum temporum hiſtoriam ediderunt, frequens occurrit. Huic appellationi non abſimilis eſt regio, quàm Darieum vocat Plinius lib. VI, cap. XVI. *A Caſpiis*, inquit, *ad Orientem verſus regio eſt Zapauortene dicta, & in ea fertilitatis inclyta locus Daricum.*

Salm. Plin. Exercitat. pag. 982.

Salmaſius ad huius regionis illuſtrandum ſitum ingentem authorum turbam congerit. velut inter alios Iuſtinum lib XLI vrbem Daram ab Arſace Parthici imperij conditore ſtructam referre in monte Zapaortenon. Mox allatis Procopij, ac Stephani verbis, quibus Daras, ſiue Anaſtaſiopolin, ab Imperatore Anaſtaſio munitam ſcribunt, ita concludit:

Sal. p. 982. D

CERTE EADEM EST DARAS PROCOPII, ET STEPHANI CVM DARA IVSTINI, ET PLINII DARÆON MONTE. Nullum, ex quo inter homines hæc ſtudia tractantur, prodigium maius hallucinationis auditum eſt. *Darieum* Plinij in Zapauortene ſitum eſt vltra Caſpias portas, Orientem verſus, & in Parthia. Hæc enim ad Orientem Caſpias portas excipit; in qua regiones ſunt Choarene, Parthyene, Apauarcticene, vt author eſt Ptolemæus, & Iſidorus Characenus, præter Plinium. Darieum itaque Plinij ſine dubio eſt in Parthia: vbi & Daram opidum ab Arſace conditum Iuſtinus ait. Quis igitur vel fingi de induſtria maior hoc ſtupore poteſt; Daras Procopij eundem eſſe cum Darieo Plinij, vel Dara Iuſtini locum? Hoc eſt Meſopotamiam in Parthiam transferre. Niſibis longitudo, à qua haud procul Daras, ſiue Anaſtaſiopolis, apud Ptolemæum graduum eſt 75, 10'. Dara Iuſtini, ſiue Darieum Plinij, vt ex eo tractu, in quo ſitum eſt, æſtimare licet, gradui 98 ſubeſt. Interuallum graduum ferè

23, quantum eſt à Canariis inſulis ad mediam circiter Galliam noſtram. Præterea Daras Procopij, & Stephani in limite Romani imperij, ac Perſici fuit. Vbi legit Salmaſius Romanos imperij ſui terminos trans Aſſyriam, Mediámque in Parthiam vſque propagaſſe?

Generis eiuſdem, hoc eſt Geographicum ἁμάρτημα leuius quidem iſto, ſed non contemnendum, in Plinianis Exercitationibus admiſſum eſt. Agathiam ait Smyrnæum fuiſſe, quamuis Μυρηναῖος ſæpe nominetur. quod eo factum putat, quia Smyrna quoque Myrina vocata ſit. Legeret Agathiam, nec tam temerè de re ſibi ignota ſententiam ferret. Hiſtoricus iſte initio pene Operis patriam ſuam tam inſigniter deſcribit, dubitationem vt omnem ſuſtulerit. Ἐμοὶ inquit, Ἀγαθίας μὲν ὄνομα, Μύρινα δὲ πατρίς, &c. Mox ne ſitum Myrinæ patriæ ſuæ neſciremus; Μύρινα δέ φημι, οὐ τὸ Θρᾴκιον πόλισμα, οὐδὲ εἴ τις ἑτέρα κατὰ τὴν Εὐρώπην τυχὸν, ἢ Λιβύην τῇδε κέκληται τῷ ὀνόματι· ἀλλὰ τὴν ἐν τῇ Ἀσίᾳ πάλαι ὑπὸ Αἰολέων ἀπῳκισμένην, ἀμφὶ τὰς ἐκβολὰς τοῦ Πυθικοῦ ποταμοῦ· ὃς δὴ ῥέων ἐκ Λυδίας τῆς χώρας εἰς τὸν ἔσχατον αὐλῶνα τοῦ κόλπου τοῦ Ἐλαΐτου ἐμβάλλει. *Myrina*, inquit, *mihi patria eſt. Myrinam autem appello non Thracenſe opidum: neque aliam quamlibet vrbem, quæ in Europa fortaſſe, vel Africa nomine iſto cenſeatur. ſed eam, quæ in Aſia ſita eſt, in quam Aeoles olim coloniam miſerunt, ad oſtia Pythici fluuij: qui ex Lydiæ tractu profluens, ad intimum receſſum ſinus Elaitæ mari conditur.* Potuítne patriam ſuam Agathias indicare certius, & ἀρχαῖαν Critici refellere? Myrina iſta in Æolide eſt, vbi & Strabo, Ptolemæus, Stephanus eam collocant. At Smyrna Ioniæ ciuitas eſt. Tùm Elaites ſinus ab Elæa Æolidis vrbe dictus eodem in tractu continetur. Sal. p.865.B

Tertium his adiungam eiuſdemmodi, hoc eſt locorum ex imperitia, & præcipiti iudicij leuitate commiſſum, cùm de Padi fontibus agit ad Solini caput. Scripſit Strabo libro IV in ſummis Alpium iugis caua quædam eſſe loca, in queis ingens continetur lacus, ac fontes duo haud longè inuicem diſſiti: ex quorum altero inde Druentia in Rhodanum; inde Duria in Padum euoluitur; ex altero longè Sal. p.84

iſtis locis humilior Padus oritur. Verba Strabonis operæ pretium erit hîc adducere. Ἄνω δ' ἐν ποσι κοίλοις χωρίοις λίμνη τε συνίςαται μεγάλη, καὶ πηγαὶ δύο οὐ πολὺ ἄπωθεν ἀλλήλων· ὧν ἐκ μὲν τῆς ἑτέρας ἐςὶν ὁ Δρουεντίας ποταμὸς χαραδρώδης, ὃς ἐπὶ τὸν Ροδανὸν καταῤῥάττει, καὶ ὁ Δουρίας εἰς τἀναντία· τῷ γὰρ Πάδῳ συμμίσγει, κατενεχθεὶς διὰ Σαλασσῶν εἰς τὴν ἐντὸς τῶν Ἄλπεων Κελτικήν. ἐκ δὲ τῆς ἑτέρας πολὺ ταπεινότερος τῶν χωρίων τούτων ἀναδίδωσιν αὐτὸς ὁ Πάδος πολύς τε καὶ ὀξύς. Horum perſpicua ſententia eſt, vt expoſui. Lacus hodiéque viſuntur in ſummis Alpibus duo, ait Cluuerius libro I Italiæ, capite XXXV, maximè viſendi, memorandíque: alter in vertice Ceniſij montis, alter in ſummo Veſulo. ex his per ſubterraneos cuniculos fontes amnium oriri creduntur, ex Ceniſio fluuij, qui apud Seguſium in Duriam minorem influit, ex Veſulo Padi. hos lacus Strabo commiſcuit in vnum. Hæc ferè Cluuerius, qui ἐξ αὐτοψίας, ac diligenter loca perſcrutatus iſta prodidit. Igitur fons ille, è quo Padus oritur, cauis iis locis, quibus continetur lacus, depreſſior eſt, & ipſo tamen inferiora ſunt prærupta quædam ſaxa, per quæ ingenti cum fragore præcipitat. Sic veriſſimum eſt, quod Strabo refert, Padum ex altero fonte oriri, πολὺ ταπεινότερον τῶν χωρίων τούτων, id eſt humiliorem, ac depreſſiorem ſuperioribus iis cauis, in quibus eſt lacus.

Fruſtrà Caſaubonus princeps ſuſpectum mendi locum habuit, & corrigendum putauit, ἐκ δὲ τῆς ἑτέρας πολὺ ταπεινοτέρας διὰ χωρίων τούτων: quaſi hoc vellet Strabo, *ex altero fonte multo depreſſiore Padum oriri.* quæ caſtigatio vt minimè neceſſaria, ſic à ſententia non multùm aliena. Illa verò Salmaſij non ſolùm falſa, ſed eo quoque minus tolcranda, quod non cunctanter, ac dubitando, vt Caſaubonus; ſed confidenter ita ſcribi imperat: ἐκ δὲ τῆς ἑτέρας οὐ ταπεινότερος τούτων ἀναδίδωσιν αὐτὸς ὁ Πάδος, *ex altero fonte non humilior, aut exilior iſtis profluit Padus.* Mira hîc inopia iudicij. Nam duas voces temere nimis expungit, πολὺ, & τῶν χωρίων. vtraque neceſſaria eſt. Priorem ſi adhibeas, fiet ex Salmaſij correctione ſenſus ineptiſſimus;

Padum, quem copioſum eſſe mox ait Strabo, non multo exiliorem eſſe duobus torrentibus, Druentia, & altero illo, qui ſiue Duria eſt, ſiue in Duriam labitur. Sed vel omiſſo πολὺ, nihilo commodior eſt vt à Salmaſio concipitur. Nam ſi copioſus eſt Padus, non multùm dixerit Strabo, hunc torrentibus exiliorem non eſſe. Ad hæc ταπεινότερος de ſitu ac deiectione loci, non de paruitate dicitur, ταπεινότερος τῶν χωρίων τούτων. Sed eò reuertor: nec iſtas, nec vllas omnino correctiones Strabonis deſiderare verba, quæ ſunt integerrima. Quòd autem Salmaſius opponit, Padum ὀξὺν *rapidum* à Strabone dici, vnde conſequens ſit, non eum ex humiliore loco profluere, ex iis, quæ paulo ante ex Cluuerio retulimus, facillimè diſſoluitur. Non enim ſimpliciter ταπεινὸς Padus in origine ſua dicitur, ſed ταπεινότερος iis locis, quæ lacum continent. quod non prohibet alia eſſe rurſus illo depreſſiora, ac decliuia ſaxa, vt ad montium radices eſſe ſolent, per quæ cum impetu, ac fragore decurrit.

Plinius variis locis illuſtratus, & expoſitus, contra Salmaſij coniecturas. recedere quid ſit. cupreſſuum plantaria cur dotes dicantur. Earundem prouentus in Creta. quid ſit ortygometra.

CAPVT XI.

NIHIL odioſius fieri poteſt importuno correctore, qui quicquid non intelligit, deprauatum hoc in libris eſſe pronunciat, ac ſubinde commutare inſtituit. Hoc vitio laborat Solini commentator. Innumera ſunt & in Plinio, & in aliis Græcis, ac Latinis ab eo tentata Scriptoribus, & correcta, quæ caſtigatione nihil opus habebant. Præter illa, quæ hactenus obſeruata ſunt, quædam tumultuariè, ac ſine ordine notata proferemus hoc capite. Ac primùm quæ de Nilo flumine ex Herodoto, ac Plinio commemoraui t, adducemus in medium, quæ tùm percurrimus

Digitized by Google

cum ea quæ de Nili incremento Epiſt. L Iulianus attigit, ante oculos haberemus.

Salm. 426. C. *Largiorem fluere Nilum ad ſeptentrionem ſole diſcedente* Plinius aſſerit ex quorundam ſententia: *quod in Cancro & Leone euenit*. Plinium ἀβλεψίας appellat Salmaſius, ac docere eum ſatagit, Solem in Cancro & Leone nequaquam ad ſepten- Plin L. V, Cap. IX. trionem diſcedere. *nam è contrario*, inquit, *dum per ea ſigna tranſit, à ſeptentrione recedit, ſeptentrionem verſus pergit vſque ad ſolſtitium*. Hoc norunt etiam, qui alia omnia neſciunt. neque Plinius ignorauit, qui lib. XVI, cap. XXV ſatis id ſignificare viſus eſt. Sed acutiſſimus homo non vidit, *diſcedendi* verbum non tam motum, progreſſionémque Solis, quàm receſſum & diſtantiam ab auſtrali parte mundi, & acceſſum ad aquilonarem exprimere. Sic *recedere*, & *accedere* aliâs ambulationem, ac motum ſignificant, aliâs diſtantiam. Ita Curtius lib. IV *loca* dixit *à mari recedentia*. Hinc receſſus pro remotis ſecretiſque locis ab hominum frequentia. Eodem ſenſu Diodorus lib. I, τοῦ δὲ θέρους ἐπιστάντος ἀποχωροῦντα τῇ φορᾷ τὸν ἥλιον πρὸς τὰς ἄρκτους ἀναξηραίνειν, καὶ ταπεινοῦν τοὺς περὶ τὴν Ἑλλάδα ποταμούς: *Cùm in peragendo curſu ſuo æſtiuo tempore ad Septentriones recedit, exſiccare, ac depreſſiores facere Solem Græciæ flumina*. Ita redeundi verbum lib. III Georg. à Virgilio poſitum eſt,

Quáque redit medium Rhodope porrecta ſub axem.

vbi *redire* non vtique progredi, ac moueri eſt, ſed vergere, & appropinquare. Eſt autem illud animaduertendum, tam in Pliniano diſcedendi vocabulo, quàm in ἀποχωρεῖν Diodori tacitè ſubaudiri Nili fontes. Nam duæ ſunt ſunt opiniones inuicem contrariæ, quas inter ſe comparat Plinius: altera putantium inundationem Nili ex Solis ad eius fontes appropinquatione fieri: vt Timæus aſſerebat, *contra perpendiculum fontis ſidere ſtante*: altera Herodoti, qui Solis receſſu ac remotione id accidere volebat. quòd tunc Sol ad Septentriones diſcederet, ἀποχωρεῖ, nempe ab Nili fonte. Ea mens Plinii; qui cùm ita ſcribat: *pleriſque è diuerſo opinatis largiorem fluere ad Septentrionem Sole diſcedente*, idque in Cancro & Leone contingere: non ſic accipiendus eſt, quaſi

prioris ſententiæ fautorem Timæum, alibi, quàm in Cancro & Leone verſante Sole, id putaſſe fieri dixerit. ſed quòd eodem tempore Timæus Solem propius Nili fontem accedere, Herodotus longiùs abſtare ſuſpicati ſint. Omnis ergo diuerſitas in fontis Nili ſitu & collocatione poſita eſt, non in tempore incrementi. Quod Salmaſij alterum eſt παρόραμα. qui Plinium ideo prærerea reprehendit; quaſi diuerſa vtrique opinioni tempora Nili creſcentis imputauerit.

Plinius idem lib. XVI, cap. XXXIII de cupreſſis agens, ait quæſtuoſiſſima illarum plantaria fuiſſe, quòd magno venirent perticæ ex iis & aſſeres. *Quæſtuoſiſſima*, inquit, *in ſatus ratione ſilua. vulgóque dotem filiarum antiqui plantaria appellabant.* Nihil apertius. cupreſſorum plantaria dotem filiarum nominabant, quòd ex iis pecuniam ad illas maritandas conficerent. At Salmaſius mirè æſtuat, quaſi Plinius Salm. pag. dotem ſimpliciter appellaſſe plantaria ſcripſerit veteres. 173. D. *Plantaria appellaſſe antiquos dotem filiarum, id verò mirum eſt,* inquit, *nec vſquam lectum.* O rem ridiculam oppidò, & iocoſam! Cato apud Ciceronem lib. de Senectute, ait *agricolas hortum ſuccidiam alteram appellaſſe.* Non magis lectum eſt ſuccidiam ſignificare hortum, quàm plantaria dotem filiarum. ſed appellare in iſtis valet *profiteri inſtar eſſe*, & eundem vſum, ac commoditatem præſtare.

Eodem Plinij capite, ac loco Salmaſius quæ rectè habent quaſi vitioſa ſint interpolat. Subiicit enim verbis illis, quæ ſunt adducta, Plinius: *Huic patria inſula Creta: quanquam Cato Tarentinam eam appellat; credo quòd primùm eò venerit. Et in Ænaria ſucciſa regerminat. Sed in Creta quocumque loco terram moueris quiſpiam, niſi ſeratur alia, hæc gignitur, protinúſque emicat.* Hæc de Theophraſto tranſtulit Plinius, qui lib. III Hiſt. Plant. cap II ἐνιαχοῦ δὲ, ait ἂν μόνον ὑποσπάσωνται, καὶ κινήσωσιν, εὐθὺς ἀναβλαςάνει τὰ οἰκεῖα τῆς χώρας· ὥσπερ ἐν Κρήτῃ κυπάριττοι. *Alicubi ſi leuiter ſulcum impreſſerint, ac mouerint ſolum, ſtatim emergere familiaria illi terræ, vt in Creta cupreſſi.* Per ſeſe ait, ac nullo ſatu natiua quadam terræ vi cupreſſos erumpere. Adnotabat ad oram còdicis ſui Pellicerius in ſcriptis extare, *vt naturali hæc gignitur*, pro

niſi ſeratur alia. quod reſpondet illis Theophraſti, τῆ οἰκεία τῆς χώρας. Dalecampius quoque idem in manuſcriptis ſuis reperit.

Salmaſius οἴκοθεν affert conie&uram neque bonam, neque tolerabilem. Scribit enim: *Sed in Tarento quocumque in loco terram mouerit quiſpiam, ſi naturalis hæc gignitur, protinúſque emigrat: in illa verò etiam non appellato ſolo è ſponſo*: hoc ſenſu; cùm & in agro Tarentino, & in Creta proueniat cupreſſus, hoc intereſſe, quod in Tarentino, quocumque in loco terram mouerit quiſpiam, ſerendæ ſcilicet cupreſſo, ſi naturalis hæc terra ei fuerit, gignitur. vt non vbique in Tarentino agro optimè venirent cupreſſi, ſed in ea tantùm parte, vbi occurreret naturalis cupreſſo terra. at in Creta quocunque in loco eius inſulæ ſolum gignendæ cupreſſo bonæ eſt fidei, nec è ſponſo appellandum. Apage hanc corrigendi licentiam. De Tarento nihil eiuſmodi Plinius, ſed de Creta, quod Theophraſti locus euincit, è quo mutuatus eſt Plinius. Deinde vaniſſimum eſt, aſſerere in Tarentino agro ſi quis ſolum inuertat, ita demum prouenire hanc arborem, ſi naturalis ſit terra: in Cretenſi, tametſi naturalis non ſit. Neutrubi, ſi naturalis gleba non ſit, arbor eo modo gignitur, quem Theophraſtus, & ex eo Plinius explicant; nimirum abſque ſatione, ac ſponte. Hoc enim ambo illi ſignificant. Quis hæc contra mentem iſtorum; imò contra veritatem, ac naturam eſſe non videt, niſi qui nihil videt; dicere *in Creta cupreſſos vbique fe'iciſſimè prouenire etiam in non ſua, ac minimè naturali terra?* Quicquid illud eſt, quod ſponte & inarata tellus aſſiduè parturit, huic naturalis illa ſit neceſſe eſt. Nam nullum certius indicium eſt naturalis ſtirpibus terræ. Quamlibet Idæorum montium cacumina perpetuis niuibus albeſcant, naturale cupreſſis ſolum illìc eſt, vbi ſponte, ac nemine appellante, hoc eſt vomerem imprimente, ſuccreſcunt. Sed Plinij poſteriora illa non eſt aſſecutus Salmaſius: *Illa verò etiam non appellato ſolo*, &c: Quare totus hic locus ita ex veteribus codicibus, atque ex Peliſerij fide legendus eſt: *Sed in Creta quocunque loco terram mouerit quiſpiam, vi naturali* (poteſt & ſcribi,

quaſi

quaſi naturalis) *hæc gignitur, protinúſque emigrat. Illa verò etiam non appellato ſolo ex ſponſo, maximéque in Idæis montibus, & quos Albos vocant, ſummiſque iugis, vbi niues nunquam abſunt, plurima.* Nulla hîc ἀντίθεσις eſt comparatióue diuerſorum tractuum. ſed in eâdem inſula non ſolùm, inquit, impreſſa leuiter tellure, nullo ſatu, ac ſponte gignitur cupreſſus (quod vnum Theophraſtus de illa ſcripſit) verùm etiam non commota terra, hoc eſt non appellato, ac ſolicitato ſolo, & quaſi ex ſponſo ad reddendum ac patiendum compulſo. Cùm enim colitur, exercetúrque terra, quaſi nexu quodam obligatur, vt ex ſponſo citati, cogique poſſit ad reddendum mutuum. Eam vim habent iſtæ voculæ: *Illa verò*: quaſi diceret, *eadem verò*, vel *quinetiam*. Atque hoc poſterius aliunde quàm ex Theophraſto Plinius accepit. Nihil hac interpretatione verius; Salmaſiana autem inanis, & ludicra eſt.

In ſequentibus quoque Plinij verbis emendandis infelicem operam nauat Salmaſius. Vulgò ita ſcribitur: *Nec terra tantùm natura circa has refert, aut perpetua cœli; verùm & quædam temporaria vis. Imbres aliqua plerumque ſemina afferunt, & certo fluunt genere, aliquando etiam incognito: quod accidit Cyrenaicæ regioni, cùm primùm ibi laſerpitium natum eſt.* Legebat adhibita quoque coniectura ex M. S. ſuis G. Peliſerius, *temporaria vis imbrium aliqua plerumque ſemina affert.* Minima mutatione ſcripſerim, *verùm & quædam temporaria vis. Imbres aliqui*, vel *Imbrium aquæ*. aut, vt Dalecampius ex ſuis adnotauit, *Imbres alioqui*. Vtcunque verò ſcripſeris, retinenda iſta ſunt, *certo fluunt genere*. In quo peſſima Salmaſij coniectatio eſt ita conformantis: *imbre aliquo plerumque ſemina afferente. Certè fluunt genere aliquando etiam incognito.* Etenim hæc Pliniana *certo genere* interpretantur illa Theophraſti lib. III Hiſt. cap. II, ἰδιώτερον ἀναπιῦλαι. Sic enim loquitur. πολλαχοῦ καὶ ὑδάτων ἐπιγινομένων ἰδιώτερον ἀναπιῦλαι ὕλης πλῆθος. Vide & lib. I de Cauſſ. cap. V.

Paucis item poſtea paginis alia Plinii deprauatio nobis occurrit. Cùm enim Ariſtoteles lib. VIII Hiſt. cap. XII coturnices hinc abeuntes ſcripſiſſet ducibus vti Glottide, Or- Salm. pag. 180. B.

tygometra, oto & cychramo: è quibus ortygometra paluſtrium auium ſimilis eſt; conſentaneè Plinius lib. X, cap. XXIII, *Aquilone ergo maximè volant ortygometra duce. Primam earum terra appropinquantem accipiter rapit.* vbi perſpicuum eſt ortygometram à coturnicum genere diſcerni, vt & Ariſtoteles diſtinxit. Salmaſius contendit Plinium ortygometram vnam è coturnicibus facere, quam terræ appropinquantem accipiter rapit. Legit ergo; *volant ortygometra duce, primam eam terra appropinquantem accipiter rapit.* Non eſt audiendus. Nec rectè probat ex eo, quòd Plinius aues peregrinas duces enumerans, ortygometram prætерit. Id enim fecit ideò, quia iam mentionem eius anteuerterat, quæ omnium dux eſſet. Neque verò quòd dux ſit, eo ab accipitre inuadi eam neceſſe eſt: ſiue quia non prima terram capit: ſiue quia alterius generis eſt: neque prædatrices aues in omnia genera ſæuiunt etiam minorum volucrum.

Tranſlatitij vocabulum, eiúſque ratio, & origo. ridicula de eo Salmaſij argutia.

CAPVT XII.

Salm.pag. 376 B. RISIMVS & Salmaſianam argutiam ſuper vocabulo tralatitium. *Tranſlatitium*, ait, *quid ſit omnes ſciunt. quare ita dicatur, pauci, vel nemo.* Audite verò, atque togam componite. *Latini eo ſenſu tralaticium vſurpant, quo Græci* ἐγκύκλιον. Eſt autem ἐγκύκλιον, *machina verſatilis*, & περίακτος, *qua dij in ſcenam aliquid loquuturi, aut acturi transferebantur.* Hanc machinam Latinos *tranſlatum* appellaſſe putat. *Inde tralaticium de re maximè vulgata; tactatáque omnium ſermonibus, & factis.* Nihil inſulſius audire memini. Itane *tranſlatitium*, vel *tralatitium* à machina iſta theatrali dicitur, quod non eſt nouum, ſed vulgare, atque tritum? Velut tra-

latitium, vel tranſlatitium Prætoris edictum appellabant. Cicero III Verr. *vetus edictum tranſlatitiúmque* nominat. quod vetus Interpres Aſconius ita declarat : *Tranſlatitia veteres dixerunt non noua, nec nuper inuenta, ſed aliunde tranſlata.* Hæc vera eſt origo. Prætores initio anni ſui iuris dicundi formulam edicto proponebant, quam ex priorum edictis transferebant paucis interdum mutatis. donec Saluius Iulianus edictum perpetuum propoſuit, quo omnes in poſterum Prætores vterentur, ait Hieronymus in Chronico. Hinc *tranſlatitius ſermo* vulgaris apud Phædrum : non, vt Salmaſius ridiculè, quaſi ex machina à Diis vſurpatus. *Tranſlatum* præterea Latinos appellaſſe machinam iſtam quo authore didicit? Nam quod apud Valerium Max. lib. II, cap. IV eo ſenſu vult accipi, perabſurdè facit. *Tranſlatum*, ait Valerius, *antea pæniceis indutum tunicis M. Scaurus exquiſito genere veſtis cultum induxit.* Ibi Salmaſius tranſlatum refert ad illam machinam; imò Deos ipſos ſic appellari à Valerio pertendit, qui quum antea inducerentur puniceis tunicis, exquiſito genere veſtium inducti ſunt à Scauro. Ne media quidem hieme frigidior nix eſt, quàm hæc eſt ariolatio. Ergòne Dii, deæque omnes eodem cultu, ac colòre antehac inducebantur in ſcenam? Præterea quis ferat Deos appellari tranſlatum? Diceret ſaltem cum Pighio tranſlatum eſſe ludionum infimam turbam, quæ ſæpius in theatro merebat. aut ſi minus id placeret, taceret omninò, nec tam ioculare commentum pareret. Equidem hunc Valerij locum, ſi quid correcto opus eſt, ita ſcripſerim. *Tranſlatum anteà pæniceis tunicis, M. Scaurus exquiſito genere veſtis cultum induxit.* expuncta voce *indutum*, quæ eſſe gloſſema potuit alterius, *cultum*; ne quis ad ſiparia, vel ornatum alium ſcenæ pertinere cultus vocabulum crederet. Cultum, inquit, hoc eſt indutum hiſtrionum, & actorum Scenicorum, qui puniceis antea tunicis conſtabat, eóque genere tralatitius, atque vſitatus erat, exquiſitiori genere veſtis induxit. *Tranſlatum* vocat, hoc eſt *traductum*, & *palam oſtenſum*, *atque vſurpatum.* Hæc coniectura vt minus proba ſit: (Non enim pro certa & indubitata, Salmaſiano illo more, velim obtrudere) cer-

Digitized by Google

tè huius illâ ſuperiore infinitis partibus felicior eſt, & Latino vſu dignior.

De ἀναθέματος vocabulo & notione diſputatum: falſa de iis Salmaſij coniectura. Defenſus contra ipſum vulgatus Bibliorum interpres.

Capvt XIII.

ET falſa ſunt, & iocularia, Salmaſi, quæ de anathemate, ac ligandi, ſoluendíque iure ſanè alieno loco diſſeris. Plus dicam: etiam hæretica ſunt. Nimium tibi profectò ſumis, dum ex Onomaſticis, & nugis tuis Grammaticis; quod patronus in iure ciuili tuo nunquam feciſti; de fidei rebus, ac Theologicis quæſtionibus reſpondere non dubitas. Sed de hæreſi tua, quæ anathema meretur, pòſt paulo dicam. Prius enim de nomine ipſo tecum, vſúque illius, & ſignificatione contendam.

Errare dicis eos, qui ἀναθεματίζειν in ſacra Scriptura idem eſſe volunt, ac diris defigere, vel deuouere: quique ἐπάρατον, & maledictum nomine anathematis intelligunt. Malè proinde vertere nonnullos quod apud Matthæum cap. XXVI de Petro legitur, τότε ἤρξατο καταναθεματίζειν: *tunc cœpit ſeipſum deuouere.* quæ eſt Bezæ interpretatio: neque qui *execrari* vertunt, vt Eraſmus, ex eóque Caluinus tuus. Addis: *Nec meliùs vulgaris: tunc cœpit deteſtari.* Falleris. Ἀναθεματίζειν rectè omninò vulgatus Interpres, & qui præeuntem illum ſecuti ſunt, Latinè reddiderunt, *deteſtari, execrari, diris deuouere; maledicto damnare.* & ἀνάθεμα *maledictus* eſt, ac *diris confixus*, & *deuotus*, cùm de *homine* dicitur. Heſychius certè ἀνάθεμα reddit, ἐπάρατος, ἀκοινώνητος, *execrandus, excommunicatus.* Hanc ſolam veram eſſe ſignificationem ait Salmaſius, & videlicet alteram falſam, quæ eſt ἐπάρατος. Idem tamen ſubinde fatetur ἀνάθεμα reuera ſignificare maledictum, & ἐπάρατον. *Re quidem ipſa deuotum, & maledictum hominem ſignificare poteſt τὸ ἀνάθεμα, ſed verbi notio alia eſt, quæ propriè ſeparatum, ac ſemotum ſignificat.* De verbi no-

Salm. pag. 1089, & deinceps. P. 1090. E.

tione mox agetur. Interim conflictus ſecum hominis animaduerſione dignus eſt; qui cùm aſſerat ἀνάθεμα ſignificare deuotum, ac maledictum hominem, Heſychium tamen caſtiget, qui idipſum ſcripſerat. tùm hallucinari cenſeat eos, Pag. 1090. B qui καταναθεματίζειν vertunt *deuouere, execrari, deteſtari*. Nam vt origo vocabuli non ea ſit, quàm doctiſſimi omnes adſtruunt, ſed ea, quam doctiſſimis doctior Salmaſius inuenit, ἀνάθεμα dictum eſſe ab eo, quod eſt θέμα, *ſitus, regio*, & præpoſitione ἀνὰ, quæ *ſecretionem, & mutationem* exprimit; negari tamen non debet id ἀνάθεμα ſignificare, quod reipſa ei voci ſubeſſe Salmaſius idem fatetur. Non enim vocabulorum vſus primigenia notione, & quam prima illis origo tribuit, includendus eſt. ſed ex proprio, ac natiuo ſolo in peregrinum ſæpe tranſlata latius patent. quod innumeris exemplis quotidiana conſuetudo ſanxit. Vt ſi quis *ſacrum* neget *ſceleratum* hominem Latinè dici; ac *ſacram auri famem* vocari perperam à Poëta contendat; quòd *ſacrum* id propriè ſignificet, quod numini dicatum eſt: is ſit ineptus. Sic imperitè prorſus Salmaſius malè eos facere putat, qui anathemati execrationis, ac maledicti notionem ſubiiciunt, quam ei voci ſecundo ſaltem loco conuenire non negat.

Atqui in anathematis origine, ac prima illa ſignificatione longè ſententiâ fallitur: ac temerè contra doctiſſimorum virorum, imo veterum Patrum, ac Græcorum authoritatem aſſeuerat, ἀνάθεμα pro re conſecrata, ac dedicata non ſumi; ſed hac notione dici tantùm ἀνάθημα non ἀνάθεμα: & qui ambo iſta confundunt, peccare grauiſſimè. In quo ille potiùs peccat. Nam ἀνάθημα, & ἀνάθεμα ab eadem & verbi, & notionis ſtirpe deriuantur; nimirùm ab ἀνατιθέναι, quod eſt *ſuſpendere, & in altum extollere*, quaſi ἄνω τιθέναι quod citra dedicationem, vel conſecrationem interdum accipitur. Sic apud Chryſoſtomum To. V edit. Sauil. Hom. LXXVIII in maiorem hebdomadam. εἰ γὰρ εἰκόνα τις ἄψυχον ἀναθεὶς παιδὸς, ἢ φίλου, νομίζει παρεῖναι ἐκεῖνον τὸν ἀπελθόντα, καὶ διὰ τῆς εἰκόνος αὐτὸν φαντάζεται τῆς ἀψύχου. *Si quis mutam imaginem filij, aut amici erexerit, hunc ipſum adeſſe ſibi quamuis mortuum exiſtimat, ac per anima carentem effigiem illum ſibi cernere videtur.* Et quoniam quæ

Error Salmaſij.

in templis, & vtcunque numini donaria conſecrantur, ac dicantur, erigi in ſublime, ſuſpendique ſolent; ex eo factum eſt, vt id verbi pro *conſecratione, ac dedicatione* ſumeretur. Vnde *ἀνάθημα donarium* eſt, & *ornamentum*, quod in propatulo ponitur. Græci Bibliorum interpretes in ea conſecrandi ſignificatione tam *ἀνάθημα*. quàm *ἀνάθεμα* vſurparunt; ſed paululum diuerſa ratione. Nam *ἀνάθημα* de eo ferè dixerunt, quod oblatum eſſet Deo, ſiue maneret, ſiue aboleretur, ac periret: ac ſiue id eiuſmodi eſſet, vt in edito collocari ſuſpendique poſſet: ſiue ager, aut pecus foret, & id genus alia. *Ανάθεμα* verò cùm eodem illo modo ſumpſerunt; tùm pro eo quod in hunc finem Deo conſecrabatur, vti funditus deleretur, ac profligaretur, quódque pro abominando, ac deteſtabili Deus haberi vellet. quo ſenſu *ἀνάθημα* facilè vſurpatum non memini; ſed de eo duntaxat, quod ad Dei cultum ac venerationem adhibebatur. Leuitici XXVII. *πᾶν δὲ ἀνάθημα, ὃ ἐὰν ἀναθῇ ὁ ἄνθρωπος τῷ κυρίῳ ἀπὸ πάντων ὅσα αὐτῷ ἐστιν, ἀπὸ ἀνθρώπου ἕως κτήνους, καὶ ἀπὸ ἀγροῦ κατασχέσεως αὐτοῦ, οὐκ ἀποδώσεται, οὐδὲ λυτρώσεται· πᾶν ἀνάθημα ἅγιον ἁγίων τῷ κυρίῳ. καὶ πᾶν ἀνάθημα, ὃ ἂν ἀνατεθῇ ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων, οὐ λυτρωθήσεται, ἀλλὰ θανάτῳ θανατωθήσεται.* Hîc *ἀνάθημα* rem votam, ac conſecratam Deo ſignificat, & ea religione obſtrictam, nunquam vt redimi poſſet. Nam duplex erat vouendi genus: alterum ſimplex, quo res ita Deo conſecrabatur, vt recuperari ac compenſari pretio poſſet. de quo eodem cap. I, alterum quod חרם, id eſt *ἀνάθημα* vocatur. quo res oblata Deo, & eius honori, cultuíque conſecrata neque diſtrahi, neque commutari poterat. Heſychius in hunc locum inter *anathematizare*, & *ſanctificare* hoc ipſum diſcrimen obſeruat; quòd quicquid anathemate conſecratum eſſet, *nullomodo in vſum humanum nullius, nec ſacerdotis ſ.us eſſet reuerti.* Vti Ioſue VI Iericho, & quicquid in ea continebatur anathemate damnatum eſt. cuius ea vis fuit, vt tam opidum ipſum, quàm quicquid inibi erat, igne conflagraret, ac perderetur, exceptis metallis, quæ in Dominicum ærarium illata ſunt. Ita Reg. I, cap. XV eidem anathematis formulæ ſubiiciuntur Amalecitæ. Vtrobique ex vſu ſacrorum Interpretum *ἀνάθημα*, & *ἀνάθεμα* diſcerni poteſt. Nam

quicquid ita conſecratum eſt Deo, vt pro abominabili, & execrando è medio tolleretur; id ἀνάθεμα, non ἀνάθημα vocatum eſt. cætera, quæ ad diuinum cultum aſſeruata ſunt, vtroque vocabulo cenſentur.

Iam verò quoniam id omne, quod Deo dicatur, præſertim ſummo illo conſecrationis ritu, vſu communi interdictum, ac ſecretum eſt; hinc tam ἀνάθημα, quàm ἀνάθεμα pro *eximio*, vel *egregio*, ac *ſeparato* ſumitur. Hoc modo duplicem vtriuſq; vocabuli notionem authores grauiſſimi diſtinguunt; vt τὸ ἀνακείμενον τῷ Θεῷ, *Deo deuotum, ac conſecratum*; & τὸ ἀφωρισμένον, vel τὸ ἀλλοτριούμενον ſignificent, non minùs τὸ ἀνάθημα, quàm τὸ ἀνάθεμα. Theodoretus duobus in locis hoc inſigniter demonſtrat. Primus eſt in Comment. ad cap. I Sophonię, ad iſta commatis 7, ἡγίασε τοὺς κλητοὺς αὐτοῦ. cuius verba, quia Græcè nondum edita ſunt, adſcribam. τὸ δὲ ἡγίασε, ἀντὶ τοῦ ἀφώρισε, τέθεικεν. οὕτως καὶ διὰ Ἡσαΐου φησὶν ἡγιασμένοι εἰσί. καὶ ἐγὼ ἄγω αὐτούς, ἀντὶ τοῦ εἰς τοῦτο ἀφωρισμένοι. ἐπειδὴ γὰρ καὶ τὸ ὄντως ἅγιον ἀφώρισται, καὶ τῶν βεβήλων κεχώρισται· καὶ τοὺς εἰς τιμωρίαν ἀφωρισμένους, ὡς ὑπ' αὐτοῦ τοῦ θεοῦ τῶν ὅλων ἀφωρισμένους ἡγιασμένους καλεῖ. οὕτω καὶ τὴν θυσίαν καταχρηστικῶς ὠνόμασεν. οὕτω καὶ τὸ ἀνάθημα διπλῆν ἔχει τὴν ἔννοιαν· οὐ γὰρ μόνον τὸ ἀνακείμενον τῷ θεῷ· ἀλλὰ τὸ ἀλλοτριούμενον ἀνάθημα κέκληκε. *Sanctificauit*, inquit, *pro eo quod eſt ſeparauit. ſic & per Eſaiam loquitur; Sanctificati ſunt; & ego duco ipſos; pro eo quod eſt, in hoc ſeparati. Nam quia & quod reuera ſanctum eſt, ſeparatum, atque à profanis ſecretum eſt, ideò & eos, qui ad pœnam ſeparati ſunt, ſanctificatos appellat. Sic & ſacrificium abuſione quadam nominat. Hoc etiam modo & anathema duplici notione præditum eſt. Nam non ſolùm quod dicatum eſt Deo, ſed etiam quod alienum ſit, anathema vocauit.*

Alter locus eſt è Commentariis ad cap. IX Epiſt. ad Rom. in hæc Pauli verba: Ηὐχόμην γὰρ αὐτὸς ἐγὼ ἀνάθεμα εἶναι ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν μου τῶν συγγενῶν μου τῶν κατὰ σάρκα. Ad hæc Theodoretus. Τὸ ἀνάθεμα διπλῆν ἔχει τὴν διάνοιαν. καὶ γὰρ τὸ ἀφιερωμένον τῷ θεῷ ἀνάθεμα ὀνομάζεται, καὶ τὸ τούτου ἀλλότριον τὴν αὐτὴν ἔχει προσηγορίαν. καὶ τὸ μὲν δεύτερον ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους ἡμᾶς ἐδίδαξεν ὁ θεῖος Ἀπόστολος. εἴ τις γὰρ οὐ φιλεῖ τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, ἤτω ἀνάθεμα. τὸ δέ γε πρότερον, καὶ ἡ κοινὴ

διδάσκει συνήθεια. ἀναθήματα γὰρ καλοῦμεν τὰ τῷ θεῷ προσφερόμενα. καὶ αὐτὸς ὁ τῶν ὅλων θεὸς τὴν Ἱεριχὼ πόλιν ἀνάθεμα γενέσθαι κελεύσας. ἐνταῦθα μέντοι ὁ μακάριος Παῦλος τὴν δευτέραν διάνοιαν τέθεικεν. *Anathema duplicem habet intelligentiam. Nam & quod Deo conſecratum eſt anathema nominatur; & quod ab eo eſt alienum habet eandem appellationem. Et ſecundum quidem docuit nos diuinus Apoſtolus in prima ad Corinthios: ſi quis enim non amat Dominum Ieſum Chriſtum, ſit anathema. Prius autem vel communis docet conſuetudo. Anathemata enim appellamus, quæ Deo offeruntur: & ipſe vniuerſorum Deus, qui vrbem Iericho anathema eſſe iuſsit.*

Chryſoſtomus Comment. ad cap. IX Epiſtolæ ad Rom. in eadem verba, quærit quid ſit eſſe anathema. reſpondétque: τουτέστι κεχωρίσθω πάντων· ἀλλότριος ἔστω πάντων. *ſegregetur ab omnibus: alienus ſit ab omnibus.* cuius ſignificationis fontem & originem ita declarat. καθάπερ γὰρ τοῦ ἀναθήματος τοῦ ἀνατεθειμένου τῷ θεῷ οὐδεὶς ἂν τολμήσειεν ἁπλῶς ταῖς χερσὶν ἅψασθαι, οὐδὲ ἐγγὺς γενέσθαι· οὕτω καὶ τὸν χωριζόμενον τῆς Ἐκκλησίας, πάντων ἀποτέμνων, καὶ ὡς πορρωτάτω ἀπάγων, τούτῳ τῷ ὀνόματι ἀπὸ τοῦ ἐναντίου καλεῖ, μετὰ πολλοῦ τοῦ φόβου πᾶσιν ἀπαγορεύων αὐτοῦ ἀποχωρίζεσθαι, καὶ ἀποπηδᾶν. τῷ μὲν γὰρ ἀναθήματι τιμῆς ἕνεκα οὐδεὶς ἐτόλμα ἐγγίσαι· τοῦ δὲ ἀποτμηθέντος ἐξ ἐναντίας ἐχωρίζοντο γνώμης ἅπαντες. ὥστε ὁ μὲν χωρισμὸς εἷς, καὶ ὁμοίως καὶ τοῦτο, κἀκεῖνο τῶν πολλῶν ἠλλοτρίωται· ὁ δὲ τρόπος τοῦ χωρισμοῦ οὐχ εἷς, ἀλλὰ καὶ ἐναντίος οὗτος ἐκείνου. τοῦ μὲν γὰρ ἀπείχοντο, ὡς ἀνακειμένου θεῷ· τοῦ δὲ ὡς ἠλλοτριωμένου θεοῦ, καὶ ἀπορραγέντος τῆς Ἐκκλησίας. *Vt enim anathema Deo conſecratum nemo vtcunque manibus contrectare audet, aut propius accedere: ſic eum, qui ab Eccleſia ſeparatur, ab omnibus abiungens, & longiſsimè remouens, hoc nomine vſus eſt è contrario. vt non ſine magno terrore denunciaret omnibus ab illo vti recederent, ac fugerent. Nam anathemati propter venerationem propinquare nullus audebat. ab eo verò, qui abſciſſus erat ab Eccleſia, contraria mente, ac ratione omnes abſcedebant. Quare cùm eadem vtrobique ſeparatio ſit, non idem tamen ſeparandi modus eſt, ſed alter alteri contrarius. Etenim ab illo tanquam Deo dicato abſtinebant omnes. ab iſto verò, tanquam à Deo abalienato, & ab Eccleſia diſtracto.*

Ex his Theodoreti, ac Chryſoſtomi verbis euidens eſt ἀνάθημα, & ἀνάθεμα eatenus accipi promiſcuè, vt ab eadem ſignificationis

gnificationis ſtitpe proficiſcantur, quæ eſt *dicare, conſecrare, vouére.* Cui & Suidas aſſentitur, qui ἀνάθημα vult eſſe πᾶν τὸ ἀφιέρωμα θεῷ: itáque ſubiicit, λέγεται δὲ καὶ ἀνάθεμα. Sed cùm de donis & oblationibus agitur, quæ ad venetandum numen adhibentut, directum eſſe τοῦ ἀναθέματος vſum, ac proprium indidem patet. cùm autem ad res diras, exectabiles, & profligandas transfertur; tùm è contrario flexam, & quaſi ſecundariam eſſe notionem; vt ſit idem quod *ſeparatum, remotum ab vſu communi, & commercio cæterorum.* præſertim ſi de inteſtabilibus, ac deuotis hominibus ſermo ſit. Iuſtinus quoque Martyt, vel qui eius nomine inſcriptus eſt liber Quæſtionum ad Orthodoxos, Quæſt. CXXI, ἀνάθεμα λέγεται τὸ ἀνακείμενον, καὶ ἀφωρισμένον θεῷ, καὶ εἰς κοινὴν χρῆσιν μηκέτι λαμβανόμενον· ἢ τὸ ἀπηλλοτριωμένον θεοῦ διὰ κακίαν. *Anathema dicitur quod dicatum, & ſeparatũ eſt à Deo, & ad promiſcuum vſum haud amplius adhibetur. ſiue quod à Deo propter nequitiam abalienatum eſt.* Eſt igitur ἀνάθεμα res Deo ſacrara & deuota, cùm ad eius honorem offertur. Aliàs contrario modo, execranda eſt, & à qua, velut in ſacta ſit, abſtinere omnes debeant. Vnde execrabilem, ac diris confoſſam, & deteſtãdam rem ſignificat. Quo ſenſu paulo quidam aliter interpretati ſunt. Chryſoſtomus To. VI edit. Sauil. Hom. XXXVII, de anathematiſmo fugiendo, quærit cur ἀνάθεμα in ptiorem partem accipi ſoleat, cùm tamen origo ſignificationis bona ſit, vt cùm dicimus ἀναθέσθαι θεῷ, *conſecrare Deo.* Reſpondet: τί οὖν ἐστιν ὃ λέγεις ἀνάθημα, ἀλλ' ὅτι ἀναθέσθω οὗτος διαβόλῳ, καὶ μηκέτι χώραν σωτηρίας ἐχέτω· γενέσθω ἀλλότριος ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ; *Quid igitur eſt quod dicis anathema, niſi hoc, conſecratus ſit iſte diabolo; nec vllum amplius locum ſalutis habeto: eſto alienus à Chriſto?* Non abſimili ratione ἀνάθεμα iſto ſenſu dicitur. arque ab Latinis olim *ſacer.* quoniam publicè damnatorum, proſcriptorúmque capita Deo cuipiam, præſertim ex inferis conſecrati ſolebant, vt ſcribit Halicarnaſſenſis lib. II. Quod tamen apud Chriſtianos rectà, ac per ſeſe minimè fiebat, vt cuiuſquam caput diabolo dicaretur: ſed ex accidenti, & conſequentia quadam: quòd qui à Deo abiudicatus eſſet, is Diabolo traditus, ac mancipatus videretur. Tametſi directè nonnunquam Diabolo vſu potiùs, quàm mancipio trade-

Digitized by Google

bantur: vt illum Corinthium Apoſtolus dedendum Satanæ cenſuit, vt ab eo cruciatus, & vexatus meliorem ad mentem rediret. Zonaras, & Theodorus Balſamo in III Can. Synodi Conſtantinopoli habitæ, quæ ſeptimam approbauit, ἀνάθεμα ἔστω, ſic explicant: *Separatus eſto à Deo, & Diabolo tradatur* tanquam ἀνάθημα. Mox, τὸ δὲ ἀνάθεμα χωρισμός ἐστι τοῦ θεοῦ. ὡς γὰρ τὰ προσαγόμενα ἀναθήματα τῷ θεῷ χωρίζονται ἀπὸ τῆς κοινῆς τε, καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων. οὕτω καὶ ὁ ἀνάθεμα γενόμενος ἐκκόπτεται, καὶ διαιρεῖται ἀπὸ τῆς τῶν πιστῶν ὁμηγύρεως τῶν ἀνατεθειμένων, καὶ ἀφοριζομένων τῷ θεῷ, καὶ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ θεοῦ, καὶ προσκυροῦται τῷ Σατανᾷ. Quaſi deuotus Satanæ, & addictus eſt, qui ab Eccleſia, Deóque ſeparatur, & anathema fit. Eſt aliud quoque vocabuli iſtius etymon, quod apud Socratem lib. VII, cap. XXXIV legitur: οὕτω γὰρ οἱ Χριστιανοὶ καλεῖν εἰώθαμεν τὴν κατὰ τοῦ βλασφήμου ψῆφον· ὅταν αὐτὴν ὥσπερ ἐν στήλῃ ἀναστήσαντες φανερὰν τοῖς ἅπασι καταστήσωμεν. Anathema deducit ab eo, quod eſt publicè proſcribere, & quaſi in columna damnationis ſententiam proponere. quod στηλιτεῦσαι Græci vocant. Quod ipſum Etymologici Author ſecutus ἀνάθεμα dictũ notat, παρὰ τὸ ἐν στήλῃ ἀνατίθεσθαι.

Ex his poſtremò vocabuli notionibus illa profluxit, quam ex Heſychio ſuprà retulimus, vt ἀνάθεμα ſit ἐπάρατος, *maledictus, execrandus, ac deteſtabilis*. Hieronymus in I cap. Epiſt. ad Galatas: *Porrò ἀνάθεμα verbum propriè Iudæorum eſt, & poſitum tam in Ieſu Naue, quàm in Numeris: quando omnia, quæ erant in Hiericho, & Madianitarum, deteſtationi & anathemati habenda Dominus imperauit.* Tertullianus denique ἀνάθεμα *deuotamentum* vertit; vt in Scorpiaco non ſemel; & eâdem notione accipit, pro eo quod ex voto perditur, ac conſumitur. quemadmodum & cùm ad hominem transfertur, *deuotum*, atque *execrandum* ſignificat. quod imperitè Salmaſius negabat.

Vana opinio Salmaſij ſuper ἀναθήματος *originatione confutatur. De voce* חרם, *&* כתם *imperita, & de hac etiam ridicula ſententia.*

CAPVT XIV.

HÆC ſunt paulo latiùs expoſita; ſed paucioribus ad inſtitutum noſtrum opus non fuit: qui imperiti Exercitatoris audaciam frangere tanta & veterum, & Græcè, quàm iſte eſt, doctiorum authoritate voluimus. Nam qua fronte deinceps, quod in Exercitatione ſua poſuit, audebit defendere, ἀνάθημα dictum non eſſe ſacros apud ſcriptores de omni re, quæ Deo conſecrabatur, velut agro, prædio, pecore, vel arbore: ſed de eo tantùm, quod ſuſpendi, & in excelſo locari poſſet? Vt de profanis id verum eſſe fatear: certè aliter apud noſtros, id eſt ſacros, vſus loquendi tulit. neque cur ἀνάθεμα potiùs, quàm ἀνάθημα tot in locis ſcribendum putemus, ſuo ille interdicto faciet. Nam in vetuſtiſſimis, & emendatiſſimis codicibus, tam in loco illo Leuitici, quàm apud Chryſoſtomum, & Theodoretum ἀνάθεμα, ita vt ſuperiori capite retulimus, accipitur. Neget præterea modò ſe abſurdiſſimè ſtatuiſſe, *nullam prorſum deuotionis, aut conſecrationis in ἀναθέματος voce ſignificationem ineſſe, vt perſuaſum hactenus fuit viris doctiſſimis.* Non enim ſibi tãtum ſumet, opinor, plus ſe vt Chryſoſtomo, Theodoreto, cæteriſque, quos adduximus, aut habere iudicij, aut Græcæ facultatis exiſtimet. Vulgati denique Bibliorum interpretis fidem eleuare pergat, qui καταναθεματίζειν vertit *deteſtari.* contemnat cæteros, qui illum ſecuti non multum aliter interpretati ſunt.

Salmaſius p.1089.E & 1090 A,B

P.1090.C

Sed Auguſtinum neſcio quomodo penè præterieram: cuius verba hæc, quæ hactenus de iſtius vocis ſignificatione diſputauimus, egregiè confirmant. Sic igitur ille lib. IV Quæſt. ſuper Numeros, Quæſt. XLI ad hæc verba. *Et anathemauit eum, & ciuitatem eius. Hinc dictum eſt anathema, quod deteſtabile*

Eee ij

Digitized by Google

aliquid, & abominabile videatur. Vt enim nihil inde victor in vſus ſuos auferret, ſed totum in pœnam luendam voueret, hoc erat anathemare, quod vulgò dicitur deuotare. Origo autem huius verbi in Græca lingua ab his rebus, quæ votæ, & perſolutæ, hoc eſt promiſſæ, & redditæ ſurſum ponebantur in templis, ἀπὸ τοῦ ἄνω τίθεσθαι, hoc eſt ſurſum ponere, vel figendo, vel ſuſpendendo. Hæc ille. quæ, antequam Auguſtini nobis veniſſet in mentem, totidem propemodum verbis expromſimus.

At quid noui tandem Salmaſius contra communem πρόληψιν de ſuo fabricauit? Vide argutum Grammatici cõmentum. Ανάθεμα dici ab eo credit, quod eſt θέμα, *hoc eſt poſitio, ſitus, regio. cui ἀνάθεμα contrarium eſt, quod ex ſua ſede, ac regione deducitur, ac remouetur: vel potiùs ipſa mutatio, ac remotio, idem nempe quod ἀφορισμός.* Euge. Nempe quia θέμα eſt regio, ἀνάθεμα regionis erit mutatio. Ergo quia χώρα regio eſt, ἀναχώρα Græcè concipi poterit, vt ſit loci commutatio. Sic quia πόλις ciuitas, πατρὶς patria eſt; dicetur ἀνάπολις, ἀνάπατρις. Ab ὅρος item ἄφορος pro ἀφορισμὸς vſurpari licebit. Quî minùs enim tam hæc, quàm ſexcenta formæ eiuſdem, & analogiæ fingi patieris; ſi id ſemel conceſſeris, à ſubſtantiuis actionem non ſignificantibus, fieri addita præpoſitione iſtiuſmodi motus, vel ἐνεργείας nomina potuiſſe? Diceret, ſi quid in iſtis ſcire vellet, ἀνάθεσιν potiùs quàm ἀνάθεμα: ſiquidem θέμα pro *regione* capiatur. quemadmodum à χώρα non fit ἀναχώρα, ſed à χώρησις fit ἀναχώρησις. Neque ab ὅρος ἄφορος: ſed ab ὁρισμὸς ἀφορισμός. At enim ἀναθέσθαι ψῆφον eſt μετατίθεσθαι, vt ait Suidas. Verùm μετατίθεσθαι non eſt ſeparare, ac ſecernere; ſed mutare. ſic ἀναθέσθαι ψῆφον non erit ſeparare calculum. quod eſſe tamen oportet, ſi verum eſt, propriam, & primigeniam anathematis notionem eſſe ſeparationem, & ἀφορισμόν. Αναθέσθαι ψῆφον eſt *denuo ponere*, ac *repetere calculos*, vbi ſcilicet malè ſubducta ſumma eſt: quod ad rem nihil pertinet.

Pergit tamen, & ab Hebraico verbo, quod in ſacris τῷ ἀναθέματι reſpondet, præſidium aduocat. *In Hebræo eſt,* inquit, *Cherem. quod vocabulum à verbo Charam deducitur. & ſignificat propriè rem aliquam ab vſu communi eximere, ac ſegregare vt Deo conſecretur.* Non maioris pretij eſt hæc Hebraici nominis,

quàm Græci illius explicatio. Verbum חרם non eſt propriè *ſeparare*. imo *occidere*, *perdere*, *internecione* delere. Hebræos ipſos audi. David Kimhius in Radicibus, verbi *charam*, & nominis *cherem* ſignificationem ſic exprimit. ענים כלם ענים הרינה ובריתה והשחתה ואיבוד׃ *Horum omnium ſignificatio eſt interfectio*, *exciſio*, *vaſtatio*, *perditio*. Quod igitur vel reipſa, vel ciuiliter perit, atque è medio tollitur, id huius vocis ambitu Scriptura complectitur. Itaque ſæpe à LXX ſenioribus per verbum ἐξολοθρεύειν, φονεῦσαι, ἀφανίζειν redditur, conſentiento Chaldæo, ac noſtro Interprete. Exodi XXII, 20. *Qui immolat diis occidetur*, *præterquàm Domino ſoli*, יחרם ἐξολοθρευθήσεται. Chaldæus יתקטל *occidetur*. Cyprianus Ep. LV *eradicabitur*. Leuit. XXI, 2, *Delebo vrbes eorum*, החרמתי ἀναθεματιῶ. Chald. אגמר *funditus delebo*. Deuteron. VII, 2 החרם תחרים אותם, *percuties eas vſque ad internecionem*. LXX. ἀφανισμῷ ἀφανιεῖς αὐτούς. Cal. גמרא תגמר. Eod. cap. ver. 26. eximiè Scriptura demonſtrat quod ſuprà cum Auguſtino docuimus: ἀνάθεμα *deuotionis*, *ac deteſtationis* habere notionem. quod Salmaſius perfrictè negat, & Interpretem noſtrum eo nomine redarguit. De Idolis ergo Scriptura loquens; *Nec inferes* (ait) *quidpiam ex idolo in domum tuam*, *ne fias anathema*, *ſicut & illud eſt. quaſi ſpurcitiam deteſtaberis*, *& velut inquinamentum*, *ac ſordes abominationi habebis*, *quia anathema eſt.* Hic תועבה *abominationẽ* noſter *Idolum* vertit. Hoc verò ipſum *anathema*, חרם vocat Scriptura. nimirũ quia *deteſtabile* ac *perdendum* eſt.

Longum eſt omnia percenſere; neque verò neceſſarium. Res eſt enim Hebraicè vtcunque ſcientibus non valdè recondita. Cuius linguæ quantum habeat vſum Grammaticus noſter, præter hunc locum, alius inſuper oſtendit, in quo nomen כתם *Cethẽ*, quod Hebræi *aurum* eſſe putant, alij *lapillos*; Salm. pag.
Græcam vocem facit χάϊμα, quod eſt *monile*. Leuiſſima 1084. E.
coniectura: addo & inepta. Nam Iob cap. XXVIII, 16, id nomen extat. quem librum antiquiſſimum eſſe cõſtat; ac vel ab Iobo ipſo, vel à Moyſe ſcriptum plerique ſentiũt. Non eſt autem veriſimile Græcas voces per illud tempus ab Hebræis vſurpatas eſſe. Itaque frigida eſt hæc argutiuncula.

Digitized by Google

De Anathematis ſignificatione, & vſu in veteri Eccleſia. multiplex hallucinatio Salmaſij. Non omnibus à communione ſegregatis anathema tribuendum eſſe.

CAPVT XV.

EX Anathematis ea ſignificatione, quam hactenus ediſſerui, vſus ille vocabuli manauit, qui in Conciliis, & Eccleſiaſticis Scriptoribus perfrequens eſt; vt *anathema* dicatur, qui Epiſcoporum, & Eccleſiæ iudicio, ac ſententia damnatus, & maledicto ſubiectus eſt. Quod quidem bifariam dicitur. Nam aliâs latè, & vniuersè ſumitur, vt damnationem ſimpliciter exprimat, ſine vlla pœnæ taxatione, quam vulgò *cenſuram* nominant. Itaque tam de hominibus errore aliquo, culpáve notatis, quàm de erroribus ipſis, & contrariis fidei dogmatibus vſurpatur. Vt cùm hæretici ipſi, atque authores perfidiæ, licet olim mortui; vel eorum decreta damnantur anathemate, quod ἀναθεματίζειν vocant. Vt in Can. I Conſtantinopolitanæ Synodi primæ decernitur ἀναθεματισθῆναι πᾶσαν αἵρεσιν. Et qui ſe ab hæreſi quapiam ad Catholicam fidem transferebant, authori ſectæ ſuæ anathema dicebant. Sic in profeſſione fidei Nicænæ, τοὺς δὲ λέγοντας ὅτι ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν, καὶ πρὶν γεννηθῆναι οὐκ ἦν, &c. ἀναθεματίζει ἡ ἁγία καθολικὴ, καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία. *anathematizat*, id eſt condemnat; & alienos ab orthodoxa fide pronunciat. Nec aliter vox eadem in duodecim S. Cyrilli anathematiſmis accipitur. Non enim de Clericorum degradatione, aut Laicorum excommunicatione tùm aut Cyrillus agebar, aut qui vocabulo illo ſic vtebantur. ſed ſolam, vti diximus, dogmatum, hominúmve damnationem, id eſt improbationem, & ἀθέτησιν ſpectabant. ex qua ſubinde in conuictos animaduerſionis, ac pœnæ ſententia conſequi pote-

Digitized by Google

rat. Quo ſenſu iteratum illud canonibus ſingulis in Synodo Gangrenſi anathema debet intelligi. non vt excommunicationis, id eſt ἀκοινωνησίας, aut depoſitionis ſententia, id eſt cenſura, vt vocant, aliqua nominatim exeri, exprimíque videatur. quod Salmaſius exiſtimat. Qui ex falſa illa, quam ſuprà refellimus, originatione credit ἀνάθεμα ſignificare *preſbyteri remotionem*, & ἀλλοτρίωσιν *ab ordine*, & *gradu*. quoniam ſeparatio propriè, ac ſegregatio illo nomine declaratur. vt ſit idem ἀναθέσθαι, & μετατίθεσθαι. Doceat nos, ſi poteſt, vbinam genus hoc ſermonis legerit, ἀνατίθεσθαί τινα τῆς τάξεως, pro eo quod eſt μετατίθεσθαι, vel καθαιρεῖσθαι *remoueri ab ordine*, ac *deponi*. Putida ſanè iſta locutio eſt, & ex illius officina profecta; quam nunquam vetuſtatis vſus adſciuit. Quod præter illa, quæ ſupra diſputauimus, argumento eſt, inanem Salmaſij coniecturam eſſe, ἀνάθεμα præcisè pro ſeparatione accipi. Sanè Zonaras, & Balſamo in Præfat. ad Concil. Gangrenſe ſatis indicant anathematiſmos illos εἰς ἀνατροπὴν τῆς αἱρέσεως, ita repeti, vt docerent, quemadmodum ij, qui Eccleſiæ reconciliari vellent, hæreſim ſuam abiurare deberent: ἐκδιδάσκοντες ὡς οὕτω δεῖ τοὺς περὶ τὸν Εὐστάθιον προσερχομένους τῇ ἐκκλησίᾳ ἑκάστην τῶν οἰκείων δοξῶν ἀναθεματίζειν. non vt vlla præcisè ſeparatio, vel pœna denuncietur. Sal. 1096. B.

Altera τοῦ ἀναθέματος propria, anguſtiórque notio inflictam ab Epiſcopo, vel Concilio pœnam continet, hoc eſt ἀκοινωνησίαν, non quamlibet, ſed cum execratione, maledictóque coniunctam. quo ſenſu *excommunicationem* vſurpare ſolemus. Non enim quilibet abſtentus, atque à communione reiectus, quamuis perpetua hæc illius pœna foret; *anathema*; aut *anathemate damnatus*, vel *excommunicatus* ſtricta illa vocis acceptione dicebatur. Quippe à communione ſegregati pœnitentes erant; neque tamen in iis anathematis nota, vel nomen hærebat. quæ ſi contraxerant, tum primùm eximebantur, cùm certis ritibus, ac piaculis ad pœnitentiam admitterentur. Qua de re vberrimè, & eruditiſſimè D. Albaſpinæus lib. II Obſeruationum, cap. IV. vbi inter excommunicatos, id eſt anathemate damnatos, & fideles, me-

Digitized by Google

dia quadam via inceſſiſſe pœnitentes ait. τὸ ἀνάθεμα παντελῶς τοῦ Χριστοῦ ἀποκόπτει, ait Chryſoſt. Hom. de anathemate *à Chriſto penitus abſcindit*; non à ſola communione, hoc eſt fidelium cœtu, & ingreſſu Eccleſiæ, vel Dominici participatione corporis: ſed ab omni conſortio precum, ac publica mentione; tum conuictu, colloquio, ſalutatione. atque hæc tam viuos, quàm mortuos pœna ſequebatur. quod in pœnitentes, & ἀκοινωνησίᾳ ſimplici damnatos, vel exauthoratos minimè conuenit. Itaque in Concilio Venetico Can. III in eos qui ſuſceptam pœnitentiam deſerunt, ita decernitur; *non ſolùm eos à communione dominicorum ſacramentorum, ſed etiam à conuiuiis fidelium ſubmouendos*. Sic in Agathenſi, can. XXXII, qui Clericum, aut Eccleſiam per calumniam fatigare tentauerit apud ſæculares iudices, & victus fuerit, *ab Eccleſiæ liminibus, & à Catholicorum communione arceri iubetur, niſi dignè pœnituerit.* Item in Aurelianenſi primo can. I, & III, maximè XI. Tùm Aurelian: tertium can. VII depoſitionem ab excommunicatione, id eſt anathemate perſpicuè diſcernit. vt & XXIII, & XXVII. necnon Aurelian. V, can. IV. At Turonenſe II, can. XXIV excommunicationem ab anathemate ſecernit, & hoc illam leuiorem eſſe ſignificat. *vt non ſolùm* (inquit) *excommunicatus, ſed etiam anathematizatus moriatur.*

Sunt qui Clericorum καθαίρεσιν propriè etiam interdum ἀναθεματισμὸν appellari ex Canone LXXXII Synodi Trullanæ probent, in quo primùm ἀναθεματίζονται qui ad Triſagium clauſulam adiiciunt, ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς, &c. tùm ſi Clerici ſunt deponi iubentur; ſi Laici ἀφορίζεσθαι. Sed ἀναθεματίζειν itidem, vt paulo ante monui, ſimplicem damnationem, & ἀθέτησιν ibi ſignificat; non pœnam, & animaduerſionem. quo modo & apud Paulum II Cor. XVI, 22 ſumitur: *Si quis non amat Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, anathema ſit.*

Hæreticum

Hæreticum Salmaſij dogma de anathemate, déque ligandi ac ſoluendi iure, & poteſtate Clauium. eiuſdem iocularis expoſitio Terentiani loci.

CAPVT XVI.

QVÆ de anathematis voce, ac ſignificatione Pliniani Exercitatoris commenta redarguimus, ea literatoris flagitia ſunt; neque ad religionis, fideíque cauſſam pertinent. Nunc facinus maioris abollæ in eâdem Exercitatione ſequitur; in quo non ſolùm imperitum Grammaticum; ſed Caluiniſtam etiam audaculum agnoſcas.

Αναθεματίζειν, inquit, *veteres Patres Latini anathematum vinculis innodare ſæpe vertunt. quod eſt exponendum.* Hanc Salm. pag. 1090. B. nactus anſam, de ligandi ſoluendique iure, quam *poteſtatem clauium* vocant, garrire inſtituit. Ac primùm quemadmodum ligari homines, & conſtringi vinculis anathematis putet, ita declarat. *Sua quemque ligant peccata. Hinc σειραὶ peccatorum apud Apoſtolum.* Subiicit de vitiorum, ac peccatorum nexibus, quibus vinctus attinetur animus, vt ſuæ ſpontis eſſe non poſſit. Tùm reos ait, & confeſſos in iudiciis alligatos dici. vt apud Terentium:

Audin' tu? hic furti te alligat.

Ita enim legendum: id eſt reum te furti efficit: furem te manifeſtarium probare intendit. Hoc præcipuè de confeſſis reis, quia pœna tenentur, & obnoxij ſunt. Rei ligantur, innocentes abſoluuntur. In foro quoque conſcientiæ, & regimine Eccleſiaſtico vt eadem res, ita eadem locutio obtinuit. Antequam de reipſa, & propoſita quæſtione dicam, non eſt omittenda Terentiani loci deprauatio, quam obiter inſerit. Falſum eſt enim legi apud Comicum oportere, *hic furti te alligat.* Nam certiſſima lectio eſt, *furti ſe alligat.* quam & Donatus agnoſcit, interpretatúrque ſanè cõmodè; & Bembinus codex omnium optimus, ex eóque Faërnus, referunt. *Reum ſe fraudis efficit,* (inquit Paraſitus regem ſuum alloquens.) *Satis hoc tibi eſt ad*

repetendam virginem, ac iure perſequendam cauſſam tuam. Sic enim ridiculo exitu res componitur; dum ex iure manum conſertum, non mage ferro rem repetit, hortatore Paraſito. Sed hæc obiter.

Vt ad nexus anathematis redeam; & abſurda eſt, & hæreſim hodiernam redolet iſta ligandi, ſoluendíque ratio, quam Salmaſius iniicit. Alio quippe modo ſui quiſque peccati vinculis irretitur: alio pœnæ, & anathematis laqueis tenetur. alio denique, cùm citra anathema, Sacerdotum poteſtati, & clauibus obnoxius dicitur. Tria hæc vinciendi genera Catholicæ Eccleſiæ fides, ac doctrina ſecernit. Vt ſua quiſque ſponte culpam contrahit, eáque ſe obligat; ſic opitulante gratia Dei emergere, conuertíque interim poteſt; ac cum Deo reconciliatus in libertatem aſſeri filiorum Dei. quod interiori dolore animi, ac contritione extra pœnitentiæ Sacramentum momento plerumque perficitur. At nondum iſtud ſatis eſt; neque ſe vinculis adhuc omnibus expediuit. Nam ea lege repræſentata venia eſt, ac libertas, vt ſe Sacerdoti ſiſtat, eiúſque ſententia abſolutus abeat. Hoc quandiu non facit, ligatus, & obſtrictus tenetur; ac nouo ſe, ſi adſit peruicacia, crimine obſtringit. In hunc ſenſum Chriſti illa verba Catholici interpretantur omnes: *Quæcunque alligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cælo: & quæcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cælo.* Tùm illa, *Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta ſunt.* Tertium vinculi genus eſt, cùm eiuſmodi crimen admittitur, quod anathemate, vel cenſura, obligationéve aliqua id authoritas Eccleſiæ deuinxerit. quod ad externum forum attinet. Tunc enim maior aliqua poteſtas ac tribunal adiri debet. Triplicem hunc nectendi modum & hodiernæ Eccleſiæ dogma profitetur: & antiquioris vſus etiam, ac diſciplina commendat: & innumera ſanctorum Patrum teſtimonia, atque exempla confirmant. quos, ſi id ageretur modò, citare nominatim poſſem, ac Grammatici temeritatem reuincere. Sed longioris hoc operæ eſt, & inſtituti alterius. Interim quid ſit ex illius opinione conſe-

Mat. XVIII 18.

Ioan. XX, 23.

Digitized by Google

quens expendamus breuiter. Si anathematis vincula, quibus innodantur homines, quæque exponenda tibi eſſe dixiſti, non alia ſunt, quàm quæ in expoſitione tua declaras, vt ſint nexus, & catenæ peccatorum, & affectuum, quibus vinciuntur animi; igitur quodcunque demum peccati lethiferi genus eſt, ſimulatque id admiſſum erit, ſtatim anathemate tenebitur. At id ſtolidiſſimum eſt. Non enim peccatis omnibus anathema dictum erat: neque ab Eccleſia reiectus eſt, & communione priuatus qui lethalem quancumque noxam commiſerat. Sed certa duntaxat & grauiora crimina publicam ad pœnitentiam excepta erant, vt alibi demonſtrauimus. In Concilio Neocæſarienſi, can. IV, ſi quis cum muliere flagitium facere apud ſe deliberauerit, neque tamen reipſa perpetrarit, immunis eſt à Canonica pœna. ἐὰν πρόθηταί τις ἐπιθυμήσας γυναικὸς, πρὸς τὸ καθευδῆσαι μετ᾽ αὐτῆς, μὴ ἔλθῃ δὲ εἰς ἔργον αὐτοῦ ἡ ἐνθύμησις, φαίνεται ὅτι ὑπὸ τῆς χάριτος ἐῤῥύσθη. *Si quis mulierem concupiſcens, propoſuerit cum ea concumbere, & cogitatio eius non perueniat ad effectum, apparet quod Dei gratia liberatus ſit.* Atqui peccatum vtique commiſit, *& iam mœchatus eſt in corde ſuo*, Math. V, verſ. 28. Quare ex illa Salmaſij definitione, anathematis vinculis innodatus eſt, quia peccati ſui catenam ſecum trahit. Mitto ſexcenta alia peccatorum genera, quæ ſiue quoniam publica non erant; ſiue quoniam à canonibus prætermiſſa fuerant; extra publicam illam pœnitentiæ diſciplinam conſtiterant. Sed neque publicis omnibus, & grauibus delictis anathema conſtitutum eſt. Nam aliud eſſe inter pœnitentes referri: aliud anathematis vinculis innodari; nemo niſi veterum Eccleſiæ rituum prorſus ignarus opinabitur. Quid illud? An cuipiam dubium eſt, antequam depoſitionis, vel anathematis in aliquem ſententia diceretur, ter citari illum oportuiſſe? quod in Actis veterum Conciliorum, maximè in Calchedonenſi cernitur. Hic igitur quamlibet peccati ſui catenis innexus, nondum anathemati ſubiectus erat, antequam ter citatus, ac damnatus fuiſſet. Nimis ergo imperita vox illa Salmaſij eſt; *Pœnam non aliam fuiſſe* Salm. pag. 1091 B.

delinquentibus in Eccleſia Dei propoſitam, *quàm anathema*, *id eſt ſeparationem ab ipſa Eccleſia*, *& communione fidelium*. Quis, obſecro te, citra culpam, ac peccatum, anathemate damnatus eſt? At pleroſque conſtat nullum ſuum ob crimen veteri illa Eccleſiæ ſeueritate communione interdictos fuiſſe ſic in Laodiceno can. I digami, qui quidem, legitimè licet, ſecundas nuptias contraxerint, à communione tantiſper inhibentur. In IV Can. Sancti Baſilij, trigami, & polygami diutius à communione ſuſpenduntur. Vide & Neocæſar. Can. VII. Quibus omnibus, & ſimilibus in locis eos intelligi, qui mortuis prioribus coniuges alias licitè duxerint, ad Epiphanium ex Nicæni concilij decreto probauimus. Sic qui præter voluntatem hominem occidit, vndecim annis à communione prohibetur, & in pœnitentium ordines relegatur Can. LVII eiuſdem Baſilij. Canone verò XIII etiam ille, qui iuſto bello cædem patrauerit, tribus annis abſtinetur. Hos verò, quia ſeparati erant à communione, nemo anathematizatos dixerit. Non eſt igitur anathema nuda ab Eccleſia, vel communione ſeparatio, ne ea quidem omnis, quæ propter delictum infligitur; niſi cum execratione, ac deuotione coniuncta ſit, qualem anteà deſcripſimus.

Hoc pellendi ab Eccleſia, vel in eam admittendi iure poteſtatem ligandi ſoluendique, quam Apoſtolis tradidit Chriſtus, definitam eſſe pugnat deinde Salmaſius; ac germanum ſe Lutheri, & Caluini diſcipulum approbat. *Tota*, inquit, *poteſtas ligandi*, *& ſoluendi*, *quam Dominus Apoſtolis ſuis pro indiuiſo reliquit*, *hinc pendet. Ligabantur*, *qui propter aliquod delictum ab Eccleſia eiiciebantur. Rurſus ſoluebantur ligati*, *quùm peracta legitima pœnitentia*, *Eccleſiæ*, *& communioni reconciliabantur. Hinc* ἀναθεματίζειν *ligare*, *& anathematum vinculis conſtringere*: *quod extra Eccleſiam pellere ſignificat. Hac ſola pœna conſtringebantur*, *qui peccatis ſuis indignos ſeipſos conſtituebant communione fidelium*. Quamobrem ius illud omne Apoſtolis, ac Sacerdotibus à Chriſto datum; remit-

Digitized by Google

tendorum, retinendorúmve peccatorum poteſtas; quam ligandi, ſoluendíque, ſiue clauium poteſtatem Eccleſiaſtica conſuetudo nominat; vnica illa diſciplina, & exteriore ritu, atque adminiſtratione continetur, vt ianitorum, & oſtiariorum officio fungantur Epiſcopi: hoc eſt eos, qui iam peccatorum ſuorum vinculis innexi, & anathematizati ſunt, ab Eccleſia pellant, ac pœnitentiæ tempus obire cogant. eo confecto, rurſus intromittant. Pergit enim: *Ad eandem notionem pertinent claues regni cœlorum Petro, & reliquis Apoſtolis traditæ. Ligatus intelligitur, cui Eccleſiæ ingreſſus interdictus: ſolutus, cui aditus in Eccleſiam liber eſt.* Nulla igitur interior eſt, neque ad animum ipſum, & conſcientiam peruadens poteſtatis illius functio. Nam neque peccata ipſa propriè remitti dicuntur; neque cum Deo reconciliantur, & in gratiam reſtituuntur ab Epiſcopo, vel Sacerdote peccatores, ſi nullum penes eos ius aliud eſt, niſi in Eccleſiam recipiendi, ab eáve pellendi; hoc eſt permittendi ingreſſus in illam, vel interdicendi. Etenim prius cum Deo redierint in gratiam neceſſe eſt, quàm ſoluti ſint, & liberum ad Eccleſiam aditum recuperent. Quòd ſi nullo Sacerdotis interuentu culpæ reatum omnem pœnitentes exemerint, ad peccatorum remiſſionem Sacerdotalis poteſtas, & functio nullo modo pertinebit: ſed ad ſolam ritus illius ceremoniæque gubernationem, quæ externam tantummodo diſciplinam, non interiorem, ac ſpiritualem animi ſtatum reſpicit. Non ita Chryſoſtomus: qui lib. III περὶ τῆς ἱερωσύνης inter Iudæorum, & Chriſtanorum Sacerdotes hoc intereſſe ſcribit, quòd illi corporum lepram non curabant, ac tollebant; ſed curatam, ſublatámque pro iure ſuo pronunciabant. at legis nouæ Sacerdotes animorum longè fœdiorem lepram non purgatam approbare; ſed purgare, ac perſanare poſſunt. οὗτοι δὲ οὐ λέπραν σώματος, ἀλλ' ἀκαθαρσίαν ψυχῆς, οὐκ ἀπαλλαγεῖσαν δοκιμάζειν· ἀλλ' ἀπαλλάττειν παντελῶς ἔλαβον ἐξουσίαν. Profectò ſi, quod Salmaſius cum ſuis τῶν ψευδωνύμων Χριστιανῶν grege nugatur, Epiſcopi, vel Sacerdotes hoc ſolum iûs haberent, vt qui Eccleſiæ aditu digni, indignívе forent, diſcernere, & eos intromittere, vel excludere poſſent; nulla re prorſus à Iudaicis illis Sacerdotibus

differrent. Sed de hoc argumento Bellarminus noſter, aliíque Catholici Tractatores contra Salmaſij *συνθιασώτας* vberrimè diſputarunt.

Poſtremò quid de huius cæcitate, & *ἀναισθησίᾳ* dicam, qui Chriſti verba Matthæi XVI, 18 non impiè modò; ſed ſtupidè, inſulſéque detorquet? *Tibi dabo*, inquit, *claues regni cœlorum*, &c. Regnum cœlorum Salmaſius ait Eccleſiam eſſe. neque quid ex eo ſequatur animaduertit. Nam cùm ſtatim ſubiectum ſit: *Et quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis*; hæc erit interprete Salmaſio verborum iſtorum ſententia; *Et quodcunque ligaueris in Eccleſia; erit ligatum in Eccleſia. quodcunque ſolueris in Eccleſia; erit ſolutum in Eccleſia.* Quid eſt enim ligare, aut ſoluere ſuper terram, præterquàm id in Eccleſiâ facere? At idem eſt, vt aſſerit, cœlorum regnum. quod ſine dubio cœlorum nomine ſtatim appellat. Quippe cùm ſe Petro claues regni cœlorum daturum eſſe promiſiſſet; ſtatim quis ſit eius poteſtatis vſus, effectúſque demonſtrat; nempe vti cœlum ſententia ſua claudere, vel aperire poſſit. Idem eſt ergo regnum cœlorum, & cœli. Neque aliter antiquiſſimi Patres acceperunt. Luculentiſſimè S. Hilarius: *O beatus cœli ianitor, cuius arbitrio claues æterni aditus traduntur: cuius terreſtre iudicium præiudicata authoritas ſit in cœlo: vt quæ in terris aut ligata ſint, aut ſoluta; ſtatuti eiuſdem conditionem obtineant & in cœlo.* Egregiè quoque Caſſianus lib. III de Incarn. cap. XIV ad eadem verba: *Perfecta Apoſtoli fides poteſtatem quodammodo diuinitatis accepit: vt quæ ligaſſet, vel ſoluiſſet in terris, vel ligata eſſent in cœleſtibus, vel ſoluta.* Addit quæ in Exercitatorem vſurpari poſſunt; *Tu ergo, qui contra fidem Apoſtoli venis, cùm ligatum te iam in terris videas, ſupereſt vt ligatum quoque in cœlis eſſe cognoſcas.* Reliquos omitto; quorum teſtimoniis noſtri paſſim contra hæreticos vtuntur. At
Pag 1091, D Salmaſius ita Græcos ait interpretari. Quos tandem Græcos nominat? Vnum profert omninò, & eundem anonymum è Suida. qui ne ipſius quidem coniecturam adiuuat; immò verò communem ſententiam affirmat. Ait enim Petrum accepiſſe claues regni cœlorum, *ἵνα ἀνοίγῃ μὲν τοῖς πιστοῖς*

ἀποκλείῃ δὲ τοῖς ἀπίϛοις τὴν θείων ἀνακτόρων τὴν εἴσοδον. *vt aperiat fidelibus; claudat autem infidelibus diuinorum adytorum introitum.* Ἀνάκτορα ſunt *adyta*; item *regiæ, palatia*, οἶκοι βασιλέων Heſychio. Ergo θεῖα ἀνάκτορα, vt *cæli palatia* apud Ennium, eadem cum cœlo, cœlique regno. Sed de anathemate nimium multa: quo ſe à Tridentino Concilio cum ſuis damnatum ob illud ipſum, quod de clauium poteſtate aſſerit, Salmaſius agnoſcet; ſi Canonem III, & IX Seſſ. XIV de Pœnitentia legere voluerit.

Vulgatus Bibliorum Interpres contra Salmaſium defenſus. Eiuſdem Salmaſij falſa, & contra Scripturæ authoritatem ab eo poſita ſententia. Tùm de accubitu Chriſti in cœna error eiuſdem.

CAPVT XVII.

RVRSVS pro vulgato Bibliorum Interprete cum Soliniano Exercitatore depugnabimus. Etſi non illum magis, quàm reliquos omnes, qui Euangelium explicarunt, aut ſepulturæ Dominicæ hiſtoriam attigerunt, tam Salmaſij reprehenſio, quàm defenſio noſtra reſpiciet.

Refert Matthæus cap. XXVII, 60, Chriſti corpus à Ioſepho poſitum *in monimento nouo, quod exciderat in petra.* ὃ ἐλατόμησεν ἐν πέτρᾳ. Marcus XV, 46, ὃ ἦν λελατομημένον ἐκ πέτρας, *quod erat exciſum de petra.* Lucas autem XXIII, 53, ἐν μνήματι λαξευτῷ, *in monumento exciſo.* Fuit hactenus communis opinio, Chriſti ſepulcrum, ac monimentum in rupe quadam excauatum fuiſſe. Eſt enim tota regio circa Ieroſolyma, vt ex Strabone eruditi homines obſeruarunt, ὑπόπετρος ad ſtadia vſque ſexaginta. (Strabo lib. XVI.) Quare quod in quibuſdam Galliæ ciuitatibus cernere licet, vt earum ſuburbia maximè impreſſis in ſaxo tuguriolis habitentur, idem in agro Ieroſolymitano factum eſſe videtur; vt inciſas plerique in rupe domunculas

habuerint. Hoc Græcè λατομεῖν dicitur. ſic Deuteron. VI, 11, ברות חצובים אשר לא חצבת, *Ciſternas effoſſas, quas non fodiſti.* Hoc enim eſt חצב. Græci, λάκκους λελατομημένους, οὓς οὐκ ἐξελατόμησας. Dum rupes excauantur ad incolendum, aut conditorium ibi faciendum, non ſolùm cæduntur; ſed etiam poliuntur, ſcalpuntúrque lapides. tùm inædificari aliquid ſolet interdum, & ex aliis, iiſque politis lapidibus extrui. Quocirca λατομεῖν, & λαξεύειν apud Euangeliſtas, vel ſimpliciter accipitur pro *cædere*, & *excidere* natiuos in rupe lapides, eoſdémque *ſcalpere*, ac *perpolire*. vel de aduentitiis intelligitur; cùm in excauata rupe, ac ſpelunca nouæ ſtructuræ aliquid excitatur. Sanè apud Heſychium λαξόοι dicuntur οἰκοδόμοι, λιθουργοί.

P.1209.C At Salmaſius cum Beza ſuo, qui μνῆμα λαξευτὸν, vertit, *in ſaxo inciſum*, etiam vulgatam redarguit, quæ habet: *in monumento exciſo.* quoniam *nullo modo*, ait, *hoc ſignificare poteſt vocabulum* λαξευτόν. Quaſi ſic αὐθεντικῶς pronunciaſſe ſatis illi ſit, vt quod vult perſuadeat. Oſtendimus, egregiè vel ad illius mentem, & propriam verbi notionem accommodari poſſe vulgatum Interpretem. Nam duo ſunt in iſto monumento ſpectanda: quòd inciſum & impreſſum eſſet in ſaxo: & quòd ſecto, ac polito lapide loculus, vel lectus ibidem ſtructus eſſer, qui Dominicum corpus caperet. Prius à duobus Euangeliſtis: poſterius à Luca ſignificatur.

Sal.ibid.D Atenim *rupes in eo horto non fuit, vbi monumentum erat, in quo poſitum eſt corpus Domini.* Quis te hoc docuit? Nam qui de ſacris locis ſcripſerunt, in eo ferè conſentiunt, monumentum Domini in rupe inciſum, & excauatum fuiſſe. Vide Bedam lib. de locis Sanctis, cap. II. Non eſt nouum, nec indignum fide rupes in hortis eſſe. Hoc negare, ſtolidè eſt eſſe pertinacem. Valeat igitur, ac ſoli Salmaſio placeat illa coniectura; ſepulcrum Domini, vt & Iudæorum omnium, ſub terra ſic effoſſum eſſe, crypta vt eſſet manufacta, ſtructura & fornice conſtans: in quam per foramen corpora demitterentur; quod lapide aduoluto operiebatur. Hoc illi ne iurato quidem credimus; nedum ſimpliciter narranti.

Digitized by Google

Sic Lazari monumentum σπήλαιον fuit Ioan. XI. Et Iudæorum eiuſmodi erant ſepulcra, vt ex Talmudicis Digeſtis, ac Moſe ben Maiemon Caſaubonus oſtendit. Exercitat. contra Baron. XVI, Numero XCVIII.

Sic tanto ante ſpeluncam duplicem emit Abraamus, in qua coniugem ſepeliuit, Geneſ. XXIII. Ea cur duplex vocata ſit, non tantoperè æſtuant interpretes; vt ſequeſtre & arbitro Salmaſio opus habeant. Probabile eſt quod ſcribit Aben Ezra ideo dictam, quòd eſſet מערה בתוך מערה. *ſpecus intra ſpecum*. vel, vt R. Selo. quòd vna ſuper alteram eſſet. nimirum ex iis vna fuit ſubterranea. Poteſt & interior vna fuiſſe, ad quam interrupto alio ſaxo tranſitus eſſet. Dici hæc omnia veriſimilius poſſunt, quàm quod putat Salmaſius, à duplici aditu ſic eſſe nominatam.

Idem porrò Iudæorum corpora, adeóque Chriſti Domini ſolis tæniis, ac faſciis obuoluta fuiſſe, ſiue *ſolis linteis tæniatim ſciſſis operta, & amicta in monumentum illata* cenſet. Addit: *Faſciis ea tota velabant, excepto capite, quod ſudario inuoluebatur.* Atque hoc ſudarium negat *linteum magnum fuiſſe, qualia illa ſunt hodie, quæ pro vero Dominico ſudario oſtenduntur. ſed breue aliquod textum, quo ſudorem vultus extergebant.* Solis tæniis, aut linteis tæniatim ſciſſis obuolutum Chriſti corpus aſſerere, hoc eſt Euangeliſtis contradicere. Marcus XV capite, commate 46, ait Ioſephum mercatum eſſe ſindonem, & inuoluiſſe ſindone corpus. An idem eſt ſindon quod tænia, vel faſcia? Lucas XXIII, 53, ἐνετύλιξεν αὐτὸ σινδόνι, *inuoluit ſindone*. Idem cap. XXIV, 12, Petrum vidiſſe ſcribit ὀθόνια κείμενα μόνα, *linteamina ſola poſita*. qua voce Ioannes vtitur. Quæ vt ambigua ſit, certè σινδὼν de faſcia vſurpari non ſolet: ſed eſt linteum magnum, quo corpus obuoluitur. Vt Marci XIV, 51, iuuenis ille *amictus ſindone ſuper nudo*, περιβεβλημένος σινδόνα ἐπὶ γυμνοῦ. Capitalis igitur Exercitatoris temeritas eſt, ac ſeuerius, quàm noſtra hac animaduerſione vindicanda.

Salmaſius pag. 1211. A

Minoris periculi, ſed non diſſimulanda tamen eſt alia coniectatio, quam ſuper Euangelica hiſtoria, quaſi certam & indubitatam aſſeuerat Salmaſius. *Dominus quoque in conuiuiis*, ait, *quotidianis, quæ cum diſcipulis ſuis agitabat, ſummum* Salmaſius pag. 1255 D

Digitized by Google

torum ſemper accubuit. quem cariorem ex diſcipulis ſuis habuit, eum infra ſe collocauit, & in ſinu ipſo. In ea cœna, quam nouiſſimam cum diſcipulis ſuis obiit, Chriſtum ita recubuiſſe, Euangelium nos docet, id illum feciſſe ſemper, probare debet Salmaſius; non ſine ſcripti authoritate defendere: quam ad vnicam fidei regulam conſecranei illius adhæreſcunt. Nam non id fuiſſe perpetuum, magis eadem perſuadent Euangelia. Alioqui de re quotidiana non ſic Ioannes loqueretur: *Conuerſus Petrus vidit illum diſcipulum, quem diligebat Ieſus, ſequentem, qui & recubuit in cœna ſuper pectus eius.* Apparet, inquam, iis ex verbis extraordinarium quiddam, & ſingulare fuiſſe, non quotidianum, quod in ſinu Chriſti recubuerit Ioannes. Quinetiam Lucæ XXII, 27, Chriſtus Apoſtolis loquens ſatis indicat, ſe miniſtri locum, & ordinem inter ſuos recumbentes non rarò tenuiſſe; nedum in ſummo toro ſemper accubuiſſe. *Nam quis maior eſt,* inquit, *qui recumbit, an qui miniſtrat? nonne qui recumbit? Ego autem in medio veſtri ſum, ſicut qui miniſtrat.* Quod non de ſola nouiſſima cœna capiendum eſſe, ſed de eo quod frequenter vſurpabat, ſententia ipſa demonſtrat.

Ioan. XXI. 20.

Salmaſius pag. 1255. A

At in eâdem Exercitatione caſtigandus iterum eſt Salmaſius, qui, quod ſolenne habet, à ſe ipſo diſſentit, & pugnantia loquitur. De ſtibadio enim agens, & in eo conuiuantium accubitu, ſic opinari ſe dicit; honoratiſſimum locum fuiſſe non dextrum cornu, ſed ſiniſtrum. Quòd autem apud Sidonium lib. I Epiſt. XI Imperator in dextro cornu locatur, nihil officere putat. ſiquidem id *tanquam dominus,* ait, *conuiuij* fecit. *Morem priuatorum & in hoc tum ſeruarunt principes; vtpote qui & cum pluribus cœnarent inuitatis. Quod hodie reges non faciunt.* Etſi hoc minimè probabile eſt; tamen non moleſti erimus, ſi in hac re ſibi ipſe ſit concors.

Salmaſius pag 1256. B

Atqui duabus antè paginis contrarium aſſerit. *Alia,* inquit, *ratio in priuatis, alia in regibus: Reges ſemper honoratiſſimo loco vel ſedere, vel accumbere ad menſam ſoliti, quùm ſoli non cœnarent. Priuati in omni æuo, & apud omnes nationes prima loca ſemper ceſſêre conuiuis ſuis, ipſi in poſtremo ſedentes.* Quæro quînam iſta conſentiant; reges ſemper honoratiſſimum lo-

Digitized by Google

cum tenuiſſe, quando cum pluribus cœnarent; quod prius ſcripſit: & eoſdem priuatorum morem ſeruaſſe, quando cum pluribus cœnarent; quod poſtea ſubiecit. Hæc enim ἀντιφατικῶς opponuntur.

Non video quid aliud reſpondere nobis Salmaſius poſſit, quàm ſe nullis Dialecticæ, ac ne rationis quidem legibus teneri. vnam ſe varietatem rerum, ac copiam in ſuis commentariis præſtare velle; cætera inſuper habere. ſe denique

Sarcinatorem eſſe ſummum, ſuere centonem optimè.

Hac ſola præſcriptione tot erratorum ſuorum gratiam impetrare Salmaſius poteſt; aliâ nullâ poteſt. De quibus, ne in infinitum opus exeat, néve haud minorem nobis ipſis, quàm lectori moleſtiam afferamus, hîc quidem velitationi noſtræ, quem ponere per illum non licet, per nos ipſi terminum ſtatuemus.

Digitized by Google

ADDENDA QVAEDAM
NOTIS
DIONYSII PETAVII.

AD Pag. 509 Partis I. ad hæc verba, καὶ φίλων πιστῶν εἷς ἰατρός.] Fuit hic Oribaſius, qui apud Photium Cod. CCXVII in Præfatione ad Iulianum ſignificat ſe cum illo in Gallia degiſſe, atque opus quoddam ſuum abſoluiſſe.

AD Epiſtolam XXXV, pag. 171, & illa verba, διὰ τῆς πολυθρυλλήτου πενταετηρίδος.] Interuallo annorum quatuor vertentium, & ſolidorum Elidenſes vnos tantùm ludos celebrabant, Olympicos: vt & Delphi Pythios. Argiui autem quaternos; nempe bis Nemeacos inſtaurabant, & alios præterea duos: qui omnes erant trieterici: hoc eſt biennio ſolido interpoſito peragebantur. Hanc enim notionem habet vocabulum πενταετηρὶς, τριετηρὶς, & ſimilia. quod Iulianus mox demonſtrat, cùm illud ipſum explicans, quod dixerat, διὰ πενταετηρίδος, ſubiicit, ὥστε εἶναι τέσσαρας πάντας ἐνιαυτοὺς τέσσαρσι. Vt non plures, quàm quatuor integri anni concipiendi ſint.

Quemadmodum notiſſima hodie res eſt, πενταετηρίδα, τριετηρίδα; & hæc Latina nomina, *quinquennes*, vel *quinquennales ludos*: item iſta, διὰ πέμπτου, διὰ τρίτου ἔτους, quatuor, ac tres tantummodo expletos, & vertentes annos exprimere; hoc eſt vno minùs, quàm numeralis vox ſigni-

ficat: vt nemini hac in re, præterquàm Alphonſo Caranzæ, & ſimilibus, hæſitare liceat: ita viciſſim cauendum, ne in contrarium incidamus errorem, & quinquennij ſpatium, quod certis rebus attribuitur, in quadriennium contrahamus. Hoc eo dixerim, quòd viros quoſdam eruditos minùs ad id attentos eſſe video; qui luſtrum Romanum quinquennale cum Olympico quadriennali paria feciſſe ſentiunt. Ita Budæus in Annotat. ad Pandectas ad L. Si quis, de rebus creditis. vbi ſic Vlpianus loquitur: *Nam & ſi colonus poſt luſtrum completum fructus perceperit, condici eos conſtat.* Budæus hìc luſtrum idem cenſet eſſe cum Olympiade, & quadriennio exacto, quintum quemque ineuntem annum exprimere. Sed fallitur. Nam luſtrum apud Iuriſconſultos quinque annos ſolidos ſignificat. vt in Cod. Theod. l. vn. de quinquennij præſcriptione, *Competitorem quinquennij poſſeſſor eliminet.* quæ ſic Anianus interpretatur; *Quicunque rem fiſcalem per quinquennium poſſediſſe probatur, ita vt exinde à nullo fuerit expulſus, & hanc ipſam rem aliquis ſibi petere à Principe voluerit, poſſidenti in tantum lege conſultum eſt, vt etiam tuitionem ferre poſſeſſori iudicem iuſſerit, & competitionis conſtitutionem ordinauerit reſcindendam, ſi tamen ille, qui poſſedit, ſine vlla inquietudine per quinquennium ſe docuerit poſſidere, quia hoc ſpatio temporis ab eo, qui ſine moleſtia poſſedit, etiam fiſcum ſuum excludi iuſſit.* Non poteſt in illis verbis quinquennium niſi de quinque integris annis vſurpari. Atqui lex eadem Honorij, ac Theodoſij illam ipſam quinquennij poſſeſſionem *luſtralem* nominat: *quibus tamen*, inquit, *luſtralis aderit abſque interpellatione poſſeſſio.* Sic in aliis legibus. ex quibus conſtat tam priuatorum prædia, quàm publica, vt & vectigalia, in quinque annos locari ſolita. ff. XLIX de iure fiſci. Calliſtratus, *Cùm quinquennium in quo quis pro publica conducta re ſe obligauit, exceſſit, ſequentis temporis nomine non tenetur.* Subiicitur Hadriani reſcriptum in hæc verba: *Valde inhumanus mos eſt iſte, quo retinentur conductores vectigalium publicorum, & agrorum, ſi tantidem locari non poſſint. Nam & facilius inueniuntur conductores, ſi ſcierint fore, vt, ſi peracto luſtro decedere voluerint, non tenean-*

tur. Quis non videt luſtrum nequaquam quatuor eſſe ſolidos annos, ſed quinque? Sic & ff. XXXII de legatis & fidei commiſſis Labeo, *Qui hortos publicos à republica conductos habebat, eorum hortorum fructus vſque ad luſtrum, quo conducti eſſent Aufidio legauerat*, &c. Tùm apertiſſimè ff. de Adminiſtr. rerum ad ciuit. pertin. Papinianus, *Prædium publicum in quinque annos, idonea cautione non exacta, curator reipublicæ locauit.* Nec aliter in legibus cæteris, in quibus de locatione priuatarum, publicarúmve rerum agitur. Sed & luſtrum annos quinque complecti demonſtrat his verbis Apuleius in Apologet. *Conſules legat, annos computet, quos ſexaginta mulieri aſſignabat, probet quinque & quinquaginta. Luſtro mentitus eſt.* Luſtrum Romanum à cenſione populi Rom. originem habuit. Ea verò poſt quinque vertentes annos ex legis præſcripto apud Cenſores fieri debebat. Aſconius in III Orat. contra Ver. ad hæc verba. *Neque cenſus eſſet*; ſic adnotat; *hoc eſt neque cenſus eius in quinquennium illud eſſet factus, quorum annorum ſpatio inſtaurari cenſus ſolet apud Cenſores, quorum adminiſtratio per luſtrum, hoc eſt quinquennium, extenditur.* Atque huius moris veſtigium in Faſtorum Capitolinorum reliquiis apparet; in quibus luſtra nonnulla continuis quinquenniis interiectis condita viſuntur. quod & Romanarum antiquitatum peritiſſimi docent, Sigonius, Onufrius, Pighius. Ad hæc Cicero libro III de leg. legem de Cenſoribus ferens, inter alia, *Magiſtratum*, inquit, *quinquennium habento.* quod quidem de quatuor ſolis integris non poteſt intelligi. Hinc illa conſuetudo, quam dixi; nata videtur, vti locationes publicæ, priuatæque in quinquennium, hoc eſt luſtrum, fierent; quòd à Cenſoribus in totidem annos olim publica vectigalia locarentur. quot videlicet in annos initiò Magiſtratus ille gerebatur. Quæ res vincit interuallo quinque ſolidorum annorum Romanum conſtare luſtrum. Atenim, obiicit Budæus, Plinius lib. II, cap. XLVII luſtrum vocat quadriennium, vbi de Eudoxi tetraëteride loquitur. Tùm Ouidius lib. IV de Ponto Eleg. VI,

In Scythia nobis quinquennis Olympias acta eſt.

Iam tempus luſtri tranſit in alterius.

Sed nimirum Latini Scriptores interdum ob duarum iſtarum periodorum annalium propinquitatem, luſtri Romani, & πενταετηρίδος Olympicæ, promiſcuè illas acceperunt; ſic vt quadriennio luſtri vocabulum imputauerint. Olympiadicus agon ineunte anno quinto fiebat. luſtrum Romanum quinque vertentes obtinebat annos. Cùm in eiuſdem anni altera initio, altera fine periodus clauderetur, ſi vnaquæque ſeorſim, & extra reliquarum ſeriem, & ὁμάδα conſideretur; facilè eas inuicem vſus authorum permiſcuit minùs exactè de iſtis loquentium. Sic intelligendus eſt Cenſorinus, qui cap. XVIII luſtrum vetus Romanum cum Olympiade, & luſtro Domitiani, quod Olympiadum more quadriennio conſtabat, numero confundit annorum. nimirum quia modico inuicem diſcrepant. Eodem modo & Iſidorus lib. V Orig. cap. LVII luſtrum à Romanis propter Olympiadas adhibitum putat. Nam quod Ouidium ſpectat, is *quinquennis* epitheton addidiſſe nonnullis propterea videtur, ne quis Græcorum ad modum Olympiadas iſtas expenderet.

Digitized by Google

INDICVLVS EORVM, AD QVOS IVLIANVS EPISTOLAS ſcripſit. numerus epiſtolas notat.

AEtio epiſcopo, 31
Alexandrinis, 10. 26. 51. 58
Alypio Cæſarij fratri, 29. 30
Amerio, 37. M. S. Himerio.
pro Argiuis, 35
Ariſtomeni, 4. in M S. Ariſtoxeno.
Arſacio Pontifici Galatiæ, 49
Artabio, 7. in M S. Atarbio,
Baſilio, 12
Boſtrenis, 52
Byzantinis, 11
Callixenæ, 21
Dionyſio, 59
Doſitheo, 33
Ecdicio Ægypti Præfecto, 6. 9. 50. 57
Ecebolo, 19. 43
Edictum contra Chriſtianos de non legendis gentilium libris, 42
Elpidio philoſopho, 56
Euagrio, 46. in M S. quæ in Vulgatis eſt αἰεπίχαρφος.
Eugenio Philoſopho, 18
Eumenio, & Phariano, 55
Euſtochio, 20
Galli ad Iulianum fratrem, pag. 240
Georgio, 8
Georgio Catholico, 54
Gregorio duci, 28
Hermogeni præfecto Ægypti, 23
Iamblicho, 34. 40. 41. 53. 60. 61
Iudæis, 25
Iuliano auunculo, 13
Leontio, 22
Libanio, 3. 14. 27. 44
Luciano Sophiſtæ, 32
Maximo Philoſopho, 15. 16. 38. 39
de Medicis, pag. 154
Oribaſio, 17
Porphyrio, 36
Prohæreſio, 2
Sarapioni, 24
Theodoræ, 5
Theodoro Pontifici, 63
Thracibus. 47
Zenoni, 45. addit Baroc. Archiatro.

Hhh

INDEX AVTHORVM QVI IN PETAVII NOTIS AD Iulianum, & Exercitationibus citantur, emendantur, illuſtrantur.

A

ABEN *Ezra*, 413
Achilles Tatius, 368
Aeſopus, 288
Aelianus, 325.330
Agathias, 248. *illuſtr.* 383
Gab. Albaſpinæus, 398
Alciatus notatur, 318
Hier. Aleander, 276.286
Ambroſius, 307
Ammianus, 248.254.257.270. 271.272.273.279.289.291. 293. 294. 295. 296. *emend. ibid. cit.* 297. 298.300.301. 302.306.308.399
Anonymus de Conſtantino, 247
Antonius Auguſt. not. 324
Apollodorus, 378
Aphthonius, 288
Apuleius, 418
Aquila, 359
Arrianus, 360
Ariſtophanes, 308
Ariſtoteles, 248.267.275.281. 290.360.363. *illuſtr.* 389
Arnobius, 280.282
Aſconius, 391.418
Athanaſius, 302
Athenæus, 279.286.303.309. 320
Auguſtinus, 274.278.280. 282.283.306.307.351
Auſonius, 299

B

B*Alſamo*, 398.403
Baronius, 332
Bartolus notatur, 318
Baſilius, 371.408
Beda, 361.412
Bembus, 405
Budæus notatur, 417, *& ſeq.*

C

C*Aeſar*, 373.327
Calendarium Conſtantini, 278.307
Calendarium Romanum, 278
Calliſtratus Iuriſc. 417
Capitolinus emend. 295.304
Caſaubonus, 362. *not.* 368. *&* 384. *cit.* 413
Caſſianus, 287.289.365.410

Caſſiodorus, 271.319
Cedrenus, 245
Cenſorinus explic. 419
Chronicon Alexandrinum, 246
Chryſoſtomus, 249.308.368. 393.396.397.404.409
Cicero, 265.273.286.287.304. 306. *illuſtr. Exerc. Cap. VIII & IX. cit.* 387.391.418
Claudianus, 267
Cledonius, 352
Clemens Alex. 285
Cluuerius not. 299.363.384
Codex Iuſtin. 310.318. *vbi & illuſtr. cit.* 324.327
Codex Theodoſ. 316.317.321. 324.326. *vbi & illuſtr. &* 327. *cit.* 331.417
Collatio Carthag. 282
Columella, 277
Concilium Agathenſe, 404
Concilium Aurelian. 365.404
Concilium Calchedon. 407
Concilium Conſtantinop. 402
Concilium Eliberitanum, 367
Concilium Gangrenſe, 403
Concilium Laodic. 408
Concilium Neocæſar. 407
Concilium Nicænum, 402
Concilium Tridentinum, 411
Concilium Trullanum, 379.404
Concilium Turonenſe, 404
Concilium Veneticum, *ibid.*
Conſentius Grammaticus, 353
Cornelius Nepos, 370
Crates, 287
Cteſias, 273
Curtius, 266.386
Cyrillus, 402

D

Dalecampius, 388
Damaſcius, 283
Demoſthenes, 256.279.327
Deuteronom. 356.360.412
Digeſta, 417. *& ſeq.*
Dio Chryſoſt. 257
Dio Nicæus, 273.326
Diodorus, 362.386
Diogenes Laërtius, 258.286. 287.289.378
Diogenianus, 262
Diomedes, 264
Dionyſius περιηγητής, 270
Dionyſius Alexandr. 364
Dionyſius Halicarn. 262. *illuſtr.* 263. *& ſeq. cit.* 265.276. *illuſ.* 372. *& ſeq. cit.* 374.397
Dioſcorides, 363
Donatus, 405
Druſius, 345.348

E

Ennius, 411
Epiphanius, 315.321. *illuſtr. Exerc. cap. III, & IV, & V.*
Eraſmus, 269.289.317.392
Etymologicon Magnum, 398
Eumenius, 245. *illuſtr.* 246. *cit.* 254
Eunapius, 253.314
Euagrius, 321. *illuſtr.* 364.381
Euſebius, 246.247.248.256. 262.271.277.280.287.288. 294.348

Euſtathius, 258.265.270.274.
275.280.288.308.309
Eutropius, 244 245.250.256.
emend. 262.282

F

FAërnus, 405
Feſtus, 284
Firmicus de prof.relig. 281
Fulgentius, 280

G

GAlenus, 320
Gellius, 378
Geneſis, 354.*illuſtr.*359.360
Geſnerus, 369
Gloſſarium, 298.323.364
Gregorius Nazianz. 244.248.
267.273.275.292.294.306

H

HAdriani Imper.reſcriptum, 417
Harpocratio, 279
Heliodorus, 259
Herodotus, 256.267.272.273.
381.386
Herodianus, 283.307.326
Heſiodus illuſtr. 346
Heſychius, 267.*explic.*281.286.
317.364.393.412
Hieronymus, 250.251.280.283.
314.348.359.391.398
Hilarius, 410
Hippocrates, 320
Homerus, 257.258.259.266.
268.270.286
Hyginus, 289

I

IAc.Gutherus, 311
Iamblicus, 274.275
Idatius, 246.247
Inſcriptiones veteres, 245
S.Ioannes Euang. 406.413.414
Ioſephus, in Exercit.cap.I. 345.
348.349.*& ſeq.*360.361
Ioſue liber, 356.360.394
Iſidorus, 265.419
Iſidorus Characenus, 382
Iulianus paſſim,
Iuſtinus Hiſtoricus, 382
Iuſtinus Martyr, 397

L

LAbeo Iuriſconſ. 418
Lactantius, 267.282
Lamprias, 289
Lampridius, 283
Legationum Excerpta, 300.301
Leuitici liber, 394
Libanius, 243.255.268.279.
285.291.293.*emend.*294.*cit.*
295.298.302
Thomas Linacer, 353
Lipſius caſtig. 276.*& ſeq.*
Liuius, 277.323.324
Lucas Euang. 285.411.413 414
Lucianus, 286.303.305.329

M

MAcrobius, 275.278.283
Marcellus Ancyranus,
262

Marcus Euang. 285.411.413
Marſilius Ficinus notatur. 275
Matthæi Euang. 285.355. *illuſtr.* 392.406.407.410.411
S.Maximus, 307
Meurſius, 246.283
R.Moſes ben Maiemon, 413

N

NAzarius, 254
Dominicus Niger, 260
Nonnus, 267
Nouellæ Iuſtin. 324
Numerorum liber, 356.360

O

OEnomaus, 248.287
Onufrius, 418
Oribaſius, 416
Orpheus, 275
Ortelius, 362
Ouidius, 258.277. *illuſtr.* 284. *explic.* 418. *&* 419

P

PAlæphatus, 261
Palladius, 321
Pandectæ, 417
Panegyricus Maximiani, 244 *illuſtr.* 246. *cit.* 254
Papinianus Iuriſc. 418
Paralipom. liber, 358
Paſchaſinus, 293
Fr.Patricius, 282
S.Paulus ad Corinth. 404
Paulus Diaconus, 310
Pauſanias, 258.272.276 374
Guil.Peliſerius, 387.388
Phædrus, 371.391
Philaſtrius, 348
Phile, 371
Philo, 274.275. *illuſtr.* 347.348. 349, *& ſeq.*
Philoſtratus, 273
Phlegon, 375
Photius, 283.416
Pighius, 418
Pindari Scholiaſtes, 323
Plato, 248.266.267.269.287. 290.291
Plinius, 260.262.268.272. *illuſtr.* 284.288. *cit.* 332. *illuſtratur* 349, *& ſeq. cit.* 361. 362.363.370.379.382. *illuſtr. & explic. Exercit. cap. XI. &* 418
Plinius Iunior, 323
Plutarchus, 248.276. *vbi & emend. cit.* 279.281.284.287. 308.309.374
Pollux, 279.309
Polybius, 248.324.
Porphyrius, 275.280.283.284. *not.* 285.287
Priſcianus, 262.263
Proclus, 275
Procopius, 319.382
S.Proſper, 278
Prudentius, 307
Pſalmi, 358
Ptolemæus, 260.261.265.266. 375.382.383

Digitized by Google

Q

Quintilianus illuſtr. & caſtig. 264. & ſeq.

R

Regum liber, 358. 394
Ruffinus, 249

S

Ioſ. Scaliger not. 296. 345. 347. 348. 380
Andr. Schottus, 261
Io. Bap. Scortia, 332
R. Selomoh, 413
Seneca Philoſ. 268
Septuaginta Interpretes, 293. 358. 371. 394
Seruius, 278
Sex. Ruffus, 250. 253
Sibylla, 355
Sidonius, 414
Sigonius, 418
Socrates, 249. 292. 293. 306. 309. 315. 398
Solinus notat. 363. illuſtr. 365. 366. 375. 380
Sophocles, 258
Sophoclis Schol. ibid.
Sozomenus, 309. illuſtr. 327. cit. 331
Stephanus de Vrbibus, 261. 272. 382. 383
Strabo, 260. 262. 265. 266. 289. 303. 355. 356. 360. not. 362. cit. 363. 383. illuſtr. 384. cit. 411
Suetonius, 304. 305
Suidas, 246. 261. 271. 279. 280. 286. 287. 289. 303. 308. 309. 310. 314. 317. 397. 410
Symmachus, 319
Syneſius, 245. 257. 268. 273. 286. illuſtr. 316

T

Tacitus, 351. 360. 362
Terentianus Maurus, 263
Terentius, 269. illuſtratur Exerc. cap. XVI.
Tertullianus illuſtr. 282. & ſeq. cit. 283. 307. illuſtr. 351. 365. & Exercit. cap. VI, cit. 398
Themiſtius, 244. 248. 266. 267. emend. 269. cit. 272. 304. 306. 318
Theocritus. 306
Theodoretus caſtigatur, & illuſtr. 251. & ſeq. cit. 309. 395. & ſeq.
Theodotio, 359
Theophanes, 252. 310. 382
Theophraſtus, 288. 320. 387. illuſtr. 388
Thucydides, 283. 374
Timæus, 386
Trebellius, 245. 250
Turnebus, 379

Digitized by Google

V

Valerius Maximus, 378. emend. & illuſtr. 391
Varro, 277
Vegetius, 248
Velius Longus, 263
de Verborum Signif. 307
Vetus deſcriptio mundi illuſtr. 255
Aur. Victor. 244. emend. 245. cit. 247. 250. 254. 255. 259. 257. 258. 271. 292. 304. 305
Virgilius, 259. 265. 278. 287. 386. 393
Vitæ Patrum illuſtr. 366
Vitruuius, 362
Viues notatur, 274
Vlpianus Iuriſ. 326. 417
Vlpianus interpres Demoſthenis notatur. 279. cit. 327
Vopiſcus, 249. 285
Vulgata editio defenditur Exerc. cap. XII. & 412

X

Xenophon, 256. 374

Z

Zenobius, 261. 308
Zonaras, 245. 250. 398. 403
Zoſimus, 244. errat, ibid. emend. 247. 249. error, 250. cit. 255. 259. 262. 269. 270. 273. 292. 294. 298. notatur, 300. cit. 301. 304. 306. 310. 316

Digitized by Google

INDEX

RERVM MEMORABILIVM, QVÆ IN IVLIANI OPERIBVS, ac Dionyſij Petauij Notis, & Exercitationibus continentur.

Vbi litera B addita eſt, partem poſteriorem ſignificat.

A

Achilles iratus cithara ſe oblectat, 91
Æſopus author fabularum, 388
Aëtium hæreſiarcham reſtituit Iulianus Epiſt. XXXI.
Africanus delator, 503
Agathiæ patria B, 383
Ageſilaus Lyſandro inuidit, 80
Agones IV in Græcia B, 170
Agrigentinus lacus B, 363
Alcæus B, 56
Alcibiades ad omnia verſatili ingenio, 23
Alexander M. patri Philippo minus obſequens, 75. eius inſolentia 84. in Aorno rupe expugnanda multos amittit, 135. eius laus, 199. eius geſta deſcribuntur B, 30. & ſeq. ab Ariſtotele inſtitutus, B, 44. quid præcipuè ſpectarit, *ibid.*
Alexandrinos increpat Iulianus Epiſt. X. & quod Athanaſium ament. Ep. LI.
Alexander Mammææ filius, B, 15
Alexandria. de ea vide Epiſt. LI.
Alpes, 133, Cottiæ, 137
Alypius geographiam ſcripſit. Epiſt. XXX.
Ambitio extrema tunica eſt, 179
Amoris ſimulacrum Theſpiis inauratum deterius eſt factum, 100
Amorem ſoluit fames: ſin minus; laqueus, 372
Amphiaraus, 554
Anacreon, B, 55
Anathema, Græce ἀνάθεμα, & ἀνάθημα latiſſimè declaratum Exercit. cap. XIII, & XIV, & XV. quid ab excommunicatione ſimplici differat, Exercit. cap. XV.
Anatolius Iuliani amicus, 315
Angeli Solares, 266
Animi vehiculo quodam à Sole deducuntur, 284
Annum Soli Romani cum Ægyptiis ad Solem exigunt: reliqui ad Lunam, 289. annorum varia initia, 290. Romani à Capricorno incipiunt, 291
Antinous Hadriani deliciæ, B, 13

Antio-

BIBLIOTECA ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Antiochenos multis commodis afficit Iulianus, B, 106. & ſeq. Senatorum numerum ad ducentos auxit, ibid. frumento donauit, 109
Antiochia à Conſtantio ornata, & portu locupletata, 74. eius vrbis delitiæ, B, 77. libertas, B, 86. ciues Chriſto addicti, B, 89. & 97. in Eccleſias largi, B, 98. Seleucienſis portus eius gratia fabricatus, B, 255
Antiochus Seleuci F. nouercum ducit, B, 73
Antonius Verus, & Lucius, B, 13
Antonij oratoris ætas Exercit. cap. IX.
Aornos petra, 134
Apum rex aculeo caret, 166
Apollo Soli adiungitur, 269. cur Muſagetes dictus, 270. 280
Aquila fœtus educit ad Solem Epiſt. XVI
Aquileia ab aquila dicta, 133
Archilochus raiò fabulis vſus eſt, 387. B, 56
Archontes Athenienſium Exercit. cap. VII.
Argentoratum ad Voſegi radices, 512. B, 298
Arg ui. de iis multa Epiſt. 35
Argus, B, 166
Arion delphino inuectus, 206
Ariſtides, eiúſque laus, 495
Arius philoſophus, 489. amicus Auguſti, B, 37. & Epiſt. LI. B, 209
Artifices ex arte, vulgus ex voluptate ſenſuum iudicat, 207
Aſphaltites lacus. de eo copioſè Exercit. cap. II, III, & IV. falſus eſt, B, 360. Bitumen quomodo gignat, B, 361
Atagus eſt hircus, B, 280
Athenienſium laus, 494. στρατηγοὶ poſt Archontas habuerunt, B, 246
Athanaſiũ inſectatur Iulianus Ep. LI. Athanaſium eiicit Iulianus, B, 119. reuocari hunc poſtulant Alexandrini, quos ideo increpat Iulianus Epiſt. LI.
Attis quid ſit, 302. & ſeq. explicatur fabula, 311. 312. & ſeq. B, 280
Auguſtus res ſuas exponit, B, 36. & ſeq. quem præcipuè ſcopum habuerit, B, 47
Aurelianus Imper. B, 16
Azizus Mars Edeſſenis Solis aſſeſſor, 281. 288

B

BAcchi fabula enarratur, 411. 412
Βασιλεύειν tranſitiuè ſumptum, B, 248
Batnæ ad Antiochiam, B, 158
Bellonæ montes, B, 282
Bellonarij, B, 282
Beneficia non palam tribuenda, 193. gratum ſe præbere iis oportet, 233. 234
Beneuolentia allici non cogi poteſt, 88
Beta litera fusè declaratur, B, 262. & ſeq.
Βιῶναι & Βίος pro ſæculari vita, B, 368
Bitumen in lacu Aſphaltite, & alibi, B, 361. & ſeq.
Bonum principium omnium, 249
Bona externa media ſunt, 173. 226
Boſtrenos ob ſeditionem increpat Iulianus Epiſt. LII.
Brumalia, B, 307
Burgus turris, B, 298

Digitized by Google

C

CÆſares omnes inducuntur & eorum geſta perſtringuntur in Cæſaribus Parte II.
Cambyſes dominus vocatus, 15
Calendæ Ianuariæ, B, 307
Canarium ſacrificium, B, 284
Carceres erga eos qui ibi detinentur miſericordiam adhibendam, 533
Carmadas, B, 379
Carneadis ætas diſputatur Exercit. cap. VIII, & ſeq.
Carnium eſus diſputatur, 359. & ſeq.
Carthaginenſes regiam adminiſtrationem optimam habuere, 25. liberos ſuos mira quadam ratione inſtiruebant, 27. in rebus deſperaris conſtantia, 52
Carus Imperator, B, 250
Caſtum matris Deorum, 302. quæ in eo religiones, & à quibus abſtineatur, 326, & ſeq. etiam & Bacchi fuit, 335. De caſto, B, 280
Cataclita accubitoriæ veſtes, B, 371
Cataphractorum equitum deſcriptio, 68. 105. B, 254
Catonis laus, B, 91
Celtæ pro Germanis vſurpantur, 53. 62. B, 273.
Centenarius numerus B, Epiſt. XXIV, 148, & ſeq.
Certamina Græcorum IV, B, 170. 173
Cetem aurum Hebraicè, B, 401
Cherem Hebraicè quid ſit, *ibid.*
Chnodomarius à Iuliano captus, 513. B, 300
Chiliombe, 399.
Chriſtianorum ritus in ſuis Sacerdotibus exprimi iubet Apoſtata in Fragmento, quod incipit, 528. maximè verò beneficentiam in pauperes, 557. Vide & Epiſt. XLIX.
Circenſes oderat Iulianus, B, 60
Claudij Cæſaris primi vxor & liberti, B, 10
Claudij ſecundi Imperatoris laus, 11. B, 16. & B, 245
Clauium poteſtas quid ſit, fusè Exercit. cap. XVI
Clericorum meminit Iulianus Epiſt. LII.
Clodia Veſtalis Peſſinuntiæ Deæ ſimulacrum adducit, 300. & ſeq.
Conſilium in quo conſiſtat, 87
Conſtans occiditur ſexto anno poſt Singaricam cladem, 47
Conſtantinopolis decem annis extructa, 14. à Conſtantio ornata, 74. B, 246. de Italico iure ei conceſſo fusè B, 326. & ſeq.
Conſtantinus à patre Imperio deſtinatus, 12. eius munificentia, *ibid.* eius filij laudantur, 16. moritur in apparatu belli Perſici, 32. eius laus, 96. notatur ſub ſchemate fabulæ, 423. notatur in Cæſaribus, B, 41. vbi & res ſuas exponit. notatur. intemperantiæ, B, 53. cur in Britannia ortus dicatur, B, 246
Conſtantinus iunior Arelate natus, B, 247
Conſtantij mater Roma oriunda, 9. ipſe in Illyrico natus, *ibid.* Aui illius laudantur, 12. Dux Athenarum eſſe voluit, eámque

Digitized by Google

vrbem locupletauit. 14. matris eius laus, 16. eius inſtitutio à puero, 18. & deinceps, 28. Galliis præfectus à prima ætate, 20. Inde Parthis oppoſitus, 23. multum peregrinatus eſt, 24. ad patrem adhuc ſuperſtitem venit, 29. cum fratribus concordiam ſeruat, 30. tertiam imperii ſortem obtinet ad rem bellicam minus inſtructam, 32. contra Perſas bellum molitur ſumma cum rerum difficultate, 33. cum fratribus in Pannonia paciſcitur, *ibid.* Inde mira celeritate in Syriam proficiſcitur, 36. Arabes contra Perſas concitat, 37. contra Perſas ſæpiùs exercitum ducit, 39. 40. Singaricum prælium ab eo infeliciter geſtum, 41. poſt Niſibenam obſidionem contra Magnentium tendit, 52. Vetranionem oratione ſola in ordinem redigit, 55. cum Magnentio bellum gerit, 64. 65. & ſeq. & vincit, 67. impunitatem proponit iis, qui à tyranno recederent, 69. demum penitus profligat, 73. Conſtantij magnificentia, 78. 79. eius temperantia, 83. Siluanum vincit, 89. genus à Claudio deductum, 95. eius peritia militaris, 98. eloquentia, 142. Pars ei à Patre imperij præcipua data, 174. eius clementia in obſidem Siluani filium, 184. 185. è Gallia milites reuocans cogit Iulianum Imperium capere, 518. ſcribit ad barbaros contra Iulianum, 524. propinquos interficit, B, 249. & 292

Conſulatus elogium, 201

Conuicium ferre fortius eſt, quàm vrbem expugnare, 180

Corinthus à Romanis capta, B, 170. colonia, 321. Argiuos opprimunt Corinthij Ep. XXXV, & B, 323

Corybantes matris Deorum aſſeſſores, 315

Cotyliſtes ſaltator, B, 94

Crates hymnum de frugalitate ſcripſit, 373. 398. huic honor à Græcis habitus, 374. huius vitam ſcripſit Plutarchus 374. di tortus erat, & claudus. 376

Cupreſſuum plantaria, B, 387. in Creta proueniunt, *ib. d.* & 388

Cyaxaris cum Alyatte pugna, B, 380

Cynici. de iis multa Iulianus Orat. VI, pag. 142. 343. & ſeq. 349. 350. &c. Silenorum ſimilis eſt, 351. exagitantur Orat. VII, præſertim, 417

κυνήγιον venatio amphitheatralis, B, 324

Cyrus pater appellatus eſt, 15. eius educatio, 22. auum ſuum Aſtyagem vincit, & vitam ei donat, 143

D

DÆmones carnifices ſunt, 167

Damaſcenæ ficus, B, 145

Daphne vnde S. Babylam Iulianus extraxit, B, 96. templum ibi Apollinis incenſum, *ibid.*

Daras opidum, déque eius ſitu fusè Exercit. cap. X.

Darij filij de regno pacificè contendunt, 60. Darius à Perſis quomodo vocatus, 158. Sylo-

Digitized by Google

fonti vicem rependit, 218. retis in modum Eretream militibus comprehendit, B, 267
December Saturno dicatus, 292
Decentius Tribunus, 518. B, 302
Demetrius libertus Pompei, B, 91
Democritus quomodo Dareum conſolatus ſit Epiſt. XXXVII, B, 178
Demophilus hiſtoricus, B, 91
Deus malorum non eſt author, 166. 167. non differt in eo viſ. à ſubſtantia, 267
Dei ſimilitudo in quo ſit, 345. virtute præditos diligit, 530. omnia etiam occulta penetrat, 547
Deorum filij cur Heroes habiti, 152. inceſſus qualis Deorum, B, 259
Digamma Æolicum, B, 262. & ſeq.
Diocletianus, B, 18
Diogenes Olympiam cur adiit, 396. Corinthum iuſſu Dei migrat, 397. tragicas execrationes ſibi accidiſſe dicebat, 473. Polypi eſu mortuus, B, 286
Diogenes philoſophus æqualis Iuliani, B, 174
Diogenes Cynicus Antiſtheni dat operam, 340. Dei ſe miniſtrum dicebat, 358. crudam carnem veſci inſtituit, & polypum, 359. patientia, 365. eius inſolentia, 378. tragœdiæ eius nomini inſcriptæ Philiſti ſunt, 393. Perſarum rex eum miratus eſt, 395
Dioſcuri cur alternis viuere dicantur, 295
Diuitiis qui ſtudent beſtiis infeliciores ſunt, quas paucis contentas natura finxit, 157, 158
Docere. Thales nullam aliam à diſcipulo mercedem flagitauit, quàm vt profiteretur à quo didiciſſet, 234
Domeſtici protectores Ep. XXII.
Dynamius delator Iuliani, 503

E

Echo, Epiſt. LIV.
Edeſſa Soli dicata, 281. ibi ſeditione orta Valentinianos Ariani malè acceperunt Epiſt. XLIII.
Empedotimus philoſophus interfectus, 540
Enodius & Enodia Viſſes dij Epiſt. XX.
Eraſiſtratus Samius medicus, B, 72
Eſſeni. de his fusè in Exercitat. cap. 1, & ſeq. Solem an venerati, B, 346. duo genera, Practici, & Theoretici, B, 347. & ſeq.
Epictetus epiſcopus, 525. B, 302
Eunuchi, B, 80
Euſebia vxor Conſtantij laudatur Orat. III, pag. 197. eius patria Macedonia laudata, 198. Conſulari patrenata, 200. ea Conſtantio iam Imperatori nupſit, 204. eius matris laus, 205. ad Conſtantium è Macedonia deducta, 206. eius clementia, 213. 214. Iulianum demeretur, 218. ad imperium vt euehatur efficit, 225. Imperatorem in expeditiones ſequitur, 240. De ea vide, B, 271

F

Fabulis inuoluuntur ſacra, 318. de Fabulis multa diſputat Orat. VII. 387. & ſeq. quomo-

do tractandæ ſint, 401. & in diuinis rebus adhibendæ, 405. de fabula, & αἶνῳ, B,288
Fauſta vxor Conſtantini à viro necata, B, 244
Felicitas ex Deo pendet, 126. non eſt in externis rebus poſita; ſed in ipſo animo. 129. 146
Felix delator Iuliani, 503
Ficus laudantur, B. Epiſt. XXIV, Damaſcenæ, B, 145. μαχρόκετοι, B, 142
Filij boni ex malis parentibus, 187
Florentius infeſtus Iuliano, 518. B, 301
Fœminæ egregiæ deſcriptio, 204
Formæ rerum omnium poteſtate vbi contineantur, 307
Fortis hominis propria fortitudine non eſt qui voluptati cedit, 156
Fortuna. ex ea de rebus exiſtimare non oportet, 46. imprudentes rerum ſecundarum prima ſpecie decipit, 82
Fortunę obſiſtere fortius eſt quàm hoſtes vincere. 45
Francì vltra Rhenum ad Oceanum habitabant, 63. B, 255

G

Galerius Maximianus, B, 250
Gallienus Imp. B, 15
Gallus fluuius, & Galli ſacerdotes, 308. quis ſit Gallus Deus, 310. de Gallis, B, 282
Gallus Iuliani frater agreſti ingenio, 499. eiúſque nex, 500. 501
Galli à luxu abhorrentes, B, 94
Gaudentius Iuliano infeſtus, 518. B, 301
Genius nobis inſitus, 129
Georgij Alexandrini bibliothecam Iulianus petit, B, 121. & 176. ob eius nomen Alexandrinos increpat, B, 123
Gintonius dux, 518
Gleba Senatoria, B, 316
Græciæ laus, 221
Gratiæ circulum faciunt, 278
Gubernatoris virtus in periculis cernitur, 45. gubernare difficile eſt, 449

H

Hadrianus, B, 13
Hecale Theſei hoſpes, B, 191
Helia feſtum Solis Decembri Romæ peractum, 292
Heræa Argiuorum, B, 324
Herculis fabula declaratur, 408. & ſeq.
Hierophanta Athenis ab vxore continebat, B, 283
Hilaria Matris Deorum, 316. B, 283
Homeri lectio vtilis, B, 79
Homini mentem inſtat omnium natura largita eſt, 346. homines natura cognati, 534. eorum origo, 535. natura ſociabile eſt animal, 536
Humanitatem erga inopes præcipuè Sacerdotibus conuenire, 530. & ſeq.
Hymnos Diis concini iubet Apoſtata, 551

I

Iamblichi laus, 273. Iulianus eum obſeruat Epiſt. XXXIV & XL.
Idolorum patrocinium ſtolidè Iulianus ſuſcipit, 557
Imitatio qualis eſſe debeat, 306. 307

Imperator qualis eſſe debeat, 481
Indulgentia debitorum, B,331
Ingrati animi vitium turpiſſimum; & quis eiuſmodi ſit, 191
Inuidia in viros bonos non cadit, 81
Iphicles Cynicus, 570
Italiæ fines, 133
Italicum ius, B,325. 328
Iulianus Conſtantij, & Euſebiæ in ſe beneficia recenſet, 219. ſuſpectus Conſtantio ab Euſebia protegitur, 220. in Græciam mittitur, *ibid.* reuocatur inde ad imperij communionem, 225. bibliothecam dat ei Euſebia, 230. In Solis cultum propenſus, 244. orationem de Sole trinoctio abſoluit, 294. inſtitutio, 436. & ſeq. Athenienſibus rationem reddit defectionis ſuæ, 493. & ſeq. genus Iuliani, 497. ſex eius conſobrini à Conſtantio cæſi, 497. nec non patruus, ac reliqua ſtirps, *ibid.* item Gallus frater, & alius quidam frater, cuius alibi nulla mentio, 498. in Cappadociam relegatur, 499. ab Euſebia fouetur, 501. fit Cæſar inuitus, 504. Mediolani quid ei contigerit, 506. Deos clam colebat, 509. in Gallias mittitur à Conſtantio, *ibid.* cum Germanis bellum gerit, 511. qui Galliæ magnam partem occupabant, 512. Agrippinam recuperat, & alias vrbes, *ibid.* Gallias reficit, 513. ter Rhenum traiicit, 514. reliquæ res geſtæ illius, *ibid.* Oppida XL recepit, 515. fit imperator Luteriæ, 521. non ſine omine diuino, 522. Conſtantij amicos neci eripit, 523. Scribit ad Conſtantium, 524. Pontifex Max. fuit, 548. hirſutus fuit, B.57. hircina barba, B,58. Circenſes oderat, B,60. Luteriæ malè habuit, B, 61. eius temperantia, B,69. ſacrificiis deditus, B, 70. ſeuerè inſtitutus à præceptore, B,79. eius inſtitutio dura, B, 92. geſta ſua narrat, B, Ep. XXXVIII Chriſtianis librorū gentiliū lectione interdicit Ep. XLII. Iudæis fauet Epiſt. XXV. Alexandrinos à Chriſtiana fide conatur abducere Epiſt. LI. Didymæi oraculi præfectus fuit Epiſt. LXII. quomodo Galliis præfuerit ſub Conſtantio, B, 197
Iulius Cæſar caluus, B, 8. eius geſta deſcribuntur, B, 26. & ſeq. id præcipuè ſpectauit vt nulli ſecundus eſſet, B, 46

L

